bilis et horrendi, et de maledicta fauce draconis, quasi diceret non, hanc utique lectionem legeret aliquis
sapiat ac sane intelligat, et in corde suo retineat insipiens, prius amore mundi et carnis
inebriatus et excecatus, cui plus placet luxuriosi cadaveris vinosa voluptas quam anime
pure sanctitas, qui plus studet circa marcham quam circa Mariam, cui plus est de mundo quam
de Christo, cui plus est de lege civilia quam divina, legat igitur lectionem istam insipiens ille qui
huius est, et speculetur in hoc speculo peccatorum speciem suam, consideret et diligenter inveniat
quid sit, aut quo vadat, perpendat ex premissis, per quam semitam sit incedendum, per quod
iter tenebrosum, per quorum horrendas manus misera anima eius transitura est. O stulte
peccator quia ista considerare nescis pure simpliciter, quia non vis ista considerare, in magna
negligis, ideo te sepius invadit superbia, exagitat ira, contristat malitia, vulnerat invidia
inflammat luxuria, fatigat pigritia, ligat avaritia, quam horrenda tibi imminent tormenta quia
non respicis, stricte continuas immunditiis obstinatus, sepe efficeris piger et accidiosus ad
opus divinum accedis, et illud negligenter agis et desidiose, quia non vis providere quo vadis

Vtinam ergo saperetis et intelligeretis, tremebundus est enim illius aspectus ut dicit Leo papa. Cui
peruium est omne solidum, apertum omne secretum, cui obstrusa clarent, muta respondent,
silentium confitetur, mens sine voce loquitur. Si enim ille serpens venenosus scilicet diabolus
sathanas ausus fuisset impetum facere in animam beati martini, qui erat sacerdos gemma,
quam scolarem animam presulibus angelis euntem in celum intrabat impedire, quo timendus est
tibi peccatori, et trementer pernoscendum quam horrabilis occurret misere anime tue ille doli artifex
filius iniquitatis, animarum hostis amarissimus. Ecce frater karissime precogita et numquam a corde
tuo recedat, quantum illa beatissima virgo maria [illegible] mater domini nostri ihesu christi ante se premu-
debat, que ut legimus specialiter filium suum exorauit ut maligni spiritus in eius transitum
non adessent. O si tam sancta deo et tanta, genitrix carissima anima, visione nequissimorum spirituum
dubitabat, quid faciet anima peccatoris, quid stare poterit ad horrendum aspectum tremendi vultus
eius, ad intollerabilem fetorem oris eius, ad flammas sulphureas oculorum eius, certus
esto quod timor huius horrende bestie omne genus tormentorum superat, plus quam in hoc mundo
cogitari poterit. Quod propheta pauidus expauescens ad orationem confugit dicens: Exaudi deus
orationem meam cum deprecor a timore inimici eripe animam meam; non dixit a potestate sed timore, ad insinuandum
quod maxima sit pena quam horribilis quam intollerabilis sit terror ipsius inimici. O frater mi si talis ac
tantus sit terror et tremor anime peccatricis ex solo sathane visu, quanta confusio, quantus
horror, quanta afflictio, quanta vel lamentatio erit eius tactus. O stulti filii hominum et vani
ut quid diligitis vanitatem, qui enim diligit iniquitatem odit animam suam, et odibiles sunt deo
impius et impietas eius. Unde propheta: Nonne qui oderunt te domine oderam illos, altissimus enim odio
habet peccatores, et misertus est penitentibus. Quare tam horrendam et horribilem non recognoscitis insaniam,
quare non deponitis superbiam, quare non extinguitis luxuriam et gulam, auariciam, quare
mores vestros non corrigitis, quare mandatum dei saluiferum et eius consilium negligenter
auditis, quare non sapitis et intelligitis ac non ista prouidetis, hinc est quod nos peccatores deus
terribiliter alloquitur: Ego inquit in interitu vestro ridebo, et subsannabo cum vobis aduenerit quod
timebatis. O quam metuenda est hec diuina sententia, utinam lector figeret in palo cordis quantum continet
amaritudinis quantumque formidinis, quia tenera si foret, omni die hora vitam suam cautius
custodiret, sed directe forsitan, deceptio et subsannatio non cadunt in omnipotentem deum, licet
reuerenda eius sanctissima simplex natura huiusmodi passionem sine proinde admittit. Cum ergo
ab omnipotenti deo peccatoribus dicitur: Ego in interitu vestro ridebo, id est cum finis vester aduenerit vos
derisione dignos clamabo, et cum venerit super vos repentina interitus calamitas subsan-
nabo, id est cum amara mors vos momorderit, eterna subsannatione dignos dampnabo. Audi tu
peccator horrabilem sententiam, quam si intelligeres sine dubio expauesceres. Scripturas sacras
negligenter legis, actus vite tue, mala que facis, peccata que committis, facta, dicta, et opera
tua mala non sapienter respicis, velox ad mensam, tardus ad ecclesiam, potens ad potandum
sed eger ad psallendum, peruigil ad fabulas, sompnolentus ad vigilias, paratus ad lectum
sed tardus et mutus ad psalmos dicendum, promptus ad iram et detractionem, piger vero ad
omnem orationem, immundicie amator, christi pauperum persecutor, festucam in oculo alieno aspiciens
sed trabem in oculo tuo non videns, aliorum facta condempnans, sed tua non considerans,
vicia aliorum reprehendens, te ipsum non corrigis, alios vituperas et te ipsum collaudas, malicie inventor,
discipline contemptor, amicus viciorum et hostis virtutum, hec existunt que horrorem generant
et a deo ipsum separant, hec sunt que monachum efficiunt demoniacum, quemcumque efficiunt
perversum, clericum hereticum, laicum antichristum. Heu heu vir insipiens non cognoscit et stultus
non intelliget hec. Ideo dicit idem propheta: insipiens et stultus peribunt, attende quos si

insipiens et quis stultus. Insipiens est qui se a paradisi gaudiis peregrinum esse non considerat et exulem in hoc seculo non attendit. Stultus est qui licet illa crediderit tamen ~~ut mortem perpetuam evadat~~ a mundi miseria per vite meritum non attendit. Item insipiens est qui non credit futura supplicia reproborum esse perpetua, et gaudia iustorum eterna. Stultus est qui licet illa crediderit, tamen ut mortem perpetuam evadat, et gloriam eternam caste vivendo pieque conversando acquirat, non intendit. Iusto ergo dei iudicio simul insipientes et stulti peribunt, quod tamen non fieret si saperent et intelligerent ac novissima providerent. Ecce frater mi iam legisti iam vidisti in hoc speculo peccatorum quid sapias quid intelligas et que novissima provideas. Restat ergo ut diligenter discas, et in corde tuo firmes, ut sane sapias vere intelligas, et novissima provideas, ut per hoc eternam damnationem evadas, et cum deo meo Jhesu Christo vitam eternam possideas, quam nobis ille concedat qui est in secula benedictus amen. Finis 1488 vii maii

### Incipit omelia beati Bernhardi abbatis Clarevallensis super evangelio Stabat iuxta crucem Jhesu mater eius et soror matris eius Maria Cleophe et Maria Magdalene etc.

Sicut experimentum religionis defectus ex ariditate cordis tanquam frigidi sic intimus, sic inflammatam affectionem quam devota et sancta parit in anima meditatio omnium fidelium experientia probat. Hinc est quod cum in exordiis suis ecclesia de celo ignem suscepit, ardere cepit, eo quod sicut Gregorius testatur, foris apparentibus linguis igneis intus facta sunt corda flammantia. Hunc autem ignem fideles etiam nunc devoti, et si non visibiliter invisibiliter tamen per sacras meditationes concipiunt, propheta testante qui ait In meditatione mea exardescet ignis. Inter omnia autem que pie meditantibus solent intus occurrere, quid tam efficax ad suscitandam cordis devotionem inveniri potest, quam illa sacra evangelii verba attente recolere, et castissimo corde sinceriter ruminare. In hiis quippe verbis ineffabilis quedam virtus abscondita manet tam potensque ad resolvendas animas fidelium in celestem dulcedinem, ut si etiam durissimus aliquis stupendam passionem domini audita sincero corde et vultu transiret, cum ad hec verba ventum fuerit, in quibus dicta illius beate virginis iuxta crucem filii sui statio, motio filii ad matrem respectus et allocutio, finalis illa commendatio, denique illius matris a suo unigenito separatio, a lacrimis minime poterit abstinere. Propterea quia hec verba devotius libet aspicere, si forte cooperante gloriosa gratia virginis, de qua principaliter est intentio, mens mea aliquid, unde ad celestia inardescat valeat invenire. Stante dei filio in agone illius gloriosi et stupendi certaminis, appropinquante sacratissima eius anima ad exitum, Evangelista Johannes ubi traditionem comprehensionem flagellationem illusionem condempnationem crucifixionem ipsius exposuit, subiunxit Stabat iuxta crucem Jhesu mater eius. Stabat inquit, non solum hic sed in Matheo stetisse virgo legitur ubi scriptum est Ecce mater tua et fratres tui foris stant. Sed quid michi regina celi totiens stantem commemoras, cum certe regnatura sit magis gloriose residere, aut certe delicate accumbere quam stare. Nam et Bersabee mater Salomonis ingrediente ad ipsum pro Adonia surrexit rex in occursum eius, positusque est thronus matri regis iuxta thronum suum, et sedit ad dexteram eius. Hec autem de qua sermo est mater filii regis veneranda cui omnes regine pedisseque sunt, tamen totiens stetisse nunquam vero sedisse legitur. Sed cessabit admiratio [illegible] solum, si verbi huius ratio intus inspiciatur, quoniam stare accipitur in oppositione ad cadere iuxta quod apostolus ait ad Romanos: Tu quis es qui iudicas alienum servum, suo domino stat aut cadit, iuxta quam intelligentiam beata dei mater dicitur quod stabat quia prius non commiserat neque per peccatum minimum umquam ceciderat. Lucifer de celo cecidit, qui mane oriebatur, et dicitur de illo, quia in veritate non stetit. Cecidit homo primus ab hiis donis que acceperat, a quibus non cecidisset si firmiter stare voluisset. Cecidit post illum universitas humani generis, in tantum quod teste beato Augustino, Si omnes in unum convenerint, hac virgine excepta, nil aliud dicere possint, nisi si dixerimus quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, ubi autem ad hanc singulariter laudabilem virginem ventum est, stare dicitur de illa: Stabat, et sic in cantico. Sequo enim a peccato contacto in utero sanctificata est, ab omni deinceps peccato immunis permansit, ut idem ait Augustinus: Cum de peccatis inquit agitur nullam de maria volo habere mentionem. ¶ Notandum etiam stare in oppositione ad sedere, secundum quod sedere est personarum honorabilium, stare vero ministrorum, iuxta quorum sensum notabile et mirabile est quod virgo maria stat, cum sibi per omnia reverentiam competat sessionis, stare enim ut per omnia distinguatur. Sedere solent iudices, ut in Johanne dicitur: Sedit Pilatus pro tribunali. Stare autem solent eque iudicandi, sicut ibidem subiungitur: Jhesus autem stetit ante presidem. Et certe plus quam iudex haec. Maria quippe si licet dicere omni iudice quodammodo superior est, ad quam a iudicio dei ad ipsius pietatem appellare solent peccatores, ut beatus Anselmus ait: Fugiat inquit reus a iustitia iusti dei ad piam matrem misericordie dei. Sedent quoque sapientes, ut in Matheo dominus ait: Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei. Plus quam sapientes haec, ipsa enim est mater sapientie, que fontem inexhaustum suo sacratissimo gessit utero. [illegible] mirabilia quedam et inaudita audivit et scivit, que illam sapientiam qua mundus conditus est, parvam fecit infantulam. Illam quoque ex qua omnis theologus sapientiam inducat, si ea utitur intelligit, ipsa virgo oculis vidit, manibus contrectavit, mente conservavit, disputans et conferens in corde suo. Christiane religionis secundum beatum Ignatium extitit magistra, propter quod etiam in cantico virgo prudentissima dicitur. Sedent et nobiles de Babilone, ut in Apocalypsi scriptum est: Sedeo regina et vidua non sum, et certe cunctis mortalibus haec dignior et nobilior. Ceteri enim communiter dignitatem ex his a quibus geniti sunt; haec autem preter eam quam a lege habuit generositatem, inestimabilem ab eo contraxit quem genuit, idcirco de illa in libro sapientie dicitur: Generositatem illius glorificat contubernium habens dei.

Sedent quoque senes stantibus iunioribus, iuxta quod seniores ad Danielem dixerunt: Sede in medio nostri et indica nobis quia deus dedit tibi honorem senectutis, et certe cunctis senioribus antiquior haec. Ante enim omnem creaturam, priusquam celum faceret, terram fundaret, per eternam predestinationem hanc feminam singulari gratia prevenit dei sapientia, et eandem feminam peperit sapientiam in fine seculorum. Unde de sapientia ait: Ab initio et ante secula creata sum. Solent quoque sedere comedentes, ut in Exodo scribitur: Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere, sic et econverso stant ministrantes, quemadmodum de Martha que circa ministerium satagebat in Luca scriptum est: que stetit et ait: Domine non est tibi cure etc. Et certe deliciosa convivia haec, cum gestaret brachiis, osculari labiis posset, uberibus sacratissimis, gaudentibus conspiceret oculis, illud unum in suo virgineo gremio, qui in celis est cibus angelorum et animarum sanctarum, non dubium quod interna quadam satietate atque dulcedine perfruebatur, quam non licet homini loqui, quo tamen domino in terris perfruitus est. Unde in canticis canticorum spiritus sanctus in persona ipsius ait: Comedi favum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo.

¶ Cum itaque de iudicio sue potentie, de sapientia, de genere, de venerabili antiquitate, de inessabilibus quoque conviviis merito domina super omnem creaturam gloriari potuit. Unde ut dictum est, gloriosa sessione digna fuerit, stetisse tamen non sedisse scriptura eam commemorat. In hoc aperte insinuans, quod cum gloria mundi illa superbiam feminam nullum umquam consortium habere dignata est. O quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei, nos omnes de te gloriosa sentimus, immo vehementer glorianur quod te habere meruimus. Hoc et tu gloriis domina benedicta. Quid dicis de te ipsa? Audiamus merito mentem, quid inter hec omnia sentiat de se: Ecce inquit ancilla domini. O verbum admirabile, sed magis amabile, o quam mirabile simul haec sedent mundi iudex et domina celi, nobilis regina, certe sapiens magistra, eterni regis mater et filia, pabulatrix angelorum, et altrix in terra et certe ancilla, sed quanto maior es domina humilias te in omnibus, tuo exemplo verecundo nos instruens, quod haec sit scala veterorum gloriam, humillima de se semper sentire. Hec est enim illa pusilla speciosa quam solam dei oculus dignatur intueri, sicut tu ipsa dixisti: Respexit humilitatem ancille sue. Nec solum pro danda forma humilitatis, sed etiam pro augenda spe nostre pietatis sue, cum stantibus stans invenitur beata virgo, ut vere peccatoribus innuatur, quod ipsa est que stat pro parte reorum, et neminem iudicat, ipsa est que semper supplicando adest devotos, et nigros supplices non [illegible] ipsa [illegible]

potentibus et divitibus in ampliando semper pauperum et contemptibilium festinat, sed ministrorum obsequia
acceptat, stat etiam cum ministris indicans, quod obsequiosis valde familiaris exstat. Cum
vocata ad nuptias, cum solis ministris confabulationem habuisse legitur, ut Johannes ait. Dixit mater Jhesu ministris
quodcumque dixerit vobis facite. Sed quoque ancille officio functa est dum vixit. Si quid in hijs mi-
nore que gessit in terris, cum adhuc obsequiosa probatur dei genitrix in celis. Si enim filius eius
electos suos faciet discumbere, et transiens ministrabit eis, oportet utique matrem ipsius ad dexteram pro-
cedere ad mensas illas, etiam communi propheta testante qui ait Astitit regina a dextris tuis.
Constat namque quod panem illum hec mater in utero suo miscuit et decoxit. Sed enim in cophino gremii
virginalis portat et porrigit, quem dapifer ille celestis proponit. Scimus autem quod pistor dapiferum
in conviviis comitari solet. Penset ergo quilibet qualis erit societas convivantium, quanta et quam infinita
multitudo dulcedinis seculorum, ubi tanta erit dignitas ministrorum. Dicitur etiam omnis devotus
quod acceptum sit matri et eius filio vita hominum servicium, devote etiam in illo gremio regni celorum.
Dicitur etiam stare in oppositione ad iacere, sicut autem iacere non solent nisi infirmi aut quiescentes, sic stare
solent sani ad cooperandum parati. Per hoc autem quod stare, mysterium vero repleta virgo iacere desistebat
significavit ab ea semper omnis voluptas et languor amoris seculi. Omnem namque carnis voluptatem ab ea
alienam fuisse nullus est fidelium qui ambigit, si devote ad mentem reducit quod ipsa carnali thoro
renuncians, imitatrix facta fuerit solitudinis virginalis, in quo tacite datur intelligi quod omnes carnis
voluptates potenter transcendit, que voluptatem in suo potentissimo gradu, et a se et a suis imitatoribus
penitus abicit. De operositate illius puelle venerande quid dicam, cum etiam ipsa sit illa fortis
de qua predixit pater eius Salomon: consideravit semitas domus sue, et panem otiosa non
comedit. Otiosa esse non potuit, que teste beato Jheronimo sibi et filio suo manuum suarum labore
victum acquisivit, et semel filius huius [illegible] indicavit fabri terre. Videns ne quando deus
diligat manuum laborem, qui de illo pasci voluit, cuius erat orbis et omnia que in eo sunt. Oti-
osa esse non potuit, que omnium suas imitatrices fecit, singulis pro sua possibilitate ministrans
sicut paulo superius memoravi. Otiosa esse non potuit, que singulis fidelium videre singulos conso-
lari mater habuit, cum ab omnibus fidelibus quereretur, maxime post ascensionem filii sui. Et quod sicut ad
limina sanctorum ita ad eam virginem adhuc in carne quedam peregrinatio fuit fidelium desiderantium
videre illud celeste mysterium, et illud divinum prodigium, cappam illam supercelestem in qua reposita
fuerat deus et homo, ut in epistola sua innuit beatus Ignatius qui scribit sancto Johanni evangeliste. Non solum fuit oc-
cupata valde pietatis operibus, sed cum eius operibus hilaris et humilis indefessa virgo mater inerat,
pigricie nos valde arguens, que tanto in nobis qui sui sumus vituperabilior exstitit, quanto ab ea que
nunquam est penitus sit aliena. Vis audire alacritatem simul humilitatem in operibus virginis sancto Luca
testante, iam celitus gravidata, Maria exurgit et alta montana conscendit, intrat domum
Zacharie et salutavit Elizabeth. Nos autem domos pauperum non solum non adire sed respicere
contempnimus, et ipsos pauperes ad nos venientes nec salutacione dignos reputamus. Iudicio super
tanta dignatione Elizabeth clamat dicens unde hoc mihi ut veniat mater domini dei ad me. Maria
filio nato Herodem metuens, invitante illum in ulnis collocat, sine mora et nimie multo
cum labore in Egiptum portat et reportat. Nos vero si quid deum habemus, et in uno loco eum
parvulo moram trahimus iam deum perdimus, quod iam locum mutare volumus. Maria hilaris
ad templum ad purificandum ascendit, que nihil impurum habuit, filium gratanter obtulit, quem
solo prosperum novit. Nos purificanda plurima habemus, et purificatores cum fastidio differimus
multa haberi et pauca et viliora cum tristicia offerimus et [illegible]. Maria semper ad ecclesiam valde
distantem a Nazareth usque in Jerusalem, et hoc secundum dici festi consuetudinem, et secundum sua singula-
ritatem, filium perdidit quem solicite querit donec invenit. Nos vero ecclesiam etiam domibus contiguam sig-
nitter intramus, [illegible] ibi christum quoque perdimus si temporalia quedam querimus. Denique Maria non
contenta virtutibus et donis que iam habuit quod vere humilis erat, non pauca hec bona considerabat
cum iam impleta spiritu sancto fuisset semel in utero, secundo in sanctificatione, 2° in filii sui conceptione, 3° cum
apostolis in cenaculo Syon expectare dedignata est, ut adhuc spiritu sancto infunderetur copiosius sicut iacet

de labore Marie virginis

beata virgo ter fuit repleta spiritu sancto apostolorum scriptum est. Nos autem si quid gratie modicam scintillam suscepimus, perfectionis apicem apprehendisse credimus, et cum ceteris hominibus habere comparationem dedignamur, videntes scilicet hanc, quod sedula quod humilis quod leta beatissima dei genitrix in operatione fuit, dicant ergo ypocrite, dicant stulte muliercule semetipsas decipientes, in quanto ocio maneant, ab omni actione exteriori quiescere, in angulis etiam iacere, et soli contemplationis amplexibus vacare summa perfectionis est, ad quam inquirunt nisi quibus convenit quicquid operatur est bonum, et deo placens, sed hec ut arbitror nisi sint erronea, aut intellectualis erroris proxima ego enim nec intelligere volo nec valeo, aliquam huiusmodi [illegible] filiam, ipsa de qua loquimur meliorem, que in operibus tam intentis quam pietatis et sedula fuit et devota, cuius exemplo [illegible] credo, quod suo tempore operativa et suo tempore contemplativa vita deo gratissima sit. In hac vicissitudine Petri fuit actio contemplationis, eo quod teste beato Gregorio Non fit bonus contemplativus nisi qui primum fuit sedulus activus. Et sic miro quodam modo contingit, quod caro vices administrat spiritui, quod tunc solum vere delectabiliter et securius est mens ascendit in interiora civitatis illius superne, quando caro huius fungitur suis in operibus vite, et quod tante auctoritatis est apud deum indefessa operatio. Denique de hac forti muliere quam utique perfectam incomparabilem habuit in proverbiis scriptum est, et laudent eam in portis opera eius. Dicam ergo signanter de virgine quod stabat, quod omnem carnis voluptatem suppeditavit, et super pigros in lumbis semetipsos verificates ut ostendit in ordine per studium se indefesse operationem exercuit, alia quoque incommutationis intentio, ad propositum magis conveniens. Nam stare dicitur in oppositione ad moveri, sicut quemadmodum dicimus stare in acie qui non fugiunt, stare quoque dicimur in pace, qui disciplina spiritus semetipsos inordinate non agitant. Secundum hanc significationem dicitur apte de virgine quod stabat quod cunctis viris recedentibus discipulis fugientibus in gloriam totius feminei generis, inter tot perplexitates filii sui constanter cum illo pene sola remanebat, tradito enim domino ipso, [illegible] discipuli omnes ut in evangelio Matthei scriptum est relicto eo fugerunt, cum huic ex opposito tunc textus iste. Stabat autem mater eius. Ecce impletum quod per ysaiam ipse filius ait, Torcular calcavi solus et de gentibus non est vir mecum, vere non vir, quod viri fugerant, mulier cor viri gerens stabat. Hec virago vocabitur, quod viriliter stetit. Hec est fortassis illa solempnis statio de qua in ecclesiaste scriptum est. Generatio preterit, quod beatus Petrus cum ceteris etiam principibus fugit, generatio advenit, quod latro propter scelera suspensus audivit mecum in cruce hodie mecum eris in paradyso, terra autem illa benedicta que fructum divinum peperit in eternum quando stetit immobilis, nequaquam a movente recedens, que virtutes nunquam dereliquerat, o columna immobilis beatus ille qui tibi innititur, o stabile fundamentum beatus qui tibi superedificabitur, o centrum omnis devotionis, beatus qui circa te meditando versatur. Non solum stabat Maria quod non fugit, sed quod nobis valde amabile et semper imitabile dignum est in virgine, ideo pulchre stetisse dicitur quod in tanta cordis sui amaritudine, nichil indecens, nichil indisciplinabile egisse legitur, quod eius pudicitiam deceret virginalem. Sunt enim plangentium sive dolentium tria genera, quidam enim dolorem huiusmodi recipiunt in corde, et eundem dolorem intus excedendo exprimunt exterius in operatione tale aliquid passus est Heli primo regum ubi legitur quod audiens a philisteis captam esse archam domini cecidit retrorsum et confractis cervicibus expiravit, quidam vero nichil molestie patiuntur in corde propter honestatem, sed exterius dolorem simulant, ululatu clamore et bestiali quadam gesticulatione, quemadmodum solent hee muliercule de morte maritorum defunctorum vel [illegible]. Sed [illegible] utrique predictorum frustra se affligunt, primus enim sine clamore in inordinato motu suo creditur ab hominibus, secundus autem quanto magis insipienter, tanto rarius et fides adhibetur. Tertium modum plangentium qui valde humanus est virgo mater nos docuit, que cum in corde tam amarum dolorem gestaret, nichil tamen fedum, nichil indecens exterius ut estimo gessit, nequaquam obliviscens in tantis angustiis et fidei catholice et virginalis pudicicie, dolorem enim suum incomparabilem, fides quam de resurrectione filii sui habuit temperavit utrumque ne deficeret, et modestia puellaris ordinavit, ne indisciplinatum quid committeret, unde recte dicitur quod iuxta crucem stabat. Non autem cadebat aut insaniebat aut fugiebat, ut constantia ipsius nobis, et modestia fidei catholice et virginalis pudicicie commendetur. Ecce audivimus de Maria quod stabat, sed et locum ubi stetit [illegible]

Contra errores mulierum

et generatio advenit terra autem in eternum stat generatio preterit

Tria genera dolentium

Sequitur iuxta crucem Jhesu / o mater domina quid hic stas / quid hic agis / quis te huc adduxit / qua ob causam huc venire voluisti / quid tibi et cruci / quis umquam qui te cognovisset regina angelorum et hominum presumere ausus fuisset quod stares iuxta patibulum / an habes aliquid in ipso patibulo / quod debeas respicere / et cui debes merito societatem exhibere / habes utique / Sed quid hoc est obsecro tibi / Jhesus / iuxta crucem mater Jhesu / Iste unus filius meus et idem est tibi sponsus est et dominus / ipse unus deus et homo est / quem diu virgo mater Jhesu crucifixo astitit / quia vere in illo uno omnia habuit / eum non debuit dimittere a se / quondam illum amiserat / non nisi per triduum et eum merore querens / per vicos iudee inter cognatos eum requisivit / eum invenit / Nunc autem amplius eum inter cognatos querere non oportet teste evangelista / Stabant omnes noti eius a longe / quid ergo faceret pia mater Jhesu / nisi staret iuxta crucem Jhesu / si omnes ab eo discessissent / postea quis sibi eum amplius indicasset / quis eum celestium terrestrium infernorum cogitare presumeret quod ibi staret filius dei / sed et si in primum eum tetenderit discessisset / et postea redempti dictum fuisset / Certe maria / Hoc tamen quis credis quod eum cognosceret / Iam enim primi sacerdotis facies immutata est / certe ipsa illud Job dicere poterat / Inhorruerunt omnes pili carnis mee / Stetit quidam cuius vultum non cognoscebam ymago coram oculis meis / Non sinebat eum videre / non nisi vestitum fortassis veste quam sibi fecerat / et certe stat nuda illa caro sacratissima / proprio cruore respersa / tota dilacerata / tota dilaniata / Integrum noverat corpus filii sui / quod cum egressum de utero suo / cum virginitati mee genuit / quod nascens eam integram dereliquit / et certe nimius sibi quod mater prius viderat corpus crudeliter perfossum perforatum est / viderat manus illas semper benedictas / aut infirmos tangendo / aut aliud pietatis operando / et certe confixe sunt / Audire consueverat de illo ore aureo semper celestia semper consolatoria verba / et certe pangentes clamat valide deus meus deus meus ut quid dereliquisti me / Viderat inspexerat vultum illius divinis radiis fulgidum / qui simul angelis ad inspiciendum fuerat / et certe inclinatum expalluit et exaruit / hinc livoribus hinc sputis illitus / hinc cruentatus / quid hic inter hec faceret mater illa / nisi quod staret iuxta crucem / si eum domum sedisset / dum hec fiebant / duplicatus fuisset dolor eius / Mater ergo concepto consilio dicebat in corde suo stabo / et expectabo mortem finem / quia planctus fecit in dilectum filium meum unigenitum / sequar a longe egredientem de Jherusalem / aspiciam lacrimosis oculis / quo ducatur quo suspendetur / quo perforentur manus eius et pedes / quo affigant eum patibulo / quo erigant in ligno / et cum omnibus peractis successerint et preda satiati non appropinquantes amplius ei / tamquam maligno in ligno pendenti / tunc ego accedam propius et stabo iuxta crucem mei Jhesu / amplectar illum meis brachiis / deosculabor illud labiis / rigabo illum lacrimis / et quia mori non licet cum eo / infigam tamen oculos meos in suspenso filio aspiciam quomodo de hoc mundo recedat / quem solum unicum novi / quo in hunc mundum venit nunquam deseram / quem unicum nunquam dereliqui / Et autem virgo mater tamen propter sic genuerit evangelista expresse innuit ubi ait / quod stabat iuxta crucem Jhesu / Cum siquidem essent tres crucifixi duo videlicet latrones unus hinc et alius inde / et in medio Jhesus / si maria in campo remotius stetisset non magis diceretur stetisse iuxta crucem Jhesu / quam iuxta crucem latronum / licet iuxta crucem ibi staret non propter cruces latronum / Hic autem non oportet dicere quod stabat iuxta crucem non autem quamlibet sed Jhesu ut sic illi cruci medie sociam se ostenderet / quam nunc ad dextram aliarum / que tunc multum distabant / iuxta istam stetisse perhibetur / In quo pie creditur quod crucifixo cui tam prope astabat multa pietatis matris officia exhibuit / licet hoc in evangelio scriptum non sit / Crux autem Jhesu pulchre dicitur / quia quasi solam crucem / et non aliud in terra possedisse videtur / quondam ipse enim de se dicit / filius hominis non habet ubi caput suum reclinet / Nunc autem aliquid proprium videtur habere Jhesus / quid obsecro / ait enim Johannes / Crucem Jhesu / hanc quippe licet ipse non sibi careret / cum eam de Jherusalem exportaret / ipse illam et non alius exportavit et inhabitavit

Meditatio marie de stando iuxta crucem

Quomodo crux sit possessio Jhesu

O Jherusalem Jherusalem, quanta tibi celitus apportavit Ihesus, et ecce non portat a te nisi crucem, et quid
mirum si mater hanc crucem stat mea virgo tam familiariter, cum sicut dictum est sit proprietas
filii sui, dixit olim hinc meus filius, in his que patris mei sunt oportet me esse. In cruce itaque
cum filio stare voluisset si licuisset, quod quia non licuit, cum ex precepto patris nemo nisi filius eam in
habitare debuerit. Stat mater iuxta crucem Ihesu mater eius cum paucis, sed vere cong. Mira res et stupenda
sed non minus mirificanda, ipsum cruci affixum omnibus pene nudus dereliquat, discipuli fugam
dedere, inimici quos curaverat non compuerat, turbe quas miraculorum paverat procul steterunt
et crucifixo insultaverunt, Iudei pretereuntes caput suum moverunt et subsannaverunt, milites in-
sultantes vestimenta diviserunt. Inter hec omnia Stabat mater iuxta crucem Ihesu mater eius cum paucis,
sed vere congrue sibi astitisti pia mater, cunctis enim deserentibus, qui olim ad te sola venire
dignatus est, dimissis creaturis omnibus. Hic est enim indomitus ille unicornis, et inapprehe-
nsibilis omnibus seculis, qui dudum agitatus et fatigatus sanctorum patrum desideriis et aliis
suspiriis, se interim comprehendere non valens tandem in gremio suo virgineo captus est, et ecce
vicem reddidisti, utinam illi dignacio ille se tibi dedit, derelinquentes omnia tu autem omnibus
enim derelinquentibus in tantum ut ipse clamaret de cruce quod pater eum dereliquit, ut bona gemma
permanens, tu stanti in cruce mater iuxta crucem stando, pietatem deflendo exhibes, invisibiliter patiens
quod ille visibiliter passus est. Audite hec omnes gentes et circumspicite, audiat et obstupescant
cardines terre. Stat deorsum in terra, sed in uno terre loco maledicto, scilicet in loco calvarie, ubi
dampnati puniebantur, dominus Ihesus, et sedet in throno sursum in vertice omnis creature, unus ipse
stat in cruce, et sedet super cherubin, stat solus et pene nullus secum deorsum. Sedet etiam
sursum et milia milium ministrant ei, si decuit ex antiquo patris consilio ita stare in cruce. Quis
unus sibi dignius pietatem exhibebit stanti in cruce quam illa, quam digna suo conspectu indicavit
in celis amictam sole, et lunam calcantem sub pedibus et habentem in capite coronam xii stellarum.
Dixit olim dominus Ihesus qui non tollit crucem suam et sequitur me non est me dignus, hec autem de qua
loquimur, hanc crucem si licuisset portasset, sed quia non licuit ideo saltem stabat iuxta crucem ad compa-
ciendum ei, immo etiam tantum vel magis passa est ibi quam aliquis in morte corporali, gladius
enim doloris animam eius pertransiit. Alia quoque racione maria mater habuit ut staret iuxta crucem
Ihesu, quis enim ignorat hanc dominam nostram thesaurariam de celi, sufficientem cunctis nostris mortalibus
ita ut de plenitudine eius accipiant omnes, et ubi hec omnia obstetrico hausit, quam supplicantibus tam
libenter distribuit, nisi crucem ut arborem Ihesu, ibi enim excepit gratiarum fluvia de fontibus
salvatoris, de quibus tunc hausit maria haustum fidei, quam tunc effudit in ydriam pietatis.
Vidit enim in spiritu Ezechiel aquam egredientem de templo a latere dextro, et vere maria templi
hoc non in spiritu, sed oculis carnalibus videre meruit, aquam cum sanguine egredientem de templo dei
non lapideo, sed de templo corporis sui, et hoc a latere dextro ubi lancea militis perforatum est.
Hic est fluvius ille qui egressus est de loco voluptatis, et corpore domini Ihesu, quo inde in quatuor
capita distributus est. Iste est ille fons patens, quem predixit propheta zacharias fore domui
david in ablucionem peccatoris et menstruate. Sancta ergo virgo devota, sta iuxta crucem et imple
ydriam tuam, ne liquor ille preciosissimus ad inutilium defluat, que omnis sitientibus haustum
fidei defecerunt usque ad te, et cum impleveris ostende ex ipso liberali effusione invenimus et sponsam
te esse salvatoris. Hoc enim indicio ille antiquus Eliezer sponsam quesivit filio Abraham. Sic
enim Mesopotamiam venisset ad puteum ait: Ecce sto prope fontem aque et mulieres civitatis
egredientur ad hauriendam aquam, ideo puella cui dixero, inclina ydriam tuam ut bibam, et illa
dixerit, bibe domine, et camelis tuis potum tribuam, ipsa est quam preparavit dominus filio domini mei. Ecce ergo
mitis et benigna. Ecce nos omnes stamus prope fontem aque, passionem filii inspicimus et te vo-
limus, sed puteus nimis exigentibus [illegible] ad devocionem non possumus, valde sitimus, sed haustu

non habemus, et puteus altus est. Sed memento obsecro domina, tu quanta amaritudine, tu quanta habundantia, de hoc fonte hausisti, et quod fontis tui effundis liberaliter, continue nobis quoque tuis a peccatoribus sarcina peccatorum terrenis gravante oneratis, potentiam tribue ad amorem crucifixi filii tui, et ad celestis patrie desiderium nos accende, ut sicut tu humana gratia es gratia, ita de plenitudine tua accipiant universi. Ideo vero ut continuo stabat iuxta crucem Jesu. Et est alia adhuc aptitudo rationis quod quia prope iuxta crucem maria stetisse describitur, quod videlicet maria cum cruce multum concordat et antequam in ea pa-

De similitudine crucis et virginis

teretur dei filius et post, ante illam passionem quippe crux adeo maledicta fuit, ut maledictus diceretur omnis pendens in ea, similiter et virginitas quam initiavit maria, ante hoc tempus adeo maledicta fuit, quod mulieres virgines precipue virginitatem plangerent, eo quod posteritatem in terra non relinquerent, sicut in libro Iudicum scriptum est ut legitur de filia Jepte, postquam vero et maria virginitatem et christus crucem dedicavit, maria cum cruce habuit multam similitudinem, et in virtute et in decore, quod in virtute, ecce crux expellit demonia, sanctificat omnia que per ipsam fiunt

Virtus crucis

benedicta, quod autem tantum timent demones quamque vocabulum maria, quibus adeo sanctificata pro omnia que illa cui de celo missus est facta, ait enim ei angelus Benedicta tu in mulieribus. In decore quoque

Gloria crucis

et gloria valde concordant. Ecce enim crux illa valde ignominiosa, de locis penarum transiit ad frontes imperatorum. Crux illa sordens squalore dampnatorum corporum, nunc fulget in dyademate regum. Crux quondam mundi obprobrium, nunc clipeos et arma distinguit principum ac pontificum. Crux quondam hominibus horrida, nunc in vexillis posita, post se trahit exercitum militum et processionem populorum. Crux que digna non fuit videri, precedit nunc facies summorum principum ac pontificum. Crux illa quondam truculenter distendens corpora latronum, nunc ornat frontes templorum. Crux illa tamquam loca deserta occupans, nunc distinguit deserta viarum et invia. Crux quondam vere potentum vilissima subiugavit nunc totum mundum, quondam crux in terra fixa sordidam

Laus marie

ventrem, nunc digna fulgebit in celo, ante iudicis adventum. Audistis gloriam crucis. De maria quid dicam? Ecce puella illa quondam despecta, femina illa que mediis delitescens est [illegible], ancilla illa paupercula plena luctibus, iuxta crucem stans pene solitaria. Ecce nunc auro et argento in ecclesia rutilat, militantium superius et inferius colit eam et invocat. Hinc autem in sanctorum ymagine fidelis contra super altaria collocatur, nunc eius nomine templa dedicantur precipue palio. Hinc pro illa litigant pre timore religionum quarum potius sit patrona. Audito nomine eius fideles populi et devote curvant genua. Circuitum pergentes mundum peragrantes maria navigantes ut saltem loca videre valeant, in quibus habitavit maria, petiit et absit quod negotium eloquium in nomine maria. Gentes hominis mundi sponsos honorantes valde filias suas appellant hoc nomine, et virginem que hoc nomine censetur aliena semper a copula maritali estimarent. Hec et multo amplior est gloria marie in hoc seculo, quantam credis esse in celo, ubi eam oculo ad oculum inspiciunt omnia celi agmina. Videns ergo apte iuxta crucem invenimus, cum qua habuit multam similitudinem. Congregemus itaque fratres karissimi, accedamus devote, et cum domina et matre nostra ne sola stet stemus iuxta crucem Jesu, plangamus illud amabile filium, unum beatum matris eius. Ecce ipsa nobis cum filio preparat iam regni solium in patria, nosque pietatis oculo intuetur in hoc exilio tremendo, quod perfecto sociis complanationis nostre eruimus et sociis tabulationum fructus. Si quo vocabulo iuxta crucem stans intempestive audiamus.

Scriptum est Mater eius, quare non appellata virgo maria, ex proprio nomine, sed magis ex ordinatione. Sicut enim dictum est maria cleophe ita bene dicitur maria Joachim. Sed nec hoc ut opinor otiose dictum est, matrem enim suam fuisse que iuxta crucem stetit evangelista commemorat, ut culpa iudeorum eo gravior appareret, quod filium in oculis matris interficientes legem manifeste transgressi sunt. In deutronomio quippe scriptum est: Non coques hedum in lacte matris sue. Hedus immolatus qui iuxta ritum agni in exodo tolli et et assari iussus, christus est dominus deus noster, qui velut agnus ad occisionem ductus, non aperuit os suum. Hic est in lacte matris coctus, dum circa idem tempus quo quondam in virgine conceptus, dum adhuc tenella

esset caro eius in utero recondita annis xxxiii in ocul' eiusdem virginis et matris crucifixus
est, et quia tam in hoc, quam in aliis pluribus, secundum eius mortem legem preceptam sibi, et locum
et legem et gentem perdere meruerunt, propter hoc etiam merito vocat ihesum, quando stetit iuxta crucem
ihesu ut hereticorum pravitas confutaretur, quorum quidam dicunt christum nil habuisse de carne et sanguine
sed corpus fantasticum, alii vero eum corpus de celo apportasse, et de matre genitum non
fuisse, audiant hii omnes et confundantur, quia stabat maria iuxta crucem ihesu mater eius, mater veraciter ve-
neranda, mater intacta, alia quam ratione beatus vocat stabat iuxta crucem, ut vel magnitudinem doloris passionis
ostendat, quod mater non modicum quid sustinuit, ex persona dilecte matris illius, quam desolatam
et ineffabili dolore plenam cognovit, hoc autem ex eo probatur quod iam in proximo moriturus, ama-
rissime mortis oblitus desolate matri compassus est, ut hoc in ultimo spiritu consistens disponeret
quo hic maneret de cetero, eam alii commendando, o dolores inexplicabiles, o ineffabiles [illegible]
cum sancti amoris filius pati valde ac matri nimis compatiebatur, ergo est compassa compatienti
unigenito, filius recompassus est compatienti matri, tantus enim impetus fuit passionis domini ihesu
ut quasi torrens ipsum pacientem impleret, dolor inebriaret, et eo impleto matrem influeret
qua sic impleta, in ipsum filium pacientem passio quodammodo redundaret, ubi impletum est quod in
canticis dictum est, ad locum unde exeunt flumina revertuntur ut iterum fluant. O viscera materna beata
atque sanctissima, quanta fuit illo tempore inter vos commotio, dum dissecaretur et extenderetur caro
illa sacrosancta, que inter vos tam dulciter est compacta, que etiam ad solam mortis imaginem
matris illius viscera contremuerunt, cum filium suum inspiceret ut exclamaret ut [illegible]
Commota sunt quippe viscera eius super filio suo, tu autem si [illegible] clamares ut [illegible]
ille tuus filius bonus et optimus quid profecisses, cum undique te circumstantes, una voce pro-
clamarent dicentes, tolle, tolle, crucifige crucifige reus est mortis, si hunc dimittis, non es ami-
cus cesaris. Idcirco dolor qui ab aliis matribus exprimitur signis exterioribus, pene totus intra te quasi
viscera tua venerabilia commovit. Ad quorum motum simul et filii tui morte non inmerito contre-
muit terra, et vera terra id est iudea lapidibus durior, quia eius cor hoc ad mentem reducens non
potuit emolliri. Idcirco etiam evangelista maria ubi iuxta crucem stetit matrem indicat, ut vel
omni devoto pateat, si matrem mater querit, ubi eam querere maxime debeat ut effectum inveniat
ubi est obsecro indica si invenire possit, ubi pascat ubi cubat in meridie, si quo valeat eam
invenire, ecce indico stat iuxta crucem ihesu mater. Venite filii matris vos qui dudum quesistis ma-
trem, omnes qui scandalum huius matris cognovistis, qui matrem inter cognatos et notos suos inquiris
qui fidem invenire vultis et fidelissimam quam usquam adoptastis, ecce in promptu est quam
quam queritis, stat iuxta crucem ihesu mater eius, ac illam querat ubi timet sacris meditationibus
pulset devotis precibus, quicumque eam pro certo invenire desiderat et dicat [illegible] obsecro
dulcis mater et domina illius venerande stationis, qua tuo tam beato filio astitisti in cruce pendenti
redue queso ad memoriam cordis tui cogitationem et innocentissime tue passionis et angustias
quas tunc habuisti quando innocens ille unigenitus tuus in oculis tuis immolatus est. recogita
quod omnia pro peccatoribus pati voluit, quorum primus ego sum, ille in morte sua meruit, ut
essem servus suus. o unica spes miserorum confugio plenus fiducia ad te, ineffabiliter et omnes
necessitates meas tibi recommendo, te hodie in matrem et patronam meam eligo et propono. Noli
pia mater spernere me, noli abicere me propter eum qui amore mei vulneratus et dilaniatus pedes
ad te, quia credis quod [illegible], ne ipsum negare possit ei, qui illam hoc modo iuxta crucem aggressus
fuerit, quia igitur virgo beata iuxta crucem quesita est et pulsata tutissime se invenit. ubi etiam
quondam mente assidua tota absorpta stetit unde bene matris non exprimitur de dicto iuxta crucem ihesu mater
certe dilectam stationem glorie virginis iuxta crucem hoc misterium expositum audivimus. Nunc coassistentium conditionem
inspiciamus        Sequitur. et Soror matris eius maria cleophe et maria Magdalene

Oratio devota

Sicut ex antiquis genealogys collegi Anna mater sanctissime virginis tres successive maritos habuit
primus fuit Joachim, de quo peperit hanc de qua loquimur virginem mariam 2us fuit cleophas, de quo
alteram mariam genuit, quia desponsavit alpheo, de quo illa quatuor filios peperit Jacobum minorem
simonem et judam et Joseph qui cognominatus est iustus Tertius anne maritus fuit Salome, de
quo tertiam mariam genuit, quam tradidit zebedeo in matrimonium de quo ipsa genuit Jacobum maiorem et Johannem
evangelistam hec igitur que ut dictum est cruci astitit media maria fuit, que quidem dicitur cleophe et est
supplendum filia, quoque vocatur maria Jacobi, et supplendum est mater Maria magdalene que hic
tertia dicitur, hec est de qua testante marco dominus eiecerat vii demonia Matheus autem et marcus
etiam mariam matrem Johannis uxorem zebedei cum ceteris affuisse narrant Johannes quoque qui et ipse af
fuit, ut ex iam sequentibus patebit, fuerunt igitur quinque in numero persone, quas circumre exprimit
stantes iuxta crucem videlicet Maria mater ihesu, Maria cleophe et maria magdalene, Maria zebedei et
filius eius Johannes, quas utique scriptura ita dilucide numquam exprimeret, nisi aliquid in ipsis intenderet
fidelium edificationem In eo namque quod mater compatiens patienti filio astitit manifeste datur intelligi, quod mo
lestum sit in nobis deo pro peccatis, de quo abluendo non filium suum de tanta passione supportare dignatus
est O si pro alienis peccatis homo innocens filius in conspectu innocentis matris periit, quid aliud
insinuimus per hoc, nisi quod peccatis nostris per passionem et compassionem ad unguem oportet satisfacere Passionem
dico quam nobismetipsis per sanctificatas austeritates inferimus, et illam ab aliis omnibus
tolleramus hec est enim crux nostra de qua salvator dicit, qui vult venire post me etc Compassionem
vero huiusmodi appello, quam cum corde gerimus, et pietatis per proximi opera exhibemus hinc daniel
ad regem babilonie ait, peccata tua elimosinis redime, et iniquitates tuas misericordiis pau
perum Apte quoque astitit maria cleophe, que sicut dictum est quatuor filios habuit in ceteris apostolis
ut ipsa videret quod in conspectu filii sui abessent, pro quibus liberandis magister ipsorum ignominiose
morti se tradidit, ipse namque precedenti nocte, cum ad mortem quereretur ait, si me queritis sinite
hos abire, quia in te patres ac matres docti sunt, ne umquam dubitent tam fideli domino filios suos
mancipare in religione servituros Sed dicit aliquis vellem filios meos bonos esse monachos
sed numquam dedicatum filium meum sub invicto ponere monasterio, metuens ne forte peniteat et recedat
et error novissimus peior priore fiat, Metus iste ut estimo ex defectu fidei prodiit et dilectionis divine
tenerat Nam modo offerentes filios et filias numquam timent quod peniteant, cum tamen certum sit quod
medius eos abiciat, quam sibi inutiles fuerint offerri, Tuo autem probabile est quod iste pastor ovem bonam
sibi oblatam, et ad se devote venientem et fugientem aliquo modo derelinquat, qui etiam pro illis
qui a se recesserant liberandis morte turpissima voluit gratis. Mater namque filiorum zebedei astitit
crucifixo domino que iam ante ab ipso filiis suis sessionem in regno postulaverat, quod quia inordi
nate petivit, filii ipsius audire meruerunt, nescitis quid petatis, ut ergo addisceret quo pacto filiis suis
ita gloriam peteret, ut obtineret, idcirco huic patienti christo astitit, quod sine passione christi regnum putavit
ut perfecto toti mundo claresceret quod via regia ad illam gloriam et semita compendiosa sit ignominia passionis
huius salvator ait beati eritis cum vos oderint homines etc et alibi scriptum est per multas tribulationes oportet
nos intrare in regnum celorum, Preterea igitur rectus est ordo, primo cum christo in cruce stare, postea
ad dextram et sinistram eius in regno celorum sedere, non enim sunt condigne passiones huius temporis ad futuram
gloriam que revelabitur in nobis Sed et illa dulcis et devota discipula domini ihesu, suspensum

de s. maria magdalen

magistrum astitit, ex cuius ore quondam audierat dimittuntur tibi peccata multa Sed quis putas observo
quid ibi fecerit aut quo se induerit, cum pietates quas circa illum exercuerat, ad mentem reduceret
et ad illud crudele spectaculum oculos elevaret, O amoris et pie spectaculum, O maria, ecce pedes
quibus oscula impressisti, pedes quoque lacrimis lavisti, et capillis tersisti Ecce pedes iuxta
quos sedere consuevisti, ad audiendum verbum domini ihesu, vide nunc quod inhumane perforati
sunt, quod crudeli clavorum pacto confixi sunt, Ecce devota discipula, Ecce magister tuus Ecce fecunda amatrix
ecce dilectus tuus, ecce defensor tuus, quis te deinceps contra phariseum defendet, quis pro te pug
nabit contra discipulos, quis te post excusabit contra martham murmurantem, quis te deinceps
vocabit ad se, magister inquit adest et vocat te, cum esses in civitate peccatrix milites forte huius

amatores, ad quos confugere poteras, quibus omnibus derelictis, istum tibi sapientem tamquam partem optimam elegeras, et utique sufficeret tibi cum esses secum. Si ecce omnes tibi in fastidium versi sunt preter istum. Ecce etiam nunc iste recedet a te, et nunc orphana quid facies, ad quem ibis, quis deinceps curam tui suscipiet, nullus te non curat, et merito, quia nil tibi huius mundi cura est. Si autem in Bethania redires ad propria, duplicabitur amaritudo tua ex memoria tanti hospitis, quo ergo seposito dimittens alios ingressus est in Bethaniam ut maereret tecum, quid ergo fiet de te. Non video melius quam ut stes iuxta crucem, et ab una parte stet Maria speculum innocentie, ab altera vero speculum penitentie, et testis divine misericordie. Hec sunt illa fortassis specula, de quibus in Exodo mystice scriptum est: fecit Moyses labrum eneum de speculis mulierum, que excubabant ad ostia tabernaculi federis. Ostia tabernaculi sunt vulnera domini Iesu, mulieres excubantes in hiis ostiis sunt Maria mater virgo, et Maria peccatrix vulnera inspicientes, et in ipsis vulneribus sanatorum eneum conficitur, quod de exemplis corporis doctrina salvatoris colligitur, quod sonus exivit in omnem terram. Stant ergo decenter simul et mirabiliter hinc virgo hinc peccatrix, in medio autem Iesus vita et eadem morte, et purificator virginis, et consolator peccatricis. Bene ergo et optime Maria Magdalena iuxta crucem venit, ut ipsa videat, et omnibus nobis pateat, ad quantam gratiarum actionem peccatorum cuncti pro domino sit obligatus, si enim aliquis alterum sibi valde obligare contendit, magis proximum sibi conficit et dicit: Accipe gratis hoc o amice de mea bona voluntate, quod ego pro mille talentis comparavi, quis enim in hoc modo obligatur, seu efficatior modus obligandi amicum posset inveniri. Advertite, et adhuc in infinitum excellentiorem modum vobis demonstrabo. Ecce enim dominus Iesus, non auro sed sanguine indulgentiam emit Marie Magdalene, et illi que peccata ipsa comparat nihil dicit nisi dimittuntur tibi peccata tua. O mira et optime gratia virtutis et gratiarum actio seu devotio, doce nos obsecro peccatores gratias tibi condignas referre, quia sine te nihil possumus facere, quis angelorum vel hominum unquam sufficienter cogitare sunt quod tanta dilectio tantaque dignatio etiam possibilis sunt, donec per temetipsam exhibita est mundo. Stabat quoque non in ergo iuxta crucem Iesu, et Iohannes evangelista qui precedenti vespere super pectus eiusdem domini oblata quiete dormivit, ubi et secretum traditoris sibi revelavit, et ecce familiaris illius dulcedinis turbatus, sed et illius gaudii extrema luctus occupat, quia in re familiares amici dei plene instructi sunt, ne indigni se desperare debeant, si quando eos interne illius dulcedinis radice et cum consideramus. Est enim gustus ille quedam ineffabilis et superni regni et gaudii prelibatio, quam scilicet ille benignus [illegible] filiis suis, nonnumquam etiam in hac vita commendat, quia vero nostra possumus accedere quandam, et quasi ut ita dicam feminas scholares esse, quibus deus ad secundam inquisitionem illius pleni convivii invitat intendit eos qui participes eius fieri meruerunt. Sunt ergo nonnulli qui postquam modicum illius dulcedinis quidquam gustaverunt, adeo ingratos semetipsos reputant, ut ipsos putent se esse, et in eo quod pabulum gustaverunt semper perseveret, et ideo quasi infideliter arguant, et semetipsos ab illo derelictos conquerantur, si quando dulcedine quam senserant eos contingit privari, hii nimirum gratie obliti iam sunt, quia ob causam gustus ille fidelibus in hac vita indultus sit. Nam si hunc adulte digne dulcedinis illius privationem sibi tam fructuosam sequi faterentur, ut habitum nihil dicam fructus sororem. Hinc salvator discipulis de suo recessu turbatis ait: expedit vobis ut ego vadam. Ad nos namque dominus venit in occulta dulcedine, ut ostendat quid mens sitire debeat, et ad hoc recedit ut sitim acuat et invitatus copiosius redeat, ad hoc venit ut menti indicet in quo solo sufficientiam habeat. Ad hoc recedit ut semetipsum nobis derelinquat, ut tanto se homo illi devotius subiciat quanto videt quod sine illo omnino nihil valet. Sed quoniam patet quod mirabili quodam modo iste domini recessus quandoque utilior est quam ipse accessus, quod bene dominus declarat per Ysaiam dicens: ad punctum in modico dereliqui te et in miserationibus multis congregabo te, sic ergo decet nos meliores esse, quamvis brevem concessum sunt Iohannis in sinum domini recumbere, et quod parvo tempore Petrus apostolus claritatem transfigurationis vidit, ut tamen in loco illo semper optaret persistere dicens: domine bonum est nos hic esse, dicit evangelista quod nesciuit quid diceret

Homine ergo valde superbus est et nimis magnum semetipsum reputat, qui cum deo quasi reasi et inter cohabitantes impatiens quasi similiter agitat. Si quo subito et contemplatione pia ad tempus vel per deum vel per hominem fuerit spoliatus, tunc enim principi apostolorum subtrahi se prefecit, in glorie resurrectionis non nisi unus intuitus est concessus, et illud summi regis cubiculum aperire contendit qui postquam modico spatio in pectore domini dormivit, statim illud perforari lancea conspexit, et qui vidit testimonium perhibuit. Ecce utrumque descriptum est illud medium colligendum quod venerabili ac beate Marie accidit iuxta crucem filii sui, omnibus predicta maiorem spectaculum sibi attulit cum ex omnibus corporis ihesu quatuor affigeret, et ceteros in locis omnibus mentem et dispersionem laborare cogitaret, et ipsos qui presentes erant beate filii sui cum fletu et lamento clamare audiret. Sed una erat omnium idcirco vere omnium dolere debuit, et ipso nomine suo amaritudines bibere ut impleret in ipsa, quod in ecclesiaste scriptum est, omnia flumina intrant mare, et mare non redundat. Semper enim amaritudinem in Maria iuxta crucem stante instruxit, et illa non defecit quia virtus altissimi que quondam sibi obumbravit ut conciperet nunc illam insulsit, ut constanter sustineret, quod autem nunc hoc agit deus concessit ut audiant omnes.

Cum vidisset ihesus matrem et discipulum quem diligebat. Ecce legislator antiquus qui non venit legem solvere sed adimplere legem quam olim de venerandis patribus ipse condiderat nunc implevit dum est iussit honorari per omnia parentes sicut scriptum est descendit cum eis in Nazareth, et erat subditus illis scilicet Marie et Ioseph. Nunc autem quod ille putatus mortuus esse credebatur, et idcirco matrem sufficienter honorat, honore quo manere non potuit distensus in cruce, et in ultimo spiritu iam constitutus, cum nullum membrorum proprie suum liberum esset exceptis oculis et lingua, de utroque honorum matrem summe dignus est, respiciendo scilicet et alloquendo. Cum ergo vidisset matrem, Ecce filius tuus, et congrue in toto enim corpore hi duo officia necessaria sunt oculi et lingua, quo utraque ad matrem dirigit, ut perfecto indicaret quod ipse eam gestaret in corde suo iam de mundo recedens, quem illa suscepit in corpore suo intrantem in mundum. Sed libet ipsorum et allegoricum hunc aliquantulum imitari. Cum vidisset inquit ihesus matrem, merito matrem compatientem aspexit quia id quod pati poterat ex ea contraxit, olim ista mater venerabilis hunc filium ut in nuptiis vinum miraculose mutaret rogavit dicens vinum non habent, at ille matri ostendens quod opera divinitatis, opera sine corpore sed a patre recepit, ait quid mihi et tibi est mulier, quasi diceret, in hiis que miraculose operor tecum nil commune habeo, qui statim ut passus est sedem id quod a matre habebat omnium submisit, nondum venit hora mea, hora scilicet passionis quam passurus sum in corpore quod mihi est a te. Ecce nunc ipsa hora venit, matrem aspicit que corpus dedit. Idcirco moriens eam congrue matrem inspicit de qua corpus in quo mori poterat accepit, merito eam aspexit, dum in alto scilicet in cruce stetit quia ipsa mortalium humillima fuit, excelsus autem deus de celo conspexit ut in psalmo scriptum est quis sicut dominus deus noster qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra. Merito enim inspicit eam quia nullo tempore mundus quid preciosius habuit nil gloriosius, filius igitur qui gloriam totam in matre posuit, ut omnem creaturam oculis esse delectabilem in fine etiam quod summis spiritibus eam cum tripudio inspicere delectabatur dicatur in canticis canticorum Que nam videbis in sunamite nisi choros castrorum, potius debuit eam inspicere quam alios, pictorum morem vel consuetudinem servans, qui cum pulchram imaginem et excellentem fecerunt, ipsam cum ceteris inspicientibus delectabiliter contemplantur, omnis enim artifex complacet sibi in eo quod bene operatus fuerit, merito eam inspicit quia fidelissima mater fuit, de talibus autem in Ihermia scriptum est, domine oculi tui respiciunt fidem. Merito quia filius matrem vidit, quia ibi stans paupercula fuit, cum usque tunc nil haberet nisi filium illum, quem pro divitiis omnibus computavit, et ecce iam illum amittit, et stat tota paupercula, tota desolata gemitibus plena, de talibus autem dominus in ysaia ait, super quem requiescet spiritus meus nisi super humilem et quietum, pauperem et contritum spiritu, et trementem sermones meos, vidit ergo ihesus matrem, o vere stupendum visionis spectaculum, o gemendum certamen oculorum, quis vidisset in oculis domini ihesu, in uno eodemque momento, illi beati oculi festinabant ad mortem et sese retorquebant ad matrem, victus eos mortis iam claudebat, et impellebat ad defectum, vic amoris cor aperuit ad meum aspectum, ideo illa sacrosancta ab oculis se cepit abstrahere et ipsi pallentes et semimortui oculi a dilecta mente illa se non valent continere / o beata et benedicta tu inter omnes mulieres, que immense et ineffabiliter a deo dilecta super solem et omnem pulchritudinem. Sed quid credimus fratres, quid inter hec tua illa fecerit, cum suspensum aspiceret, et de horrendo tenens patibulo, filium morientem simul et suspirantem videret, quid putas cogitavit que plena singultibus fuit, cum oculis lacrimosis intueretur oculos lividos morientis filii ad se directos / o vere stupendos radios visionis / o caritatissima lumina matris et filii ad que mutuo aspectum non immerito sol radius in tenebras est conversus, et quam profunde infixus est radius huius visionis in corde tuo o mater sancta, quo tuus deus te iam moriens intueri dignus est. Ecce dedit tibi amoris sagittam, quam a te missam acceperat. Ideo namque dixit de te: vulnerasti cor meum soror mea sponsa in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui / tu autem nunc dicere potes, vulnerasti cor meum fili mi in visione, qua in cruce me respexisti, et colloquio quod iam moriens mecum habuisti, et ille fortassis est gladius, de quo prophetavit Simeon ad te dicens, tuam ipsius animam pertransibit gladius. Morientium quippe amicorum extrema visio solet semper intima cordis valde infigere. Solet dicere etenim, etiam si oblivisci possem omnium que circa me gessit amicus meus, tamen illius tui aspectus, quo me tam fideliter intuitus est, cum tanto exhalaret spiritum, oblivioni tradere non possem. Si ergo sic est, quanto magis mater dei et mater mea visionem illam in corde suo semper gestavit quasi sagittam, quo nos eiusdem matris adoptivi filii et fratres crucifixi domini memorandam illam visionem oblivioni tradimus. Scripsit Ysaias visionem suam ob eternam memoriam dicens, visio Ysaie prophete, quam vidit super Iudam et Ierusalem / scribamus et nos fratres karissimi in cordibus nostris visionem hanc quam vidit dominus super discipulum et matrem, quam si adhereret tam oculis quam cordi est valde medicinalis, quicumque ergo oculos sublimes habetis, inclinatos vanitatis et superbie, visionem hanc delectis ad mentem reducere, qua inclinato capite tuus deus ad matrem astantem aperuit oculos lividos, et proprio morti propinquos, vos quoque qui oculos temulentos et obliquos habetis, ex iracundia vel invidia visionis huius recordemini, quia livores dominus non turbidos suos maligne super matrem suam benigne legitur respexisse. Sed et vos qui oculos habetis fixos et fictos et neque inclinatos impudentie, quibus animas illaqueastis, et vestras et aliorum, ut etiam si corpora immolata permaneant, cum ad tantam vesaniam venistis, qui et videntes et visionem huius obliti estis, ipse qui oculis sinceris matrem vidit morientes astantem patibulo, ipse est qui fictos et impudicos oculos intuetur, luce clara respiciens in angulo. Cum igitur suasio diabolica, carnis prava titillatio fortasse oculum impudice aspicere voluerit, ob reverentiam huius gloriose virginis et femine destitute quam filius suus turbatis oculis vidit stantem in cruce, et illud omnia considerantes attendentes vobismetipsis intelligite illud Canticorum: En ipse stat post parietem respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Cum igitur dicendo Salvator tuus moriens de cruce matrem vidit, et discipulum stantem quem diligebat, quam recollectionem semper Iohannes exprimit, quid dixerit audiamus. Sequitur: dixit matri sue: Mulier ecce filius tuus. Mulier hic nomen est sexus non corruptionis. Sed nomine dominus iam recessurus erat a matre, quare ergo eam non familiarius alloquitur, sed in hoc fine ut vocaret matrem, sed appellavit mulierem. Sed hic est aliquid quod valde notare debemus, fere enim dominus ubique femineum genus alloquens hoc consuevit nomine, intantum quod illam reginam feminarum et omnium creaturarum non nisi mulierem appellasse legitur. Raro autem Christum eandem dilectam matrem familiariter alloqui invenimus, sed quasi ad contrariam ducens durius illam affatur dicens, quid mihi et tibi est mulier, quia in se nimiam affectionem et intemperatam affabilitatem ad parentes et consanguineos carnales dissuadet, cui obedire viri perfecti animi, nam ipsa separantes virtute. Erubescat ergo effeminata virilitas intantum despicere ut muliercularum que ad se nil pertinet, exquisitis quibusdam blanditiis et alloquiis attrahere velit, quam virili gravitate ornare debuit, cum vir ille qui nondum portat etiam ad propriam matrem nimiam se affabilitatem habuisse legitur. Ecce filius tuus. Iustus quidem es domine, sed tamen aliquantulum mecum loquendum

liceat ad te de hac finali allocucione et commendacione matris tue, que valde mirabilis videtur. vidisti eam
cum Johanne et dixisti Ecce filius tuus. Nos certe in scripturis non invenimus tales sponso aliquid tue
visionis sequaces. vidisti petrum et andream et vocasti eos. vidisti publicanum et vocasti eum dicens
sequere me. nunc autem vidisti matrem et tradidisti eam alteri, alium assignans loco tui dicens Ecce mater tua.
Quid est hoc domine ihesu, fons pietatis et mestorum consolator. Ista sola est super mortales, que te meruit
concipere. Ista est que a primo descensu tuo in hunc mundum tibi inseparabiliter adhesit. et ecce tu mundum
relinquis et redis ad patrem, et hic illam derelinquis. quid quomodo dixisti domine ut non egrediaris terram sine
latrone propter scelera suspenso, assumens tecum dicens hodie mecum eris in paradiso. quid ergo ipsam domine matrem
tuam in exilio derelinquis. que dignior est paradiso quam latro, ymmo dignior est quam omnis homo. Sed
ne hoc tibi sufficiat, aliud quendam indicas filium dicens Ecce filius tuus. Sed et tu virgo sanctissima
quid inter hec fecisse credenda es. Scimus quod unusquisque id quod sibi de novo datur intueri solet. Vidisti
et non respexisti novum filium qui tibi datur. certe credo quod sic, sed oculis valde lacrimosis et singultibus
confundis. ipse quoque discipulus te novam matrem non inmerito respexit. adhuc quamvis utrique vestrum innu-
ebatur a crucifixo cum diceret Ecce filius, Ecce mater. vos estis enim cherubin propiciatoriales, qui se mutuo
respiciunt versis vultibus ad propiciatorem quod vos etiam invicem intuebamini. et simul ut oportet lateris
in medio stante crucifixum respexistis. In hoc solo discrepare vos video ab illis antiquis cherubin
quos quondam salomon iuxta archam constituit quod vestri illi habebant pedes elevatos quasi ad
ambulandum, vos autem a nobis iam longe exituros vultus habens suspensos prae tristicia, querulos, la-
crimis plenos et inclinatos. ut enim matrem plenam de discipulo, tu in medio affixum plena
quales fuerunt lacrime oculorum tue, cum audires ex ore morientis, Mulier ecce filius tuus. recipies
servum pro domino, discipulum pro magistro, piscatorem pro deo, consanguineum pro unigenito, Johannem
pro ihesu christo. quid hec audiens dixisti piacentissima virgo. heu mesto quid dixeris, sed pro quid
dicere potueris. potuisti querulosa voce etiam non inmerito dicere, o ineffabile concambium. O vos
omnes qui pia gestatis viscera, attendite quod filius meus recedit a me, in specie illa mortali. scio enim
illum tam dilectum filium non contemplabor amplius. et ecce filius quem tradidit pro se, quem intueor
clara luce deprehendi non meum esse quem genuerim. non est filius meus iste qui stat iuxta me, sed
qui pendet ante me. non est iste meus qui hic stat sanus, sed iste qui stat crucifixus, lividus et
cruentus, et ex primo iam moriturus. Huius cognomen facile quem ego lactavi, et quem pavi
sacrosancta carne. hunc volo, hunc confiteor meum esse filium, hoc contentam esse volo, etiam morituro
dum illum recipiam a mortuis et resurgentem. Si hec potuerunt esse verba gementis, tu domine ihesu
cur ergo aliquem tradis sibi filium, cum ipsa magis te acceptet mortuum, quam vivum omnium viventium.
Sed nec hoc admiracione caret, quod non solum non tradis, ymmo relinquis alteri dicens ad discipulum
Ecce mater tua. quid dicemus ad hec. an ita impius factus es domine, ut matris curam gerere non velles,
an ita infirmus quod non possis. impietatem a te omnis fides removet, omnis devocio abhorret. Impo-
tenciam ergo allegabimus. quis ergo ille fuit, quis te in cruce affixit, terra tremuit, petras scidit
monumenta patefecit, et mortuos suscitavit, velum templi dilaniavit, sol radios abscondit. Nonne
deus fecit hec omnia, et manus tua. certe videntis fides non. quod finalis recommendacio matris dei filium
ea que predicta sunt multiplici admiracione plena est, que tamen congrua valde iudicabitur si eo ipsius
paulo diligentius inspiciatur.    Considerandum igitur per ordinem hic est, cur de hoc mundo exiens
dei filius matrem suam post se reliquerit, cur relicte tutorem deputavit, cur eundem precursorem
qui servus et precursor suus est virginis, filius eius deputatus est. Primum enim quod primo
inspiciamus. migraturus ex hoc mundo mundi dominus, matrem illam venerabilem dereliquit, simul ac
pulcre ordinans, quod utraque ecclesia scilicet triumphans videlicet et militans, visibili et invisibili solacio frueretur
per christum. Ascendens enim in celum sanctis angelis et animabus, propria deitate simul et humanitate ipsam
contemplandam exhibuit, ut sic ingrediantur et egrediantur et in utroque pascua inveniant. Ecclesie vero
adhuc in terra militanti, solacium quidem invisibile promisit, quod in die penthecostes implevit, quando spiritum
consolatorem cordibus eorum immisit. Solamen autem visibile, quod ex corporali eius presencia habebant fidelibus

Memento nos gerend

Quare xpus post se reliquit matrem

iam subtrahere voluit, et ideo in terra eam consolatricem vice sui dereliquit; cum tamen per hec dicere quodammodo eiusdem condicionis fuit cum carne Christi, ut dum beati angeli in celis conclaves inspicere illum hominem, fideles in terris intuerentur cum gaudio eiusdem hominis veram et indubitatam matrem. Annon gaudiosum et super quam dici potest solaciosum fuit, feminam quandam videre oculis carnalibus, quam deum inspiravit cogitare te oportuit, et nulla racione dubitare licuit, quod ipsa haberet filium de sua carne genitum, in celo iam corporaliter residentem, et celi ambitum et totius mundi machinam suo nutu gubernantem. Ideo, ut dictum est, iam ad visitandam illam dum adhuc viveret in carne, fideles querebant undique, ut sicut nunc in celis ita tunc in terris impletum sit illud psalmi: Sicut letancium omnium habitacio est in te. Alia quoque racio fuit ut post filii sui discessum beata virgo in terra adhuc aliquamdiu remaneret ad tempus, ut videlicet de rudimentis fidei fideles instrueret, maxime de hiis que nulli mortalium nisi sibi constare poterant, qualia fuerunt annunciacio, incarnacio, ortus et infancia salvatoris, de hiis quoque gestis eiusdem domini quamplurimis, que non sola cognoverat, sed ceteris apostolis memorie commendaverat, quod testante evangelio Maria conservabat omnia verba hec conferens in corde suo. Nec solum homines sed et angeli per Mariam didicisse perhibentur quod statim aliquo modo nesciebant. Si enim incarnacionis misterium quidam superiores civium didicerunt per ecclesiam, sicut egregius predicator gentium scribit Ephesiis dicens: ut innotescat principatibus et potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis gracia dei, cum eiusdem misterii saltem quantum ad plures articulos ecclesia per Mariam didicerit, constat quod non solum angelorum sed etiam hominum fecit magistram. Et quod gloriosius femineo sexui, ymmo humano generi deus facere debuit, quam ut ipse de hoc mundo exiens mortalem quandam pauperculam feminam in terra relinqueret, que etiam celi civibus nova quedam et gloriosa promoveret; gaudeant femine, celestis dominium iam restitutum est, ymmo ampliata est dignitas et gloria generis nostri, quia a prima femina genus nostrum usque ad hanc de qua sermo est valde ingloriosum fuit. Illa a diabolo decepta fuit, hec autem angelos instruxit; illa, ut sanctus Augustinus dicit, semel totum mundum subvertit, hec autem fidei doctrinam tradidit, que subverti nequaquam potuit divina mirabili ordinacione, ut sicut firma domus ecclesie decideret, ita super firmam fundata stabilimentum firmum accipiat; vacillare quidem in fluctibus tribulacionum et procellis heresium potest fides ecclesie, subverti vero nequaquam potest, et quia omnis error certum habet quod a simplicitate fidei illius declinet, quam Maria docuit et tenuit, ideo in laudem eiusdem virginis ecclesia bene decantat dicens: Gaude Maria virgo, cunctas hereses sola interemisti; per hoc quod credendum simpliciter tradidit et docuit, omnem innovacionem, omnem suspicionem a fide exterminavit, et sic omnem heresim interemit, que nisi de hiis dubitari consurgit. Ideo etiam mater virgo post filii sui transitum in terra manere debuit, ut ecclesiam inter undas persecucionum, tunc temporis fluctuantem valde, verbo confortaret et exemplo; si enim hinc migrasset, inter tantas diversitates pusillus ille grex fidelium valde desperare potuisset, reputans ne forte maiores suos sicut apostolos ceteros eterne traderet oblivioni. Sed quia videtur quod illam carissimam suam hic reliquit, et relictam tribulacionibus atque defectibus exposuit, suas passiones sine dubio equanimiter portare debuerunt. Quod autem virgo beata post filii sui transitum multa adversa passa sit, precipue a Iudeis, sanctus Ignatius testatur, qui ad Iohannem evangelistam scribens ait: Salome quam diligis, filia Anne, Ierosolimis quindecim mensibus commorans, et quidam alii nobis referunt Mariam Ihesu omni gracia habundantem et omnibus virtutibus fecundam, et dicunt eam in tribulacionibus et persecucionibus esse hilarem, et in penuriis et indigenciis non querulam, iniuriantibus gratam; et post pauca: et mirum, inquit, ab omnibus magnificari, et a scribis et phariseis ei detrahitur. Quod autem in tribulacionibus non solum paciens fuit virgo beata sed et alios roboravit, patet in epistola quam ipsa virgo sancto Ignatio scripsit in hec verba: Ignatio dilecto discipulo humilis ancilla Ihesu Christi. De Ihesu que audisti et didicisti a Iohanne vera sunt; illa credas, illis inhereas, christianitatis votum firmiter teneas, et mores et vitam voto conformes. Veniam autem cum Iohanne te et qui tecum sunt videre. Sta et viriliter age in fide, nec te commoveat persecucionis austeritas, sed convalescat spiritus tuus in deo salutari tuo. Potest alia

2a racio ad idem

In laudem mulierum

3a racio ad idem

Quinta racio ad idem

adhuc assignari volens, cum dominus exiens matrem illam venerabilem Mariam voluit ut alia vice de
celo rediens gloriosius eam assumeret. Fuit enim ille exitus ignominie, exitus amaritudinis.
Ideo benignus filius matrem per hanc viam secum ducere noluit, quia ampliori honore
dignam iudicavit, sed illam cum fidelibus constituit. Mariae domum ipse precedens solium sibi glorie
prepararet, quod iam discipulis et multo amplius promiserat matri dicens: Vado parare vobis locum.
Spectans interea eam [illegible] vita, quibus [illegible] ad imperialem perhennem sedis perducta, filius
eius demum cum supernis civibus rediens ad thronum glorie cum extatibili gaudio perduxit. Hinc
beatus Jeronimus ait: Credendum quod ipse salvator omnium ei quantum dat intelligi per se totus festivus occurrit et
et cum gaudio ad thronum glorie collocavit. Quis cogitare posset quam gloriose mundi regina mundi processit,
quanto devocionis affectu tota in eius occursum celestium legionum processit multitudo, que
ad thronum glorie cantibus est deducta. Non solum enim in hoc, ex hoc exilio matrem moriens ipse derelinquit
sed et voluntate alio commendavit, ut viz. verecundia virginalis tutore atque provisore, sub cuius cura
hanc commodius duceret vitam. Unde dicitur mihi: o vagabunda et inverecunda virginitas, ecce virgo
virginum que iam incorruptibilis facta fuit curatorem accepit, tu autem nullius regimine curans vicos et
plateas lustras, sine consilio facis quecumque occurrunt, [illegible] in omni loco et
omni negocio et amicos et consortes eligis, qui non placent deo sed qui placent oculis tuis. Sed
memento obsecro quod nimia libertas semper feminei et maxime virginum [illegible] bonum
legitur habuisse. Audi ergo et obsecro quod [illegible] licet peroris complura ymmo omnia scriptorum
patrum omnium qui de virginibus scripsisse leguntur, et illam tibi custodiam superfluam reputes, et in nullo
tempore cum ullo hominum quantumlibet bono securitatem tibi promittas. Sed in pavore et trepidacione
continua perseverans thesaurum inestimabilem tue castitatis ab oculis omnium et absconde, cui
valde insidiatur antiquus hostis; depredari enim desiderat qui thesaurum publice in via portat. Sed dominus
dominus matrem alteri tradidit ut testamentum firmaret, et regalem nobis [illegible] magnificencia. Moriens
enim salvator sic testamentum suum disposuit, quod sibi de omnibus que habuit nichil remansit. Ita sic quod uni-
cuique secundum [illegible] dedit [illegible] et perfectus est statim; spolia enim que tamquam [illegible] habuit iam
[illegible] commiserat Jude traditori, corpus suum in sacro discipulis tradidit, ipsos discipulos patri
recommendavit, vestes suas divisit militibus, corpus suum mortale crucifixoribus. Adhuc ergo non
habuit nisi matrem et spiritum, et ideo ut de omnibus se expediat, et a suis nichil absconderet,
matrem virginem virgini amico reliquit, et se spiritum post omnia deo patri reliquit commenda-
vit. Ecce forma recte testamentandi de hoc mundo quia in cruce [illegible] confirmavit et nobis reliquit.
Ex quo manifeste patet, quod si quis desiderat spiritum suum deo patri commendare, prius diligenter
de omnibus se expedire debet, que sibi recommendata fuerunt, adeo ut post Christum nudus egrediatur,
spolians semetipsum non solum habitu quod secum ducere non potest, sed et affectu. Hinc ad
Ezechiam dicitur: Dispone domui tue, morieris tu. Et villico iniquitatis dominus ait: Redde racionem
villicacionis tue, iam enim non poteris villicare. Ecce utrumque audiunt, quod recte dominus Jhesus matrem
suam discipulo suo eciam incomparabili affectu commisit, non appellans dominam Johannis,
quod adhuc nimie dignacionis fuisset, sed ad eum ait: Ecce mater tua, quasi diceret: eodem affectu eam
dilige et venerare eadem consideracione, et quantum volueris postula, [illegible] ab ea
expecta, quia solet unigenitus a matre sua; et ad matrem: Ecce filius tuus, quasi diceret: eodem
affectu istum discipulum dilige, eadem paciencia ipsum supporta, eadem diligencia sibi provide
quasi unigenito tuo. O mira et [illegible] pietate, o quam preciosum et gloriosum est [illegible] esse
discipulum domini Jhesu; quis enim principum huius mundi servis suis istum honorem exhibuit. Certe
multum reverentia fecit ille princeps egiptius servo suo Joseph, quem toti possessioni sue pre-
fecerat, sed tamen sponsam suam illi non commisit, sicut ipse loquens eidem femine ait: Ecce dominus
meus omnibus michi traditis ignorat quicquid habeat in domo sua, nec quicquam est quod in mea
non sit potestate, preter te que uxor eius es. Pharao quoque rex Egipti eundem Joseph hono-

Quando Christus matrem custodi Johanni commisit ex cruce

Contra virgines vagabundas et inverecundas

Nota

2a ratio ad idem

Testamentum Jhesu Christi

rauit amplius preficiendo eum toti terre egypti, quem eciam in domo regali voluit ha[illegible] ait: namque ad tui oris imperium omnis populus obediet, uno tantum regni solio te precedam. Sic autem dominus matrem suam reginam celi Iohanni dedit non in sponsam, sed quod longe maius est in matrem; quis enim ignorat quod maiorem similitudinem et nobilitatem contrahit filius a matre, quam sponsus a sponsa; omnis enim possessio matris hereditario iure transit ad filium. In eo ergo quod Christus celi reginam in matrem commendavit Iohanni, ipsum quodammodo se alterum constituit, et regni consortem fecit et sic incomparabiliter honoravit, unde patet quod honorabilius fuit ipse discipulus toti ecclesie, qui eam in matrem accepit, quasi Ihesus constitutus est. Et quoniam nimis preciosus est thesaurus sibi a Christo datus ut iam audivimus, nec pro tremenda commotione elementorum que facta est in morte Christi ut [illegible] differret quod dandum erat, sed statim de nova matre sua se intromisit, statim curam eius recepit, et usque in finem fideliter custodivit, et hoc est quod in evangelio continetur: et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. In suam intelligo curam vel sollicitudinem, vel in suam matrem vel dominam specialem. Alia nobis racione valde amabilis dominus et salvator noster matrem dominam dignatus est appellari matrem discipuli, ut scilicet nobis peccatoribus insinuet, quod spem ad illam habere debeamus. Hos sicut [illegible] honore privilegiatum reddimus debemus Iohannem, non quasi solus filius ipsius matris sit adoptivus, absit; quo enim implebitur prophecia dicens: multi filii deserte magis quam eius que habet virum; que est enim hec deserta, nisi virgo maria que solitudinem dilexit, et sterilitatem virginitati consecravit. Hec unum filium de celo suscepit, qui dum ab ea recedere vellet, alium sibi substituit, ne viduitatis eius nomen, et raro destitisse alium videretur, si sine filio hic remansisset; post aliquantum vero temporis isto filio hic relicto, ad primum filium suum ascendit, et processu temporis, eciam iste filius illuc usque ad eam pervenit, et sic in celo duos habet filios, unum naturalem et alium adoptivum, et ubi sunt obsecro plures, vel si plures non sunt quomodo verum est multi filii deserte, magis quam huius que habet virum; eam plurimi in eternum vocant beatam cum turba magna filiorum. An forte et nos filii eius esse possumus, omnes si tamen volumus, utique domine, neque false clamant fideles dicentes: O domina et mater misericordie nobis; si autem mater domina eciam nobis [illegible] in matrem data est, dic obsecro ubi est actum hoc. Certe credo quod ex hoc loco ubi dictum est Ecce mater tua, reddere enim tempus huius sacri evangelii, de quo sermo est [illegible] nomen eius, cui virgo in matrem assignatur. Hoc misterium expressum invenies, sed per quandam excellenciam describitur, que eciam aliis quam Iohanni convenire potest; hoc dicitur mihi spiritu sancto, ut quicumque cum Iohanne huius discretionis participes fuerint, cum Iohanne quasi filii marie sint. Hec descripcio de qua loquor hec est: discipulum stantem quem diligebat Ihesus. Discipulus Ihesu vere fraterna dilectione vel caritate probatur sicut ipse ait: In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem. Tunc autem discipulus iuxta crucem stat, quando carnem suam crucifigit cum viciis et concupiscenciis propter Christum. Sic tunc et discipulum diligit, quando diligitur ab ipso, sicut Salomon in persona eius ait: Ego diligentes me diligo.

Cuius ergo cognoscere fratres verum filium virginis marie, ille est qui fecit hec, quod se ipsum virginitati mancipavit, deum ex toto corde diligit, voluptatem carnis abdicavit, ad quelibet proximum tuum opera prout potest extendit; certo de isto dicit Christus ad mariam: mulier ecce filius tuus. Quid dicis nunc o false fili marie, qui nomine tenus [illegible] usurpas, [illegible] gestas in corde, et dolos in lingua contra proximum, omnem voluptatem exercens contra [illegible], manducans [illegible] quid dicis: rogo vos dicite mihi aliquid de domina mea, cantate mihi de illa, hoc et hec facite, et serviam vobis semper, tamquam ad te specialiter illa virgo pertineat, quia ullum tecum habet commercium. [illegible] blasphemias miser innotando matrem cuius filium impugnas; an ignoras quia blasphemum lapidari decet; educ inquit dominus blasphemum extra civitatem et castra, et lapidibus eum obruat omnis multitudo; quid et si nos non lapidabimus, lapidabit te filius marie in die iudicii, quod in

Cuius sit verus marie virg filius

conspectu omnium de te et de tuis similibus quae conlabium dicens fili mi uterus mei pregnacio eius
me. Nos ergo fratres karissimi, sumus discipuli domini sanctos vir tradere, quem diligit ihesus
ut illud dulce verbum, unusquisque nostrum a christo audire mereatur: Ecce mater tua. O verbum
omni acceptione dignum, si maria est mater tua, ergo tu es frater eius, ergo pro eius pe-
timus, ergo regnum eius hereditas tua. Ecce mater tua, ergo maria est thesaurus tuus thesau-
rum thesaurissimum filius. Ecce mater tua, cui omnis miseria usque ad cor eius ascendit, com-
mota quippe sunt viscera eius super filio suo. Ecce mater tua, ergo dilige et venerare tam-
pridem tibi ubique, nec expecta amplius, sed ab hac hora accipe eam in tuam, ut illa sua-
te tandem in gloriam suam ubi regnat cum filio suo qui est super omnia benedictus in secula
seculorum amen. S. Bernardus vel secundum Ventorinum fecit. Finitum fuit iiij junii et [illegible] capitulo 88

Nota capiendo archam pro innumera multitudine errorum malorum que ut Aug(ustinus) ait nove sunt et non videntur sunt [illegible] contra babilon [illegible] et plurib(us) aliis locis

Principium huius materie quere in fine folio

25

a primis ecclesie christi maiorem quantitatem bonorum dicta urbe potat ihrlm tam pro infinita iniquitate malorum dicenda potius est babilon quamvis nec tunc defuerint que pertinerent ad babilonem nec modo que pertineant ad ihrlm Et assignat post aliqua iij causas cur ecclesia recte dicatur babilon prima quia ordo virtutis est in ipsa per deordinacionem viciorum enormiter confusus / Babilon enim interpretatur confusio 2a quia in malo non solum intensive sed etiam extensive est magna ita quod boni sunt in ea sicut pauca grana auri inter multos acervos arene 3a quia sicut filii israel fuerunt in babilone captivati et vehementer oppressi sic spirituales iustorum huius temporis per mediam angustiam et opprimuntur a principatu presidencium et innumerabili multitudine carnalium in operibus eos velud [illegible] sunt 4ta quia publice et impudentissime adulteratur a sponso suo christo et vino fornicacionis sue potat omnes gentes sicut enim vinum naturaliter delectat et inebriat et suo fervore et ebrietate ad venerea effrenata et furibundam provocat sic carnalis ecclesia se et omnes gentes sibi subditas ebriavit et corrupit fedis et carnalibus et spiritualibus cupiditatibus et terrena gloria huius mundi / et post aliqua addit et vocatur eadem Babilon meretrix / et primo dicitur carnalem clerum toti ecclesie presidentem in quo bestialis vita insidet et singulariter regnat / et vocatur meretrix magna quia a fideli cultu et sincero amore et a delicijs christi sponsi sui recedens adheret huic seculo et divitijs et delicijs eius et diabolo / et propter ista regibus et magnatibus et etiam omnibus aliis amatoribus mundi / unde dicitur cum qua fornicati sunt reges terre sic tam prelati quam clerici qui ut eius carnales delicias et glorias participent sibi carnaliter et cum multis terrenis adherent / ipsa enim sunt tenebrosa feda et enormia luxuria gula avaricia et symonia superbia et dolosa negacio et astucia ac fere omnis malicia / ubi enim hec ubi fraus ubi cupiditas nisi inter filios iuda i. inter clericos domini et ergo nunc est ut iudicium incipiat de domo domini et quis egrediatur a sanctuario eius ad comburendum illud ut videant et intelligant et intelligat ceteri quid fiunt sic super se / et sic Vespere vos dicit vivam prius deflere ruinam et miseriam matris vestre levate in rama vocibus deplorate illam de babilone i. carnali ecclesia exponit illud Apocalipsis xviij que dicit in corde suo sedeo regina vidua non sum et luctum non videbo sedeo regina i. in magna presidencia et gloria super regnum meum dicendo et quiesco vidua non sum i. non sum destituta gloriosis episcopis et regibus et luctum non videbo i. nunquam incidam in miseriam sic cecidit babilon illa magna de quo casu multa diffuse pertractat / suadens indubitanter venturum illud tempus et illud quod sequitur in apocalipsi et flebunt et plangent se super illam reges terre qui cum illa fornicati sunt / negociatores terre flebunt et lugebunt illam omnes gubernatores quod exponit sic reges plangent quia in casu suo amiserunt gloriam sue regie dignitatis potestatis et voluptatis et negociatores i. episcopi et sacerdotes implicantes se secularibus negocijs ut divites fiant / gubernatores sunt abbates et prelati monasteriorum qui omnes flebunt super casu eius magne illud quod subditur in textu apocalipsis qui in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes terre i. in veneficiis persuasionibus et exemplis tuis erraverunt quasi omnes vel aliqui de omnibus et in ea scilicet babilone sanguis prophetarum inventus est i. prelatorum iustorum i. maiorum et simplicium sanguis et omnium interfectorum dicitur esse inventus in babilone quia in radicibus ut ita dicam suis a Chaim primo reprobo inchoavit / et si aliqui iusti inciderint hoc malum ex preparacione babilon fuerunt. Sic igitur [illegible] cursum babilonis mistice quasi venturum ex testimonio scripturarum quas adducit coloquet notum derelinquit sed quod hoc fiet certe et computatum est 3m principale in eius intencione ut dictum unde in principio compilacionis sue dicit intencionis mee est ostendere vel probare deus regni temporalis quod propter dictam babilon comprehende finem et quod prope sit eius partus qui cum tempore venturus est verbis lucidissimis aperte / et notatur ecclesie paterni peccatorum propter sextum statum. Ad veniendum autem illud tempus premittit quod vij sunt etates mundi et quelibet compleatur x generacionibus usque ad vij que durabit usque in finem 2o premittit quod vij fuerunt Iudicia dei generalia in veteri testamento primum in expulsione ade de paradiso 2m in delecione universi per diluvium 3m in submersione zodome et gomorre 4m quod in deserto filios israel rebellantes occidit plurimum et precia 5m quod scissum est regnum israel tempore ieroboam et tribus sequentes ieroboam tradidit deus in manum regis assirie qui eos gravantes afflixit 6m quod ira dei exarsit contra filios iuda ut traderet eos in manum chaldeorum

Item per illud quod in Apocalipsi sequitur exite de medio eius populus meus et salvet unusquisque animam suam etiam exponit ad illam intencionem quod viri devoti se separare a ceteris et corruptionem malorum [illegible] et illi qui eius 3m statum per illam separacionem inducent 5m statum et hodie novi sunt in bohemia [illegible] et paradisi [illegible] simplices [illegible] prelatos suos spirituales et temporales cum [illegible] quo olim [illegible] illi verbis quid autem [illegible] sunt [illegible] Aug(ustinus) [illegible] item de hoc [illegible] vide Cesarium dist. ij c. xxij ut cessaret ab eis gloria regalis deficeret sceptrum diadema periret. Septimum quod Antiochus rex Persie templum constituit in desertum ut habetur in libris Machabeorum. 3o premittit quod vii generalia bella processerunt in primo statu que dicit pertinere ad vii signacula de quibus apocalypsis habetur in apertionibus eorundem et generationibus primi status hoc est veteris legis incipiunt tempora et generationes nove legis et ex iudiciis et bellis veteris testamenti similiter iudicia et bella novi testamenti / et ex concordiis et conformitatibus futurorum ad predicta pervenit de futuris hoc est de dispositione tertii status / et ex pluribus deductionibus concludit finaliter quod predictum compleatur xiii centenarius annorum domini circa cuius finem Babilon opprimetur et in principio 14 centenarii tertius status inchoabitur / Sed quia hoc non esse scitum certum apparet quia iam sumus in lxvi anno xiv centenarii patet quod deceptus est in sua calculacione quamquam etiam tempus nunc licet satis sibi relinquendum statum / verum tamen quod tempus fundamentum statuit vere fecit ut ex hoc omnibus clareat quod fundamentum solidum non habet. Arguit sic: ab Adam a quo fuit initium primi status usque ad Jacob in quo fuit confirmacio seu fructificacio eiusdem status fuere generationes xxi et ab eodem Jacob in quo fuit consummacio et confirmacio primi status usque ad finem primi status fuere generationes xlii et a Josia in quo fuit ~~consummacio et confirmacio~~ initiacio 2i status usque ad Christum in quo fuit eius confirmacio seu fructificacio similiter xxi / generationes igitur a Christo usque ad finem 2i status etiam erunt xlii generationes que dicuntur in apocalypsi menses 42 sive dies mcclx sive per tempus et tempora et dimidium temporis et designantur iste xlii generationes spirituales per xlii generationes secundum carnem Christi quas ponit Matheus. Addit quoque quod anno mccc i incipiet xlii generacio et secundum hoc circa annum lx eius centenarii debebat instare consummacio 2i status. Sed quia non oportuit forte ipsi ita stricte correspondere generationes novorum ad vetera addit quod in completione xiii centenarii infallibiliter compleatur 2us status ut tactum est. Supponit autem in hac ratiocinacione quod omni generationi predicti status precise et equaliter debeant attribui xxx anni pro quo in talem racionem quod generationes primi status non fuerunt equales quia ab Adam usque ad David computantur generationes / a nativitate unius ad nativitatem alterius sed constat quod tale tempus non fuit equale. Similiter addit usque ad transmigrationem Babilonis non a nativitate usque ad nativitatem accipiendum est tempus generationum sed a regno in regnum / ex quo accipit quod aliqua valde brevis est generacio quia aliquis tribus annis alius tribus mensibus regnasse legitur / Sed quia hoc dicit inter veteris testamenti et novum quod inter solem et lunam oportebat generationes prioris testamenti ad modum lune crescentis et decrescentis varios et dissimiles accipere cursus. In novo autem manent stabiles sicut sol qui semper manet in virtute claritatis sue / et quia xxx annorum erat dominus cum cepit habere filios spirituales quod etiam prefiguratum fuit in unctione David et in inchoacione prophetie prophete Ezechielis que fuerunt eodem numero annorum / ideo numerus spiritualis generationum in novo testamento xxx annorum numero terminatur. In isto autem processu tria tangit super quibus tota fundatur. Primum quod generationes novi testamenti precise correspondeant in processu vel adversus generationibus veteris testamenti / sed hoc non oportet unde dicit beatus Thomas super iiii sententiarum dist. xliii q. iii primi li in solutione iii arg. / quamvis status novi testamenti in generali est prefiguratus per statum veteris testamenti / non tamen oportet quod singula correspondeant singulis / precipue tamen in Christo omnes figure veteris testamenti fuerunt terminate et complete ut Zach. ix / 2um quod a Josia inchoandus est et initiandus 2us status / et hoc plus est voluntarium quam ex aliqua racione notum est / 3um quod cuilibet generationi novi testamenti attribuuntur ut xxx anni et hoc sine efficaci racione est / non enim ad hoc habetur probacionem sed solum prefigurativam applicacionem / sed dicunt Egidius et Bonaventura quod figurativa theologia non est probativa et ex illo dicto destruuntur quasi omnes processus eius qui totus est figurativus. Consequenter pro eo quod dicitur in titulo et hereticorum quorumcumque nomina quod quidam scandalosi heretici istam materiam periculosam Joachim quasi sequentes petiuntur domini secundum eius doctrinam effectum non sortitur resistentibus plurima addentes etiam heretica. Unde sicut Joachim quendam statum tertium novi ritus dixit venturum et hoc per causam certam invenerunt et determinaverunt tempus illius casus / sic et isti de eisdem tribus se intromitte presumunt. Quantum ad primum dicunt tres dies seculi distinguendos. Primum vocant diem veteris legis, 2m diem nove legis, 3m tercii status instantis; primum attribuunt patri, 2m filio, 3m spiritui sancto. Prima dies erat dies ire quia deus in veteri lege multis plagis populum percussit. 2a calamitatis et miserie in qua iam sumus, quia nulla fuit nec est in ea vera fides verus amor timor dilectio animus dei ut asserunt. 3a salutis quia in ea erit salus omnium, nam in ea implebitur illud Joh. x: Erit unum ovile et unus pastor. Ad hoc tres dies retorquent hij nimirum impingentes omnes scripturas loquentes de tribus diebus, ut illud Osee vi: post duos dies in tercio resuscitabit nos et vivemus; item illud Jo. ii: et die tertia nuptie facte sunt in Chana Galilee; et illud: tertia die resurgere a mortuis; et illud Jo. c. ii: Solvite templum hoc et in tribus diebus excitabo illud; item illud Luc. xiii: Dicite vulpi illi Herodi: Ecce eicio demonia et sanitates perficio hodie et cras et tertia die consummor. Rursum illum tertium diem vocant diem novissimum et ideo omnem scripturam que loquitur de die novissimo vel diebus novissimis inflectunt ad illum tertium statum, ut illud Ys. ii: Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus domini in vertice montium; item Jo. vi: Omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo quicquam sed resuscitem illud in novissimo die, et erunt omnes docibiles dei; et illud Math. xix: Erunt novissimi primi. Insuper in illa die dicunt Christum venturum quem non fuisse dominum Ihesum, intulit quare multe verba in scripto suo per eos ad apparere. Et igitur omnem scripturam que loquitur de adventu Christi primo et 2o, ut illud Ecce virgo concipiet et pariet, item illud Ys. vii, et illud Malach. iii: veniet ad templum suum dominator dominus, et eam scripturam que loquitur de gratia et salute facta in primo adventu Christi, scilicet in carne, exponunt de gratia illius tertii status. Futuram scripturam que loquitur de signis et tribulationibus precedentibus 2m adventum ad iudicium exponunt de tribulatione quam dicunt brevissime venturam super ecclesiam ante initium tertii diei. Et hec omnia sunt talia tracta ex compilatione Joachim abbatis [illegible] dilecto adultero, qui et illud ponit inter cetera sua dicta: Cum cordis gemitu et dolore profero quod [illegible] illa [illegible] increpatus quia pena iudicum [illegible] in nos qui dicimur spirituales et non sumus. Verumtamen licet isti maligni errorum suorum omnis redargutionem, correctionem et emendationem a predictis factas [illegible] iudices in ecclesiam sanctam et patrem sanctum retorquent, multum late et nimium imprimentes satis diffuse et plus confuse, quapropter ea recitare esset tediosissimum, et orthodoxo et intelligenti ea refutare et reprobare quia iam dictis est facillimum. Igitur ipsa pretermitto. Sed quia teste Alano in de planctu nature, malorum cognitio expediens est ad cautelam, aliquos articulos dampnatos vel apud hostem vel scandalum offensivum piarum aurium vel presumptuosam stoliditatem in se continentes hic referre non pigebit, licet vos audire tedeat, cum brevissima earundem refutatione et reprobatione.

Primus articulus auctoris sive resuscitatoris huius erroris est quod de necessitate salutis sit accipere eius scripta et correctionem mandata in quibus fundatur instare 3m statum quem vocat diem domini. Sed contra hoc eius figmentum arcendum per unguem [illegible] et primum docet nos: Attendite a falsis prophetis, Math. vii. Item consonat apostoli doctrinis variis et peregrinis nolite abduci, et 2a ad Thess. ii ubi in spiritu prudens huius et sibi similes deceptores venturos hortatur nos sic dicens: Rogamus autem vos fratres per adventum domini nostri Ihesu Christi et nostre congregationis in ipsum, ut non cito moveamini a vestro sensu neque terreamini neque per spiritum neque per sermonem neque per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini, ne quis vos seducat. Et quia in eodem scripto suo et aliis suis multa predicat contraria [illegible] et [illegible] apostolorum anathema ab eodem apostolo ad Gal. i sub hiis verbis: Licet nos aut angelus de celo evangelizet vobis preter quod evangelizavimus vobis anathema sit, et iterum dico: si quis evangelizaverit preter illud quod accepistis anathema sit. Item Cancell. Parisiensis c. i admonitione quod caveant se a pseudo [illegible] et fideles qui habet aures audiendi audiat quod nulla monitio salubrior, nulla negligentia plus esse periculosior, quia sicut venenum corpus necat, sic preceptores falsi sic doctrine varie et peregrine trahunt animas ad interitum non qualemcumque sed eternum, turbant insuper ecclesias, politias destruunt omnes temporales simul et spirituales evertunt. Item de istis dicit Origenes in omel. super illud

Verissime sic facit hic auctor erroris novi qui contra vetus et novum testamentum addunt amentes quod in vulgari exponit ad confirmandum propositum [illegible] eius non intelligat [illegible] illud [illegible] Ab aquilone pandetur malum exponit sic von dem adler wirt komen all args nescit differentiam inter aquilonem et aquilam per aquilam enim vult intelligi romanum imperium

eius beati Joseph et in una [illegible] mecum per [illegible] hos etc. Est autem alterius intellectus) adversus eos magistros qui eorum conditorem lavant et hinc inde de veteri testamento que non intelligunt textus congregantes / simplicium corda decipiunt / sic nunc quod genimina viperarum virulenta procreatos sequuntur suos patres infectos scilicet manicheos de quibus dicit leo papa in sermone de prima dominica post epiphaniam dicens quod legem per moysen datam et inspirata divinitus prophetarum oracula respuerent ipsasque evangelicas et apostolicas paginas quedam auferendo et quedam inserendo violaverunt confingentes sibi sub apostolorum nominibus et sub verbis ipsius salvatoris multa volumina falsitatis

2us articulus erroneus

Secundus articulus corrumpit orationem dominicam dicens eam sic distinguendam / quod ubi qui es in celis sanctificetur dicit ut patrem celestem nondum sanctificatum in terris per quod aperte derogat domino Jhesu christo beate virginis marie et toti sanctorum cetui per quos patrem celestem magnifice sanctificatum et glorificatum ad sensum quem ipse etiam loquitur credimus / et preterea hoc peccat in gramaticam quia illa combinatio est incongrua quod ubi qui es in celis sanctificetur / quod dicit non tamen adveniat regnum tuum fiat etc. quia ut dicit nam prius non nam regnum dei adhuc venit / contra evidens est testimonium ipsius met veritatis contra primum illud Joh. xvii notum feci eis nomen tuum. contra 2m illud luce xvii Ecce regnum dei intra vos est. Contra autem istam orationem corruptionem dicendo beatus Aug. ut habetur in epistola CXXXIIII epistola ad papam innocentium cum lx episcopis affrice in [illegible] congregatis scripsit propter sermonem qui surrexit in ecclesia hereticorum pelagii et celestini in hec verba [illegible] [illegible] perniciosa tempore assurgere inimicorum gratie christi qui nobis etiam dominicam orationem impiis disputationibus conantur auferre / ad quam comprimendam venerabilitas tua celerem et instantem curat

3us articulus erroneus

Tertius articulus quod non existens in gratia quales dicit esse sacerdotes et clericos omnes iam in ecclesia qui errori suo non consentiunt non possunt gratiam sacramentalem ministrando conferre et quod ipsi claves ecclesie non habeant / dicit enim non est estimandum seu credendum quod deus talibus committit vel committat claves regni celorum quibus et qualibus aliquis [illegible] non committeret claves promptuarii sui / quasi in merito sacerdotis et non in merito christi fuerit absolutio peccatorum et collatio gratie sacramentalis / quem errorem magister sententiarum in iiii dist. [illegible] sufficienter elidit et signanter beatus Aug. super illud Joh. i Ecce agnus dei ecce q. t. p. m. contra eundem errorem sic dicit Non ministri minister sed agnus dei tollit peccata / maledictus qui confidit in homine non est ponenda spes in homine sed in deo qui per ministrum operatur / de cons. [illegible] et [illegible] c q r c multa spiritus sanctus in ecclesia ministerialiter operando sanctificat / et ideo dicitur sacramentum misterium sacrum quod secretam et absconditam habet dispensationem. Item Aug. spiritualis virtus sacramenti ut lux pura ab illuminandis accipitur ad salutem sed per immundos ministros tanquam per canale transiens non inquinatur.

Istud simpliciter est ab [illegible] [illegible] qui dicunt ministris legis quod [illegible] [illegible] et [illegible] ministris [illegible] sponsam suam [illegible] tradit custodiendam vel virtutes sacra ministranda [illegible] vel claves regni vel potestatem ligandi et solvendi

Quartus articulus erroneus

Quartus articulus / quod usque in presens non fuit aliqua vera intelligentia sacre scripture quod velamine fuit super faciem sacre scripture [illegible] Secundum contrarium dicit apostolus ii Cor. iii quod velamine evacuatur in christo Jhesu / de iudeis autem non querentibus dicit apostolus quod adhuc velamen manet super cor eorum cum autem conversi fuerint ad dominum auferetur. Et addit seminator huius heresis / omnem veram intelligentiam scripture clausam fuisse usque ad auctorem huius erroris / de quo dictum asserit illud Canticorum [illegible] sicut pinulus iste unus est magis verus et [illegible] in comparatione ad doctores iam in ecclesia florentes videntur esse prima vi asserit / et ideo de eo dictum sit illud canticorum [illegible] sicut pinulus iste scilicet magis huius figmentum credendo ei in omnibus et relinquendo sanctos et intelligentias veras non potuerunt intrare regnum dei quod omnes alii expositores fuerunt vani et falsi / qua propter [illegible] nulla fuit veritas in ecclesia / heu quanta blasphemia in deum / et in sanctos eius / nonne deus fuit lux via et veritas que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum / lux inquam fugans tenebras ignorantie veritas evacuans umbram figurarum) sic autem [illegible] [illegible] in se est repellit veritatem et revocat umbram quod novum testamentum quod est figuratum [illegible] in figuram [illegible] distrahens totum decursum figmenti sui / nunquam non deus etc. inspiratam scripturam suis discipulis incipiens a moyse

Item in hoc quod [illegible] doct. [illegible] contra mandatum dei deutero. xvii Non declinabis a verbis eorum ad dexteram vel ad sinistram et loquitur de sacerdotibus et doctoribus ad quos scripturam in dubiis remittit et eorum sententiam [illegible] tenere
et sapiens etiam dominus quod [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible] est in exponendo igitur scripturam
[illegible] istum erroneum credendum erit [illegible] vel fabris et non doctis et [illegible]

et in omnibus prophetis lucere vult, nonne xxiiij animalia et iiij seniores cantabant canticum novum dicentes dignus es domine accipere librum scilicet scripturam et aperire signacula eius apoc. 5 c. hoc est quod patres tam novi quam veteris testamenti testimonium perhibebant Christo quod per ipsum misteria divina prius clausa aperirentur. Quintus articulus quod contempnit omnes sanctos doctores ecclesie fidelissimos sacre scripture interpretes et non solum in scriptis suis eos non nominat sed ore spurco et virulento eos deceptores nominare non horrescit, comparans eos inde quemadmodum religiosos comparat pilato, et prelatos eciam Lucifero et antichristo, totum autem statum ecclesiarum collective simul Babilonem sive meretricem magnam appellat. Sanctos enim non et sibi similes confitetur beatus Jeronimus in prologo et toto libro de viris illustribus, sed quo ad doctores patet ei videri illud Jeronimi in prologo de viris illustribus nonne legis sacre doctrine scriptoribus cum detractores scriptorum non legunt. Discant ergo Celsus Porphirius Julianus rabidi adversus Christum canes discant sectatores eorum qui putant ecclesiam nullos philosophos nullos eloquentes nullos habuisse doctores quam et quales viri eam fundaverint extruxerint et ornaverint, et desinant fidem nostram rustice simplicitatis arguere suamque imperitiam potius recognoscant. Sextus articulus et pessimus quod non sit verum corpus domini et sanguis eius sub speciebus sacramenti et ydolatre sunt adorantes et manducantes pro corpore domini sunt manducantes de ydolatris, unde dicit nolle amplius manducare mortua et contaminata scilicet panis deum facere hiis verbis hoc est corpus meum. Sed nonne magis credendum est ipsimet domino Jhesu sanctis suis apostolis sanctis doctoribus Augustino Jeronimo Ambrosio et ceteris, ymmo toti ecclesie sanctorum quam huic perverso desertori et deceptori qui turpiter scripturam ad suum magnum errorem turpiter et violenter retorquet et pervertit, quod ut clareat et ut ex uno cognoscatur qualis sit in omnibus, sciendum quod in hac materia sibi adducit testes erroris sui ysaiam et paulum contra doctrinam universe communionis unde allegat ysaie xliiij coxit panes de reliquo operatus est deum quasi reprehenderet hoc ysaias quod quidam de pane faciant deum. Male autem allegat quia dominus ibi per os ysaie reprehendit ydolatriam et stulticiam illorum qui de una parte ligni faciunt ignem quo coquunt panes quos comedunt, de alia parte ligni non dicit panis faciunt ydolum quod adorant. Ecce aperte falsam et impertinentem allegacionem. Quod dicit quod beatus paulus i. cor. x. prohibuit consecracionem panis et vini in corpus et sanguinem domini hiis verbis, an emulamur dominum, numquid fortiores illo sumus, omnia michi licent, sed non omnia edificant. Nemo quod suum est querat sed alterius, que sic exponit numquid fortiores sumus deo ut scilicet faciamus de creatura creatorem, omnia michi licent supple accipere non autem omnia edificant i. sacramentum efficiunt, nemo quod suum est i. deum proprium querat sed quod alterius. Quod subdit quod eciam ibi prohibuit sumpcionem alicuius pro corpore domini non credit, omne quod in macellum venit manducate nichil interrogantes propter conscienciam, que verba sic distinguit, omne quod in macellum venit manducate nichil, hoc est nichil manducate tamquam deum quod in macello venditur interrogantes propter conscienciam i. interrogantes presentem conscienciam supple an hoc sit deus quasi diceret nullo modo. Ecce quam turpiter laceret textum apostoli. Nam ut manifeste patet ex precedentibus et sequentibus sanctus paulus loquitur corinthiis vestris de ydolatris ne participes mense diaboli sint membra diaboli, sicut qui participes sunt mense Christi sunt membra Christi, et unum cum eo et tunc subdit, non potestis calicem domini bibere et demoniorum. Et igitur si participes sumus mense demoniorum adversarii sumus domini sicut demones quod est valde horribile, cum non simus fortiores illo ad resistendum ei si illud vindicaverit in nobis unde subdit an emulamur dominum i. ad iram provocamus eum numquid fortiores illo sumus scilicet ad resistendum ei, deinde docet eos apostolus qualiter se debeant habere in conversacione cum aliis dicens Quamvis omnia michi liceant tamen non omnia edificant scilicet proximum et ideo in usu rerum me ita habere debeo quod non ponam offendiculum scandali proximo meo et ideo nemo querat quod suum est

Sextus Articulus

Aug. xlviij s. de verb. dom. li. i.
dicit qui non intelligunt scrip-
turas confundunt et confunduntur

tum sed etiam quod aliud omne ergo quod venit in macello manducate nihil interrogantes sit an ymolatum sit ydolis propter conscientiam astantis infirmi. Sequitur post quod dicta expositio firmatur. Si quis infidelis vocat vos ad cenam et vultis ire omne quod vobis apponitur manducate nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit hoc immolatum est ydolis nolite manducare propter illum qui indicavit propter conscientiam autem dico non tuam sed alterius. Sic hec expositio propria et vera sanctorum, que est de mente apostoli ut cuilibet intelligenti evidens et quod expressum claret quod impropria et extorta est expositio predicta, et sicut hic scripture violentia et contraria fiunt sic frequenter in omnibus. Contremendus et exhorrendus igitur mirum censetur, nimirum si quisque textum scripture aliquam ad suum propositum flectere videatur. Cum referat Johannes Boccacius in libro de mulieribus claris quod quedam romana femina fide et nomine Proba Virgiliana carminis doctissima adeo ut virgilii versibus quasi integris quandoque particulatim veteris ac novi testamenti miro artificio construxerit historias tam composite ut ignarus hoc perpendere perite et eruditissimus facile credat Virgilium volumine ante illud noviat egregia femina Centona quem scriptum se vidisse idem Boccacius testatur. Si igitur hec femina virgilii gentilis dicta nedum applicando sed ipsis explicare potuit historias catholicas, nimirum si nos versibus applicando suis figmentis quedam ex latissime scripture copia valuit. Nonne sepius ipsi audivimus quod non sine dolore referendum est sacratissima s. s. verba omni gravitate et sensu plenissima mira consuetudine a nimiis adduci ad sua iocosa ludibria, ex quo et nonnullis occasio datur detrahendi sacre scripture ut dicant hec enim nasum cereum in quadrilibet partem quis velit flexibilem, non ut verius habeat si ita loqui liceat nasum ferreum seu chalibeum ut nuper egregie doctor Henricus de Hassia super prologum biblie ubi satis digne sic illo quem arguit. Unde viri catholici sacre pagine veri zelatores nimis verba dei veneranda tam prophane recitantibus non applaudere et arridere, sed acri increpatione condigne redarguentes obviare deberent, quod equidem nephas est quod sine timore dei in ludibrium vertere verba dei quibus celi firmati sunt, demones fugati languidi curati, anime salvate, que dum in ecclesia leguntur cerei accenduntur, tremenda tremunt, et nudis capitibus tenentur. A sacris canonibus arcentur. Mandatur de consecratione di. i. § Venerabilis. Innocentius in libro sermonum super Syon ve tractans illud, sol convertetur in tenebras, dicit et hoc signum ego nuper vidi sic. Considentibus enim in quodam loco celebri pluribus doctoribus qui reprimere et confundere deberent sol non solum huius civitatis sed totius regionis, quidam ioculator ludis theatralis et nugis suis totius populi sinus oculos in se converterent, quibus et postquam doctores illi applauserunt, nec hunc correptione lucem, nec propterea redarguere curant, tunc igitur huiusmodi lucis sunt virtuosi et philosophi et omne virtutum tenebre nonne sol suos radios subtraxit, dum tenebras sibi repugnantes non dissipavit et dum eisdem histrionibus applausit lucis sue radios in consilio tenebras convertit. hec ille. Ista autem ex sed non preter propositum adducta sunt. (Cum non bomolochia sit utrum quod sunt minus indebita trahere in iocum quam minus magis indebita quam verba sacre scripture que non nisi a spiritu sancto sunt allata. Sequitur secundum canonem quod nichil est reprehensibilius quam cum sacerdos vel clericus efficitur mimus et quod quilibet ex ea materia querit arte sua quia hic vel hec pro illa autem huius scripture. Igitur hanc ob causam prelati multo vigilare deberent ad tales corrigendos)

Sed quantum ad istum articulum videtur esse quedam precursor antichristi quem diabolus qui est mendax et pater mendacii antichristi semper filio suo antichristi ut appareat viam ante se quia dicunt quidam doctores ex Apocalipsi xii c. de muliere que pascitur in deserto per centum que pascitur pane vite sacramento Eucharistie quod ipse antichristus usum Eucharistie auferet. Cum igitur iste ad hoc suadeat videtur quod antichristi precursor existat.

Septimus error ponitur in scripto seu regestro suo ad Cesarem, et est quod deus ... non sit ... sed ille tamen re-

Contra illos qui convertunt verba sacre scripture ipsam in ludibrium convertendo

Nota quod quidam dictus episcopus qui ad multos annos ioculatorie usus erat scripturis in verbis tamquam histrio, sive heraldus a clero sonctabatur in generali et alias convenientibus verba sacre scripture ad ducebat in risum, qui postea iusto dei iudicio in communi studio in quodam stabulo equorum in fimo repertus fuit mortuus et pro parte a canibus et porcis comestus anno domini 1486

Autor huius erroris declaratur precursor antichristi

revelacionem istius negocii mencionem feci si sit christus venturus. Verum est ergo hic homo ille est christus pro-
missus, talium de quibus dicit Math. xxiiij: Surgent pseudo christi et pseudo prophete. Quod autem
dominus ihesus non sit christus tribus nititur probare racionibus multis precedentibus et fatuis. Prima est quia christiani
non dicunt de domino ihesu quod ipse sit christus, sed dicunt qui vocatur vel dicitur christus, iuxta illud Math. i:
de qua natus est ihesus qui vocatur christus. Et illud Pilati: quid faciam de ihesu qui dicitur christus. Immo contra,
hec autem racio peccat in materia et forma. In materia quia assumit falsum, primo quia ut Math. xvi capitulo stat
quod ad questionem domini quem dicunt homines esse filium hominis, Petrus respondit tu es christus filius dei vivi. Cui respon-
dens dominus approbans dixit ei hoc revelatum a patre celesti. Secundo Marci xiiij: cum summus
sacerdos interrogaret dominum dicens tu es christus filius dei benedicti, ihesus autem illi: ego sum. Tercio
Luce ij: Natus est nobis hodie salvator qui est christus dominus. Quarto Johannis iiij: Samaritana dicente
ad dominum scio quod messias venit qui et dicitur christus, cui dominus respondit: ego sum qui loquor tecum.
Secundo omnes christiani dicunt ihesum esse christum. Falsum igitur est quod assumit. Non enim in illa quod
ille dicitur vel vocatur talis igitur non est talis, quia sic sequeretur quod dominus ihesus non fuisset emanuel
id est nobiscum deus quia ysaie vij scriptum est et vocabitur nomen eius emanuel, cuius contrarium verum est,
et etiam ipsemet homo fatetur ihesum fuisse verum deum. Similiter ysaie ix: et vocabitur nomen
eius admirabilis, igitur non est admirabilis, cuius oppositum scribitur Math. i dixit angelus vocabis
nomen eius ihesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum, quasi diceret vocabis eum ihesum id est
salvatorem, quia erit vere ihesus id est salvator. Tum enim secundum generatorem sapientis est imponere rebus
nomina proprietatibus eis inventis consona, iuxta illud: consona sunt rebus nomina sepe suis. Et de quo
cum secundum apostolum et sanctos doctores non est aliud, et nomen ihesus et christus a deo est impositum, a prophetis
prenunciatum, ab angelis revelatum, quis non videat quod hic valeat quod dicitur vel vocatur christus
igitur est christus. 2ª racio eius est talis: Math. xxiiij dicitur multi venient in nomine meo dicentes
ego sum christus et multos seducent, in quibus verbis dicit dominum intendisse quod illi qui dicunt
de eo quod ipse sit christus sunt seductores. Si recte inadvertere(t) non intelligeret scripturam, et ob ignoranciam
loqueretur. Nam in hac proposicione domini multi venient in nomine meo dicentes ego sum christus, hoc ego non
accipitur personaliter ut significat personam loquentem sed cum ceteris terminis accipitur materialiter, pro ceteris quam
dicturi sunt pseudo christi qui venturi sunt ut patet clarius quod textus sequitur in eodem capitulo: Si quis vobis
dixerit ecce hic est christus aut illic nolite credere. Surgent enim pseudo christi, hoc est illi qui
sibi falso arrogant nomen christi quorum ille homo unus est. Non enim christus seductores venient multi
dicentes ego sum christus id est dicentes de me quod ego sum christus, sed dicentes de se ipsis ego sum christus et ille
vere est seductor. 3ª racio eius: interpretatur christus unctus preterea unctus sunt spiritu sancto et eius gracia;
si dominus ihesus est et fuit semper idem essencialiter cum spiritu sancto igitur non est eo unctus vel eius gracia non
est ei unita. In hac autem racione expresse contradicit ipsemet domino, Luce iiij ubi dominus tradito
sibi libro ysaie legit: spiritus domini super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus, et cum
plicuisset librum dixit: hodie completa est hec scriptura in auribus vestris, et omnes testimonium
illi dabant. Secundo contradicit ei de quo dicitur Jo. i quod missus fuit a deo ut testimonium perhiberet
veritati, Johanni videlicet baptiste, qui dicit se vidisse spiritum sanctum in specie columbe descendentem
et manentem super eum. Tercio Jo. evangeliste contradicit qui dicit datus est ei spiritus non ad men-
suram, Jo. iij. Quarto oblatrat eundem Johannem. Nam sicut verbum increatum est principium tocius
creacionis iuxta illud Jo. i omnia per ipsum facta sunt, sic idem verbum incarnatum dominus ihesus
est etiam principium glorie et gracie recreacionis iuxta illud i Cor. xv: Sicut in adam omnes moriuntur
ita in christo omnes vivificabuntur. Recreacio autem et vivificacio est per graciam, oportuit igitur
ipsum plenum fuisse gracia et veritate, ut sicut lex per moysen venit in alios, sic gracia et veritas

Hic et prophetis prius quid dicit
dominus ihesus audiamus ego veni inquit
in nomine patris mei et non accepis-
tis me. Si alius venerit in nomine suo illum
accipietis Jo. v.

28v

per ihesum xpistum influeret et alijs sicut motum et sensum ceteris membris influit caput. Ergo
quod mox dicit orthodoxe, scilicet quam totam posuit in eo domino ihesu gratia plena et sufficientissima ad influendum
omnibus, ut de plenitudine eius omnes accipiant gratiam pro gratia. Ihesum quod primo propheta dauid
sciendens in spiritu dixit de ipso unxit eum oleo leticie pre consortibus suis, psalmo xxxiiij, quod omnes exponunt
de domino ihesu xpisto. ad xxiij autem tunc dicit sicut idem esset tunc spiritu sancto, igitur non indigens eo
ungi vel eius gratia, illa secundum naturam diuinam sicut idem esset tunc spiritu sancto. hoc tamen secundum naturam humanam
quia secundum illam est caput ecclesie, debuit nedum potuit ungi spiritu sancto et eius gratia sicut satis clare
quiuis aspiciaret per omnia prius sibilus ad hebreos. Cogitabam vltimo testimonio tam veteris quam nove
legis probare dominum ihesum fuisse et esse verum xpistum, si videt vulgaris prodi est licitus colere
per se magistra docere, nichilominus manifestius est fidelibus quod dominum ihesum fuisse xpistum. Nam si
quereretur a quopiam fidelium qualiter sit professionis sine trepidacione xpistianus, si ulterius interrogaretur
vnde diceretur xpistianus, si sapit a xpisto vtique, et quod ita clarum est dicit Io 1, Io 2: Et quis est
mendax nisi qui negat quod dominus ihesus ipse est xpistus, ut diceret nemo tamen eundem et inepi
mendatio deliraret etc.

Octauus articulus

Octauus articulus dicit, non est ad huc credendus aliquis
antixpistus in Babilone ex meretrice nasciturus, sed impie de sicco ab initio fuit semper in mundo iuxta
illud Io iij Antixpiste iam est in mundo, quod exponens dicit iam est in mundo secundum conceptum, tunc erit
diuine natus qui incipiet agnosci et regnabit secundum eos tribus annis et vj mensibus, quod tanto
tempore apte et potentius resistet excecatoribus huius negotij ad tenendum ipsum in antiquo errore
secundum iam errorem quem ipse reputat dampnabilem. Attende tamen quod beatus augustinus super allegata verba beati Io
dicit quod antixpisti dicuntur comminus, quod antixpisti iam multi sunt et erunt nedum graphum ut ille
fingit sed magis credentes communiter exponunt ac per hoc nam, sed quod erit vnus qui proprie et
per Anthonomasiam dicetur antixpistus qui venturus est in nouissimis diebus de quo omnes exponunt
communiter secundum dicit illud Io v alius veniet in nomine meo et illum accipietis, etiam illud apostoli ij ad
thessalonicenses ij tunc reuelabitur ille iniquus quem interficiet dominus ihesus spiritu oris sui et plurima alia
de apostolo et alijs locis scripture canonice. Omnes etiam doctores tam greci ut damascenus libro iiij capitulo xxvij Crisostomus
super Matheum quam etiam Latini ut beatus ambrosius, Ieronimus, augustinus et ceteri gradatim tenent quendam
antixpistum ad huc venturum, inmanissimum xpisti aduersarium operatorem precipuum malicie et errorum
in quo habundabit malitia forte secundum vltimum capacitatem humane, et habebit in latitudine
malicie babilonis summum gradum, vnde beatus Ieronimus libro ij super danielem exponens visionem [illegible]
regebat signum porphirij addens: ergo dicamus quod omnes scriptores ecclesiastici tradiderunt in consumacione
mundi quod regnum est destruendum romanum, veniet vnus de iudeis in quo totus sathanas
habitaturus est corporaliter filius perdicionis qui extollitur super omne quod dicitur deus etc.

Intelligis corporaliter i. plenissime
non corporaliter et ypostatice ut quidam
male intelligunt

Nonus articulus

Nonus articulus qui non tam hereticus quam stultus reputandus est, scilicet quod auctor huius erroris
iactitat se plenissime totam trinitatis cognicionem comprehendisse et eam describere et explicare
posse verbis, in quo videndus potius quam confutandus est, ut pateat quod instinctu
et fide eius ad hoc scripturam inflectat, scilicet quod per illud ysaie xliij: ante me non est formatus
deus nec post me erit, dominus potens propheta insinuat filios ipsius deum vllum, preterea ecclesie volendum
esse hoc iste miser accipit quasi deum sit in persona auctoris huius erroris, ante me non est
formatus deus idem est, ante me nullus plene sciuit racionem dei et explicare potuit, hunc errorem et
presumpcionem, condempnant gentiles iudei et xpistiani. Nam secundus philosophus interrogatus ab adriano imperatore
quid est deus, sicut inmortalis mens, incontemplabilis celsitudo, spes incogitabilis, sicut in methaphora
sicut se habent oculi noctuarum ad lumen solis sic intellectus noster ad manifestissima in natura scilicet deum
et intelligentias, testimonio veteris legis et iudeorum similiter noue legis et xpistianorum quod deum credimus
incomprehensibilem et lucem inhabitare inaccessibilem et pacem esse que exsuperat omnem sensum

l. formare idem

Decimum articulum

etiam angelicum addiderit superfluum reputavi scribere cum qui sacre scripture campos frequentius peragrant. Decimum articulum qui etiam non tam hereticus quam presumptuosus et temerarius reputandus est videlicet de tertio introductorum status a se fieri quod vero etiam quod iste status iii annorum inchoando a presenti anno 146[illegible] compleendus dicit et ut certo addidit quod in futuro anno erit numerus annorum mundi 6666 et incipiet in martio primo circa festum annuntiationis beate virginis quo tunc a catholicis dicit creditur mundus creatus estimat fortasse quod in tam sacro et nobili numero qui quatuor senariis i millenariorum centenariorum denariorum et unitatum quibus quatuor scilicet uno x centum et mille per replicationem tanquam numeris capitalibus omnem numerorum summam comprehendit et quod quia in senario qui est numerus perfectus arismetrice quod constat et integre ex omnibus suis partibus aliquorum vel theologorum quod omne perfecit deus ante creando perfectum in aliquo futurum in eo estimat. Statum vero tertium dicit sum suum inventum dicit esse consimilem et perfectum eorum statum igitur ipsum sibi tunc inchoandum addidit tamen aliquos annos ut si non forte per consummationem illius status in anno illo complere tamen in annis adventus aut dispositionem ... in anno futuro non dubitat. Quid autem de hoc tenendum sit quod de hoc primum ... determinabitur. Unde plures ponit errores ut quod solum sibi consentientes sunt in statu salutis. Ironiat ei ipsius verbis quod non quiverit angelicum sicut ipse et psalmi vero ubi super psalmo 107 Cantate domino canticum novum addidit inquit o Cantate domino omnis terra ut intelligeret quod se considerat a ratione totius orbis terrarum se non posse cantare canticum novum scilicet spirituale et carnale quod est vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum quod tunc canticum novum in toto non in parte cantaverunt hic ille multa alia confuse inculcat et intricate involvit in quibus copiose delirat et ut simplices et laicos decipiat quibus in vulgari contendit significare sicut diriguntur aliqua comminationem vel maledictionem in clericorum vel statum spiritualem quod numquam ... hic prorumpit in vulgari more plures invectivas et frequentius imprimunt et sibi ingenerare addidit ut non intelligentes latinum consurgerent ipsum videat sua proditum suffocare sermo, o astuta vulpina pessima heresis. Nondum finaliter fictor istorum errorum dicit se per revelationem ista cognoscere et per multas apparitiones timendum quod ex infirmitate cerebri accedente illusione diabolica se decipiat. Nam dicit Vvith. prosper in libro de visionibus spiritualibus quod tales apparitiones sepius contingunt quod firmiter tenentibus infectionibus cerebri perturbationibus cum quibus sepe immiscet se suggestio diabolica quam proxima vocat spiritum blasphemie. Et addit vidi patientem qui putabat se esse filium dei immo spiritum sanctum quem messiam iudeorum quem christiani antichristum vocant se esse dicebat. Item dominus Albertus super Lucam 21 ... veniet dicens quod desiderabitis etc dicit quod fuerunt quidam qui dixerunt se esse filium baptiste et postea paulatim ita quod tandem dixit se esse christum ... hoc iam bis accidit temporibus nostris. In francia enim apparuerunt duo qui se Enoch et Heliam esse predicabant. In ... anno unus fuerit qui se christum et salvatorem fatebatur. Quantum ad articulum primum breviter determinandum 2um sit prima conclusio

Io. de castro conatu logorum ... super ... ad defensionem ... se ... herisiarcha ... in ... se filium dei

## Non est a fidelibus ante mundi consummationem aliquis status tertius vel tempus expectandum: In quo christi regnum vel eius sacerdotium veniat evacuandum

Quamquam veritas huius conclusionis testes non requirit adessent quod tamen in ore duorum vel trium stat omne verbum Math. xviii ... tres testes ydoneos adduxisse sufficeret quorum primus sit propheta David qui ait psalmo 144 de regno et gloriam regni tui dicent et post pauca regnum tuum regnum omnium seculorum et dominatio tua in omni generatione et generationem, quod de regno in glo ... de regno christi ... in primo psalmo ... exaltabo te deus meus rex ... se respondit in hoc verba O rex christe qui de Iuda natus es unde reges erant exaltabo te et ad idem referunt tunc quod sequitur regnum tuum regnum omnium seculorum quamvis primum loquatur propheta de regno beato quod erit in futuro per gloriam tamen non minus loquitur de regno ecclesie quod est per gratiam quod continuabitur usque ad consummationem seculi per successivam vicariorum christi et clericorum ...

et ideo dicit propheta et dominatio tua a generatione in generationem per quod semper regnum unum successionem
eorum per quos regnum suum continuabitur etc. 2us testis est sanctus daniel florentissimus videns
consolator qui ait capitulo vii de christo et dedit ei potestatem et honorem et regnum potestas eius eterna
que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur quod concorditer sancti exponunt de christo 3us
iam apparet testis sanctus gabriel archangelus dei secretarius virginis preconem prenuntians ad quam ait
de filio eius benedicto, paries filium et vocabis nomen eius ihesum et post pauca et regnabit in domo iacob in eternum in glo-
sa et est venerabilis bede et in eternum fidelium et regni eius non erit finis sicut beatus ambrosius in sermone de dominica iij adventus
tamen apud iudeos tam desiit regnum ut transiret ad gentes tam flumine ut emanaret ad populos
licet autem tanta credentium cogatur densitate ut firmum et solidum maneat sine fine porro
scriptura dicit et regni eius non erit finis sicut per in evangelio, non preteribit generatio hec donec omnia fiant
matth xxiiii beatus thomas super daniel dicit quod dicitur in scriptura a generatione in generationem quia ibi significat
generationem veteris legis et nove legis prima carnalis 2a spiritualis, de illa igitur generatione nove legis
loquebatur qui dicebat non preteribit generatio hec, et probatur ratione tali regnum implicat tria scilicet regem
legem et plebem hoc est principem regentem populum rectum et legem secundum quam populus regitur hec tria
implicantur matth vi primum querite regnum dei et iustitiam eius sed hoc quod dicitur querite tangitur tantum ambrosius
in sermone in dominica de adventu regnum celorum non nisi pro est dominus qui regnat in celis/ regnum ibi tamen
regens et iustitia eius ibi tamen lex/ dicitur enim regnum a regimine ~~ipsum integrum, et lex fit~~ de sub-
stantia regnum sunt regens et rectum quam materialiter ipsum integrant, et lex secundum quam fit directio tamquam
forma, requiruntur ergo hec tria essentialiter regnum, possessiones vero terrarum et similia ipsum accidentaliter decorant
hec autem in christi regno sunt eterna igitur et ipsum regnum quod clara cum ipse rex est pro etc.
in cuius femore scriptum est rex regum et dominus dominantium apostolus ad romanos vi christus resurgens a mortuis
et mors illi ultra non dominabitur ad ro. vi dicitur autem rex regum scriptum in femore eius quia
successio eius ab eo spiritualiter genita etiam regnabit sine fine. lex est eterna doctrina id est sacrosancta
quo ad intellectum et caritas que ad affectum, de verbo autem eterno dicit celum et terra transibunt
verba autem mea non preteribunt matth xxiiii, de caritate inquit apostolus i cor xiii caritas autem numquam excidet

plebs subiecta sunt fideles, de quibus ipsa veritas testatur loquens de petro et grege sibi commisso
ut faciunt unam ecclesiam catholicam, ego autem rogavi pro te ut non deficiat fides tua luce xxii nam petrus
est enim de quo est matth xvi tu es petrus et super hanc petram edificabo ecclesiam meam et porte inferi non prevalebunt adversus eam hec igitur ecclesia
sive petri navicula, et si fluctibus procellosis sepius iactata sit et in futurum fortasse iactabitur
numquam absorpta est vel absorbebitur ut declarat venerabilis aug de ancona super matth viii et ex dictis
beati aug super illud ps sepe expugnaverunt me a iuventute mea ubi inquit sepe adversus et super ecclesiam
fabricaverunt peccatores iniquitatem tamen non potuerunt adversus eam prevalere et sic in omnibus de petro.

tamen preterea concludens probat apostolus ad hebre vii auctoritate prophete ps 109 iuravit dominus et non peni-
tebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech que verba adducens et declarans apostolus ibidem concludit de christo hic autem
eo quod maneat in eternum sempiternum habet sacerdotium et super eadem verba ps Aug. unus ego dicit dominus
iuratio domini est sicut iuravit de semine abrahe unus ego dicit dominus quia audisti vocem meam etc.
et post pauca in semine tuo benedicentur omnes gentes, benedictio ad sacerdotium pertinet, semine abrahe
christus est accipiens carnem de semine abrahe hic erit sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech qui obtulit panem et vinum
sub quarum speciebus suum corpus et sanguinem suum offerenda instituit non secundum ordinem aaron qui
hostias et victimas de animalibus offerebat id sacerdotium intimatum est iuravit igitur dominus id est statuit
et non penitebit id est non mutabit tu es sacerdos in eternum etc. hec aug. ex quibus verbis aug patet quod sacer-
dotium christi prout respicit sacramentum eucharistie erit eternum et simile est de aliis sacris sacerdotium
enim respicit sacra quia ad hebre vii quia sacerdotio eterno dicitur salvare in perpetuum salus autem est per
gratiam specialem dicente domino qui crediderit et baptizatus fuerit salvus erit quod pro modo accipiendum est de aliis
et sciendum quod christus est sacerdos in eternum secundum humanitatem ut testatur beatus aug ubi supra et etiam in epistola de fide
ad petrum et apostolus ad hebreos vii quia secundum humanitatem obtulit se in ara crucis hostiam immaculatam deo

illud de pred. in regno etc.

Item quod dicitur regnum christi eternum non sic accipiendum est quod quia plures secularis etc. quia hunt in temporalibus eo modo quo iam cum hunt non sit auferenda et per dictum regnum modo non est de hoc modo
intelligitur de potestate spirituali et patet hoc primo quia sicut iam etc. sic ad adventum christi synagoga sed illa aliquid erat sub potestate infidelium igitur Item etc. quia fuit sub
potestate secularium gentilium usque ad constantinum et post ariamorum vel aliorum 3o quia hoc videmus nimis christi potestas et sic habemus timere
auferendam unde dicitur a sanctuario meo incipite ezech ix et beatus aug de civ dei lib xvij hinc imminet regnum terrena, veniet ille de quo dictum est et regni eius
non erit finis quod hoc terrenis regnis promiserit non veritate dictum sed adulatione mentitum post poeta eorum dictum quedam inducit iovem loquentem et ait de romanis hiis ego nec metas
rerum nec tempora pono imperium sine fine dedi, non plane ita erit veritas unde totum ibidem usque ad finem

dicta late tractat Aug. de civitate dei xx [illegible] quod non pater vel spiritus sanctus sed solus filius secundum quod homo est sacerdos in eternum, et secundum quod homo substituit pastores in ecclesia sancta per quos [illegible] sacerdotium eius [illegible] igitur quod [illegible] sacerdotium est christi sacerdotium et erit semper in terris per gratiam et in futuro per gloriam sic quod non cessabit per successores alios sicut Aaronicum sacerdotium

## Abhorrenda sunt vere fidelibus quorundam de tertio statu figmenta: In quo errantes quidam Christi regnum cessandum vaticinantur et ecclesiastica sacramenta:

Patet correlarium dictis ex conclusione et eius declaracione talium autem fingentium fuit primus abbas Joachim cum suis sequacibus ut aliquando [illegible] patuit in primo nobili et clarius de eo testatur Wilhel. de sancto amore in sermone quodam de die Petri qui incipit Si quis me diligit, in quo sic ait prope finem lex dei totaliter destruitur per maledictum librum Joachim, nam [illegible] lapsi sunt qui [illegible] libri ipse et loquitur circa sua tempora et asserunt eius defensores et sectatores quod adhuc post v annos regnum christi cessabit et sacramenta ecclesie deficiant. Similia et [illegible] christi [illegible] prophetare videntur et similiter isti [illegible] simplices et hominum qui iam [illegible] audiuntur de quibus falsis prophetis dicitur Zach. xiii [illegible] prophetaverit quispiam ultra scilicet post adventum christi secundum omnes expositores hebreos et catholicos [illegible] dicent ei pater et mater eius qui genuerunt eum non vives quia mendacium locutus es in nomine domini et configent eum pater et mater eius cum prophetaverit. hec propheta sive per patrem et matrem intelligens in spiritu sanctam matrem ecclesiam que tales punitura erat et gubernatores eius qui illos falsos prophetas primo detegent

## Quamvis ecclesie regnum et eius sacramenta in suis essentialibus perseverabunt infallibiliter in ritu tamen variari possunt et in quibusdam accidentalibus alterabuntur verisimiliter visibiliter:

Hoc correlarium quo ad primam sui partem sequitur ex conclusione, sed quo ad secundam partem eandem [illegible] manifestat et declarat, dicit enim [illegible] regnum christi stabile et immobile quod opponens correlarium invenit [illegible] quod et probant beatus Tho. et alii doctores super iiii distinctione [illegible] dicit beatus Tho. [illegible] quod sacramenta ecclesie [illegible] ex institutione divina et sacramenti [illegible] et essentialia consistit in materia et forma [illegible] formam sacramenti absque consilio spiritus sancti [illegible] dicitur sacerdotium christi [illegible] eternum claret quod non erit mutatio in essentialibus; de accidentalibus dicit ibidem quod [illegible] vel de trina immersione vel una in baptismo de sumenda eucharistia ante vel post prandium, de solempnitatibus que observantur et [illegible] missa [illegible] non observans hec accidentalia gravissime peccaret [illegible] ecclesie [illegible] obedire tenetur. hec eadem late declarat Aug. [illegible] li. de [illegible] et [illegible] in correl. additur quod in quibusdam accidentalibus regnum seu regimen ecclesie visibiliter alterabitur scilicet quo ad modum et ritum [illegible] ordinum et dignitatum in ecclesia et spiritualium venditionem [illegible] plurimos per quos status ecclesiasticus miserabiliter deformatur ut [illegible] conclusio declarabit que est talis

## Cum iniustitiam et impietatem ubique prevalere videamus: Verisimile est et valde timendum quod plagam domini super nos aliquam venturam sentiamus:

Prima parte huius conclusionis non tam [illegible] est [illegible] ostendere quam lacrimosis vocibus deplangere [illegible] quod olim dominus per os prophete sui conquestus est Ysaie primo de prevaricatrice plebe hodie proh dolor verificatur in peccatrice gente [illegible] scilicet illud omne caput languidum omne cor merens a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas, super que verba beatus Jheronimus [illegible] inquit dominus docet quod a principibus usque ad infimum vulgus in illo sit sanitas [illegible] impietatem pari [illegible] consentiunt. periit enim iustitia a principibus quia oppressis non succurrunt [illegible] per [illegible] addunt violentiam pauperibus et innocentibus per iniquam oppressionem. periit insuper lex et religio a sacerdotibus qui non [illegible] orationem [illegible] pro peccatis et delictis populi prout exigit status eorum prout conqueritur de eis dominus Ezech. xxii Quesivi in eis virum qui interponeret sepem et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam. periit etiam fides a populo qui [illegible] non fideliter laboribus suis insistit sed potius fraudibus et deceptionibus [illegible] et circumveniat fratrem suum et ideo sine dubio timere habemus flagellum domini quod super nos venturum ut

Hugo de s. victore li. ii de archa noe c. v [illegible] usque in finem seculi non credis ecclesiam duraturam et aliquid dei [illegible] longitudine [illegible] longitudo in archa per ipsam archam [illegible] ecclesiam a principio usque ad finem seculorum [illegible]

Greg. super Ezech. omelia ix dicit [illegible] verius prophetat [illegible] nomine [illegible] eternum

Correlarium primum

Sed dicendum [illegible] prophetavit post christum [illegible] apostolorum [illegible] de pluribus prophetis [illegible] de Agabo qui s. paulo predixit captivitatem [illegible] in iherusalem [illegible] zach. loquitur de prophetis [illegible] ad [illegible] venit que admodum fuerunt [illegible] erronee

Correlarium 2m

Gerson li. de vita [illegible] lectione iii [illegible] dominium [illegible] ecclesie [illegible] non habeat

Conclusio Secunda:

30v

vt innuit ij pars conclusionis que triplici suadetur primo ex sacre scripture comminacionibus 2° ex sanctorum sacra revelacione
3° ex celestium corporum revolucione / quo ad primum sacra scriptura in transgressoribus et mandata dei contempnentibus
multa flagella minatur ysa. i dicit dominus si me ad iracundiam provocaveritis gladius devorabit vos et deutero-
nomij xxviij quod si audire nolueris vocem domini dei tui vt facias et custodias omnia mandata eius et cerimonias
venient super te malediciones iste / maledictus eris in civitate maledictus in agro / maledictum horreum tuum ma-
ledictus eris ingrediens et egrediens mittet super te dominus famem et esuriem et increpacionem in omnia ope-
ra que facis donec conterat te et perdat velociter propter adinvenciones tuas pessimas etc. nec comminacio est
quod solis iudeis dominum offendentibus talia infligenda mala predicabantur et non magis quibuscumque peccatoribus quia
equaliter deus odio habet iniquitatem in omni faciente eam quia non est accepcio personarum apud ipsum actuum x.
Ideo enim propositum est primo dominum in diebus istis quia sufficienter locutum est deus declarando toti mundo voluntatem
suam iuxta illud Job xi et ideo beatus Iheronimus super ysaiam i. c. d. quod testimonia ysaie contra impietatem quorundam aliorum
malorum christianorum et assignat totum super c. xxij ysaie d. ex quo secundum predictorum iudeorum intelligimus enim creatorem
equaliter esse deum et eodem iusticie dispensacione iudicio iuxta illud quod ipse loquitur per amos numquid non vt filij ethi-
opum vos estis mihi israel    2° declaratur ex sanctorum sacra revelacione pro quo sciendum quod immensa dei pietas ne vniver-
salis divine iusticie miseros peccatores comprehendat maturos frequenter eis imminere pericula per prophetas suos
enunciat vt per se testatur ore ysaie xlij nova quoque ego annuncio antequam oriantur. Et propterea videmus de pro-
quibus frequenter per famulos suos superventura eis mala indicavit / et quia immobilis est superna iusti-
cia sanctorum est eciam providencia dei vt ista in scripturis nobis reservarentur quatinus consilia mala cernentes consilijs pestis
timeamus et resipiscamus et ob id eciam non oportet tres prophetas amplius iam fieri / sed superhabundans
tamen dei misericordia que non vult mortem peccatoris secundum in vt 9 et v ezech xviij et divine pietatis infinita bonitas
humane condicionis sciens infirmitatem quod superhabundantem clemenciam multis vt ei placet revelat mira / non cessat
etiam hodie per quosdam electos suos tribulaciones imminentes annunciare vnde beatus methodius martir
in carceribus revelacionem recepit quam in li. i. de diebus primis et novissimis describit vbi c. primum dicitur
quod filij ysmahel idest saraceni exibunt in septimo millenario annorum mundi et perdicionem dico obti-
nebunt terram christianorum propter peccata et iniquitates eorum / et quia sumus in fine illius millenarij septimi vel in
centenario iam quasi transacto quid restet nisi vt comminacionem sed verbum implendum formidemus et
non modicum in diebus istis rerum maxime ad hoc se disponunt / nonne tota grecia ac orientalis ecclesia
ab eisdem ysmahelitis sarracenis scilicet et turcis quasi in nichilum redacta est et continue fines occiden-
talem ecclesiam lacerare non cessant. similiter in revelacionibus beate birgitte habetur quod in novissimis
diebus divino iudicio prelatis ab ecclesia pulsis / et multitudo christianorum a fidei veritate avertet non solum ab ea
recedent sed persecutores fidei christiane erunt quia mala vita christianorum meruit / ad quod eciam non modica
disposicio cernitur communitatibus et laycis hodie quantis populis in sedicionem rebellionem adversus
suos maiores spirituales et seculares insurgant / nec est aliquis hoc attendens seu agens ne fiat
3° in li. qui intitulatur de eterna sapiencia habetur quedam revelacio cuidam homini dei facta prius
consonans predictis Consonat hoc deum post inquietam christianissimus per tempus multiplicatis
tandem delicias mentis animas sensuales perveniet ad vltimum refrigescente caritate crescet cupiditas
fient robora seniorum consilia sed propter parvus consilium sanctorum spernet et in malum preceps ruet
Iste autem revelaciones et predicaciones sanctorum comminatorie accipiende sunt / quemadmodum prophetie comminatorie
sub condicione scilicet nisi homines convertantur quales fuit penitencia virorum de Ninive Ione iij et per ipsum met dominum
Ihesus xviij Iere sicut lutum in manu figuli sic vos in manu mea repente loquar adversus gentem
et adversus regnum vt eradicem destruam et disperdam illud / si vero penitenciam egerit gens a malo suo
agam et ego penitenciam super malo quod cogitavi vt facerem ei    3° declaratur idem scilicet quod nobis imminet
malum ex celestium corporum revolucione / pro quo sciendum quod secundum astronomos triplex est coniunctio
planetarum superiorum scilicet Saturni Jovis et Martis videlicet magna maior et maxima / que sic dicuntur
quia effectus provenientes ex tali coniunctione intensissime sunt et diu durant / et quia semper maxima im-
mutacionem in istis inferioribus scilicet in sectis in hominibus et in regionibus fecerunt quod amplius eis fecerit
aliquis planetarum inferiorum / vnde ad propositum vnus quidam magnus theologus in Anglia sua super
genesi de hijs coniunctionibus maximis tractat in hunc modum dicens advertendum quod vt ipsi astrologi asserunt
a mundi exordio annis fere mille quadringentis fuit vna coniunctio maxima duorum planetarum supe-
riorum scilicet Jovis et Saturni in primo arietis termino in qua coniunctione dominus Saturnus in agri

si mel levavit de dextera ij ad ipsum hoc ex
parte / exacte hic primo qui audiret scilicet
mandata domini et cognosceret voluntatem eius
eas meditaret et eas implere studeret solhore
quia qui novas in ... comminacione acquirit
... ... dominus dixit ... ... et
Ff hoc

Iudeorum viri perpetui
in imperio

non diffinitive sed vitative

luna attribuitur dominium sibi vendicasset silvestres fuere mores hominum sed ad annos quasi mille duo illi altiores planete in uno ariete convenerunt et Iupiter cum participatione Saturni dominium sibi vendicavit et tunc leges ceperunt quarum prima fuit hebreorum quia Iupiter influere habet super religionibus et sectis. Tertio cum in eodem loco convenissent Mars in eodem conventu dominatus est, et tunc ardor bellorum cepit et chaldeorum regnum qui ignem quasi Martis naturam adorabant eo dominante est. Quarto vero convenerunt et sol sibi dominium cepit, tunc lex egyptiaca surrexit quo militia celi et stellarum adorari cepit quarum princeps est sol. Quinto vero in annis circa nativitatem Christi coniuncti sunt, et cum ipsis Mercurius qui scientiam influit et lex nova scilicet christianitatis surrexit. Sexto per annos vi° post domini nativitatem coniuncti sunt dicti planete et Venus cum eis planeta voluptatis, et voluptuosa machomet scilicet sarracenorum surrexit secta iam autem finita est et expectanda post aliquot annos coniunctio eorum in qua ultimum planetarum scilicet luna dominium sibi astruit que dominatur [illegible] et humiditate et quod circa cerebrum hominis quod est humidior pars hominis unde instabilitas mentis causatur et ideo multo legum et etiam remedii modus ut est [illegible] est vacandus et additur. Sed cum ego eorum verba prospicerem volui adhuc magis astrologica copula et inveni Iohannem Anglicum in sua summa dicere quod secundum Alomar et Ramaphas ab anno domini 1366 inceptio pervenit signum magni orbis ad leonem cuius orbis domina fuit luna et durabit ad annos domini perfectos 1449 et tunc surget lex lune que tollet omnem fidem et legem tam legalem quam christianam sed dominium durare non potest propter gravitatem eius cum luna que frequenter mutatur unde non est ut idem dicit quia de inchoatione dominii lune et eius duratione varii varie loquuntur in hoc tamen conveniunt quod maximum periculum tunc imminebit unde secundum aliquos iam pluribus annis fuit circa centum annos durabit in quos ea mala de quibus supra dictum est veniet cum igitur de duratione dominii lune dubitetur et de malis imminentibus concordet quod aliquid unde brevi erit quid restat nisi quia ut quasi certificati de periculo et de tempore eius dubii continue formidemus. Secundum tamen circa dictam quod Petrus Cameracensis cardinalis in tractatu suo de legibus et sectis contra superstitiosos astrologos reprobat istam attributionem sectarum constellationibus specialiter quo ad legem Christi dicens: Si Christi non mercurio sed deo altissimo super omnes celestis constellationes supra cetera sidera conditori attribuenda est et eo sua est quia ea que sunt legis Christi sacra et credenda mirabiliter sunt introducta a deo et sunt super omnem naturam quare non subiacent naturali influentie planetarum quo ad sui causationem et per quos nec quo ad ceremoniam nec signationem de aliis tamen sectis suggestione diaboli et inventione hominum factis quia plurimum sunt carnales principaliter hominum dispositionibus celestibus subiacent unde refert dictum quoddam illius anglici quare replicat in hoc verba hec voluntas non cogatur tamen corpus alterabitur per virtutes celorum et tunc anima unita corpori excitata sortitur et inducitur efficaciter licet non cogatur ut volunt sepius licet libere vel gravius inclinatione corporis ad actus privatos seu publicos ad bonos sive malos, et sic opiniones ~~[illegible]~~ secte et consuetudines nationum inducuntur pabulum faventium et potentum in populo sic a supremo celestis dantur et efficaciter inclinantur sicut quasi firmissimum est et coniugatum fuit a deo ita quod planete et alie stelle ut antiqui non solum sunt signa sed aliquid faciunt in inferioribus. Istud dictum apostolus dicit quod multum bene dicat medicus primo, unde ut et ipse sentit quod fortes influentie quedam fuit in generationem materia ad mutationem morum et operationem animarum in hiis que non sunt supernaturalia apud homines carnales multum faciat et propter hoc timendum. Possit addi quantum quod nobis destructionem minatur scilicet labes symoniace pravitatis ecclesiam corrumpens, dicit ut [illegible] super [illegible] et [illegible] Indiciis et in glo. ibidem quod Ierusalem propter symoniacos qui ecclesiam et alia sancta vendiderunt destructa est et posita ut pomorum custodia et quia sicut Ierusalem figurat sanctam ecclesiam timendum est quod propter similes peccatum eius consimilis ecclesie immineat.

Esto diminutus docta mens pura sacra scriptura simul cum hoc celi figura: — Multa flagella peccatoribus provenient non tamen ideirco necessario venient pro cordibus de sacra scriptura et revelatione prophetica ex hiis que dicta sunt in precedentibus conclusionibus quod scilicet tales comminationes intelligende sunt sub conditionibus nisi converteretur se peccator a via sua mala, sed non necessario ad permanendum in peccato continuo ut se convertat: convertere quomodo possit nobis dicat dominus Zach. i: Convertimini ad me scilicet per veram penitentiam et ego convertar ad vos scilicet per gratiam propter etiam de celi influentia quia licet quamvis partes sentit moveat et inclinet ad hoc

Correlarium primum

31v

vel illud nequaquam tunc intercessit prout satis late declarat beatus Augustinus 5 de civitate dei c. primo usque ad nonum c. et beatus Leo papa in sermonibus de epiphania domini

Correlarium 7m

**Non sunt viris bonis ac timoratis comminationes sanctorum ac etiam celorum et si quandoque non veniant contempnende. Qui potius ad mala corrigenda et gratiam querendam cordialiter advertende.**

Correlarium istud septimum declarat quod licet tam ex parte comminationum sanctorum qui talia dicunt emendationem presupponendo et si quandoque non fiant indubitanter pena expectatur quam etiam celorum qui licet non necessitent tamen adeo vehementer inclinant quod homines liberi quia est in carne repugnans legi mentis captivandi eum in lege peccati nisi liberet gratia dei per Christum dominum nostrum. Pro illa igitur ardenter est instandum et signanter hiis temporibus in quibus nobis tanta mala imminere videntur unde valde bonum foret nimium esse quod predicatores verbi dei in omnibus suis exhortationibus populum fidelem de malis venientibus et imminentibus instruerent et ut piis devotis et lacrimosis precibus iram dei placare admonerent. Hoc correlarium possit gratia fidelis [illegible] ne nobis contingat sicut Iudeis quibus dominus ysaias et alii sancti prophete penam [illegible] comminationibus contradixerunt et statim non fecerunt [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] medicina [illegible] Hoc certe quod accidit eis illud quod predicat sapientia [illegible] Salomonis 1 c. [illegible] sapientie despexistis omne consilium meum et increpationes meas neglexistis ego quoque in interitu vestro ridebo cum venerit repentina calamitas et intereunt tribulatio et angustia quod et sic factum testimonio scripture cognoscimus ne igitur vobis simile accidat ut enim apostolus tangit ad Thessalonicenses 5 c. Cum dixerint pax et securitas tunc repentinus superveniet interitus omnes igitur vitam meam et mores meos in melius emendare

**Futura contingentia certitudinaliter prenunciare Soli deo convenit et illis quibus ille voluerit revelare** hanc conclusionem [illegible] et rationem [illegible] ista in auctoritate que [illegible] sunt in futurum et sciemus quod dii estis vos quod signum divinitatis est prenuntio futurorum secundum Albertum [illegible] idem [illegible] de natura deorum dicit pronomio similiter [illegible] [illegible] ad [illegible] deos quod [illegible] est deorum futura prenoscere et ideo fuit unum de quatuor principalibus medijs quibus venerunt in notitiam deitatis Ob quod quoque scriptum est de deo in Daniele ipse revelat profunda et abscondita novit in tenebris constituta [illegible] quod attinet primo dominus dixit discipulis suis non est vestrum nosse tempora et momenta que pater posuit in sua potestate quasi diceret quod potentia divina ut sibi proprium voluit reservari non data vobis [illegible] [illegible] ii c. Daniel constituimus magi confitemini [illegible] et dominus [illegible] [illegible] futurorum non esse hominum sed dei ex quo pro prophetis de spiritu locutos qui futura prenoscunt et totum illud consistit proprium est futura contingentia certitudinaliter cognoscere illi soli convenit vel alijs ex eius revelatione ipsa prenuntiare sic de deo est igitur [illegible] in [illegible] [illegible] clarius ex eo quod [illegible] [illegible] presupponit precognoscere maiorem pro quod si alius conveniret maxime spiritibus celestibus qui illos sunt [illegible] intelligentie. Sed hoc non quod vel cognoscerent ea cognitione matutina in verbo quod est speculum voluntarium solum ea cognoscunt in ipso que voluit et per gratiam quo in eo cognoscunt quod revelatione dei per [illegible] in paucis [illegible] vel cognitione vespertina qua cognoscunt res in proprio genere. Sed hoc non quod vel cognoscerent illa futura in suis causis vel in se ipsis. Non primum quod in causis solum cognoscuntur effectus naturales et determinatum ordinem habentes sicut ad [illegible]. Sed hoc non habent contingentia ad utrumlibet ut de se claret. Non igitur ex causis cognoscuntur nec in se quod angeli cognoscunt per species receptas ut quidam dicunt et quod a non existentibus non possunt species recipi vel per species connatas ut alij dicunt et hoc non quod ponentes intelligentias cognoscere per species tales infusas a primo ente [illegible] loquendo sunt contrariantes ad theologice loquendo ut [illegible] b. Thomas et alij [illegible] dicunt quod cognoscunt per species vel et quanto superiores tanto pauciores et universaliores [illegible] tamen sunt eorum magna differentia inter illas [illegible] quibus nos cognoscimus et eorum quia [illegible] dicit tales species depurantur a conditionibus individualibus et ideo solum representant rem quo ad quidditatem et naturam et non quo ad esse existentiam et individuale sed eorum illa dicit sic species representationem plurium non per [illegible] [illegible]

vim propter efficaciam virtutis sue et plenitudinem luminis cognoscitiui per suam uisionem rerum non solum quo
ad quiditatem sed etiam quo ad esse et proprietates sibi quomodo et inde est quod non cognoscimus
componendo diuidendo et discurrendo sicut nos, quod igitur species in intellectu angelico representat rem
sed hunc recundum naturam sui esse, quod species igitur talis in re natura representat et tale si non haberet non
representat, et est idem iudicium de aliis accidentibus, quia propter hoc non sunt futura contingentia in re natura, etiam
non cognoscunt nisi forte per reuelacionem, et si angeli non possunt cognoscere futura certitudinaliter
nisi per reuelacionem multo minus homines et per quos gelo uera racio autem quare deus per sanctos
suos celare non voluit reuelare consummacionem mundi temporis est secundum hominis de hyspania in nostra vesperi,
sicut quod magis expedit celari non sciri ut timeat populus plenius semper tamquam eas imminentes et spem
non ponat in rebus huius mundi habens eas tamquam eas peruentas cum non sit certus de crastino hec ibi.
Vnde si deus aliquando sanctorum suorum propter singularem meritum vel desiderium reuelaret illud tempus quod tamen augustinus non vult
dicere sed quod deus suis dilectis apostolis noluit reuelare ut in illud hora a nullo comprehendi nobis
in scripto quod semper magis expediens fuit electis in ordine ad deum sed ad merenda beneficiam
contemplacionem prestitutum illius temporis. Nam sub dubio ipsum expectare retrahit a malo et peccata
festinare, et quamuis per manus homini instante opera illud hoc plurimum est ocio bono et custodire
se habeat, quia quilibet siue longe siue in summo, siue procul equaliter ipsum formidabit, et timebit
se per ipsum preoccupari in peccato, sicut igitur quod propter tempore gratie non expedit scire tempus ipsa predicta
determinate, quod magis confert ad merendum quod cogitur festinare et magis trahit a demeritis quam
timet preoccupari et quod melius sit se cottidie expectare diem aduentus domini tamquam imminentem valde
pulchre declarat augustinus in epistola ad hesichium et est 48 ubi propositum ualde de die aduentus subtiliter
disputat sed in fine concludit confirmando predicta ut patet ibidem circa medium ipsius epistole.

Presumptuosa et periculosa est audacia sola humana ratione
uel industria prenunciare certitudinaliter futura con
tingentia dico autem presumptuosa est quod propriam est dei et ad eius gloriam propterea sibi vendicare
et ad suam gloriam vendicat alteri non dedit, periculosa vero tam quo ad se quam quo ad alios
quod ipsum concernit quare duos decipiunt ut de iudice aliquo propter simulacio de quo b. quo per dyoc egredi
dicit quod per coniecturas humanas aliqua vera fiunt in plurimis tamen decepti sunt, et generaliter de talibus
loquens augustinus propter de ciu. dei c. lim de calculatoribus sic futura domini dicit: et de hac re calculantium digitos
resoluit et quiescere iubet quod non apostolis suis dilectis querentibus voluit indicare nec aliis reuelare
et ideo omnes illi qui de talibus se intromittere hactenus fallacia sunt inuenti hec ille. Sed pro dubio
istos presumptores et hereticos deus intendit ostendere, nec eis est credendum ob id quod dicunt tamquam
fictam reuelacionem super hanc rem publicando ac introducendo quod angelo sathane qui ducitur est
et per eius hec est auctor eius falsitatis et erroris heretici, super se transfigurauit in angelum lucis qui
propter ipse dispenit se vero esse missum a deo, ad introducendum tertium statum quod ipse fingit futurum
et tale hic sic tales inuenit incredibilibus signis et miraculis, quemadmodum expositoribus tam plurimis in
saculis prodigiis a deo legislatoribus apparitum fuerunt super diuersis statibus et habitis credis hec
in c. hoc. Contra vero et responsionem

Si quid notabile ecclesia dei sit passura prius quam annus supranotatus
compleatur deo constat a nobis ignorari, nec super hoc hereticus
quilibet credatur. Propterea ex dictis contra vel et per omnibus concordant

Ad contra veritatem quod sunt in auctoritate et racionem auctoritas habetur osee vi que loquitur quod post duos dies
in tercia uiuificabit nos, sed ista auctoritas secundum Nicol. de lira duppliciter exponitur, primo secundum doctores hebreos qui per
tercium diem intelligunt tempus tercie reedificacionis templi quia futura dicunt in hierusalem a messia
quem expectant, dicunt illi quod in illo tempore per messiam suscitabimur et uiuificabimur. 2o exponitur
a doctoribus catholicis de christo qui post duos dies mortis in tercia resurrexit ad vitam immortalem, et quod eius
resurrexio ad vitam immortalem est causa nostre resurreccionis future etiam ad vitam immortalem iuxta illud
apostoli christus resurgens a mortuis primicie dormientium quoniam quidem per hominem mors et per hominem resurreccio mortuorum, i. ad cor. 15
ideo dicitur post duos dies in tercio nos resuscitare et uiuificare, et exponit autem sic dicens
iste haut autem de tempore futuro sub auctore huius erroris et in hoc propterea quod sit magis conforme erroribus iudeorum in expo
sicione scriptura quam uidetur catholicorum doctorum, etc.

Contra iii m

Solutio argumentorum

32 v

Ad tercium in negando motiuum ad eius intentum pro duo primo quod ista attribucio siue appropriacio secundum pre legum personis diuinis ex sacra scriptura auctoritatem non habet igitur eadem facilitate contempnitur qua dicitur secundum beatum Ieronimum in sermone de assumpcione virginis / cum secundum beatum dyonisium in de di. no. c. i. absque periculo occulta deitate preter ea que nobis ex sacris scripturis diuinitus sunt expressa nichil audendum est dicere / 2° quia non minus claruit diuina sapiencia que filio attribuitur in primo statu sub lege / et diuina bonitas que spiritui sancto attribuitur quam potencia patris vz quo ad sapienciam de preceptis legalibus et aliis eius disciplinis et quo ad bonitatem de multiplicibus et frequentibus liberacionibus a malis et promissionibus variis. Similiter in 2° statu hec tria claruisse equaliter facile posset / si tu quis vellet in hac appropriacione stare vellet / non secundum oporteret tercium vero 3m statum adhuc venturum secundum consummacionem Joachim et hereticorum. Si diceret tercium statum spiritus sancti incepisse iam in die penthecostes quando apostoli receperunt spiritum sanctum visibiliter / notaret igitur tempus vel le. statum primum / tempus post christi aduentum vsque ad missionem spiritus sancti 2m / 3m autem a missione spiritus sancti vsque ad consummacionem seculi. In primo statu fuit deus super homines in 2° inter homines et hoc in persona filii qui post hoc visus est in terris et cum hominibus conuersatus in 3° in hominibus sed quia ex tali habitudine dei ad homines et secundum distinctionem predictam distingueretur tres status et illam habitudinem insinuasse videtur dominus luce vltimo vbi dicit vos autem sedete in ciuitate quousque induamini virtute ex alto hoc est impleamini spiritu sancto vel si vellemus loqui de tribus temporibus vel statibus deberemus manere cum sanctis in modo loquendi. Nam probat augustinus super ps. de verbis domini dicens tria tempora decurrunt per que vniuersum currit dei genus humanum hoc est tribus quibusdam temporibus primum tempus ante legem 2m in lege 3m nunc est quod tempus est gratie. Similiter [illegible] pulchre loquens de tribus statibus mundi dicit cepisse tercium statum sub gratia qui nunc est duraturum vsque ad finem et consummacionem seculi.

Ad intelligendum autem auctores qui loquuntur de mysterio tercie diei vel nouissimi status de bonis dei tunc singulariter propagandis. Sciendum quod duplex intelliguntur secundum quod duplicia spiritualia bona a deo donantur nobis primum scilicet dona gratie et carismatum spiritualium quibus dignificamur in presenti vita adiuuamur et iuuamur ad percipiendum seu merendum vitam eternam / alia sunt bona glorie quibus replebimur in futuro beatitudine. Si igitur auctores promittunt in 3° die bona loquuntur de bonis gratie accipiendis est per tercium diem vel nouissimum statum tempus legis gratie quod ideo ad gal. dicitur tempus plenitudinis quia plenitudo gratie in eo collata est vnde ex eo quod persone noue legis plene gratie dicuntur vt ex plenitudine gratia sunt beata virgo maria i. sanctus stephanus et in eo ceteri sancti actuum vii. Sic ergo primus dies sub statu sub tempore legis nature / 2us status sub dies tempus legis scripte 3us dies sub statu legis gratie et sic exponit augustinus [illegible] in h. de cet. predic. illud tercio die descendet dominus in montem sinay [illegible] i. tercio tempore sub lege gratie. Si autem in mysterio tercie diei promittuntur spiritualia bona tercii status vt illud tercia die nuptie facte sunt in chana galilee et mutauit dominus aquam in vinum per quod intelligitur quod in tercio statu [illegible] fidelis sponsa cum exaltatione coniungetur christo suo sponso christo qui conuertet ei aquam insipidam [illegible] in vinum eterne iocunditatis / [illegible] primus dies pro statibus est nature instituente 2° [illegible] 3° [illegible] sub tempore et hoc [illegible] in libro de pluralitate formarum [illegible] supponendo hoc de quo [illegible] demum quantum ad articulum tercium [illegible] primum hunc quod [illegible] sunt tale

Circa articulum primum in quo [illegible] plenitudinem

## Utrum quilibet rite hereticus censeatur per quem falsum dogma in ecclesia christi seminatur

Pro solucione noto quod hereticus concretum dicitur ab heresi abstracto quemadmodum [illegible] dicitur quod a fortitudine dicitur fortis et albedine albus. Heresis autem vno modo grecum est et interpretatur diuisio et dicitur hereticus qui se diuidit ab vnitate fidei ecclesie. Alio modo latinum est et habet duplicem deriuacionem secundum catholicon dicitur vno modo ab hereo es ere pro [illegible] vel [illegible] et dicitur hereticus quia dubitat de hiis que sunt fidei et minime inheret [illegible] vel [illegible] / alio modo dicitur ab elegi quod grece electionem significat et dicitur heresis quasi eleccio quando [illegible] apud [illegible] aliqui dicunt [illegible] quod electionem [illegible] et dicitur hereticus qui quod vult eligit quod sibi placet. [illegible] dicitur qui eligit vel adheret [illegible] dogmati contrario veritati [illegible] et hoc est [illegible] dicitur hereticus in q. v [illegible] i. q. i. quicumque / proprie autem quadruplex quis dicitur hereticus vt habetur in summa pisana: primo qui dubitat in articulo fidei et in dubitatione permanet persistit / [illegible] de fide cum dolore cordis 2° qui male sentit de ecclesie sacramentis 3° qui male sentit contra veritatem [illegible] contra ecclesiam agit et dicit [illegible] augustinus de ciu. dei li. xviii ad [illegible]. Qui ergo in ecclesia christi morbidum aliquid prauumque sapiunt si correcti vt sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt sed defensare persistunt heretici fiunt. Ex quo dicto videtur autem post solutionem precedentis quod primarii in errore persistentes et sua dogmata seminantes sunt heretici censendi. Si quis autem dictus suus erraret qualitercumque decepti, paratus tamen se et sua dicta publice corrigere etc. non esset hereticus dicendus ut dicit glossa super c. dampnamus de summa trinitate, de quodam abbate Joachim super verbo corrigendi, quod dictus Joachim paratus fuit corrigi et sua scripta apostolice sedi mittens mandavit assignari approbanda vel corrigenda. Hereticus dici non debet licet erraverit. Ille autem qui cum suis complicibus istis temporibus [illegible] ecclesiam dei contrahere omnibus modis proposuit hereticus est. Errat enim in fide contra sacram scripturam et sanctam romanam ecclesiam ut patuit in questione et hoc pertinaciter et primarie quia ut ipsi fatentur iam amplius quam per viii annos laboraverunt ut acceptio errorum suorum [illegible] multo deberet vigilare pastores et defensores ecclesie ut iniquos et periculosos errores corrigerent vel extinguerent. Quod si fieret contingeret fortasse aliquos primarios capi qui ut hereticis mos est prius eligerent mori quam corrigi et si interficerentur possibile esset aliquos clericos ad spectaculum huius currere et de hoc gaudere, de quibus quidam dubitarent an etiam maculam irregularitatis incurrerent. Igitur de hoc querit presens questio illud videlicet. Vt

## Vtrum dum aliquis hereticus vel maleficus educitur multandus Quilibet in mortem illius consentiens sit irregularis censendus

l. interficiendus pro [illegible]

Et non dubium propter scolares qui concurrunt et stantes desiderant videre agonem talis multandi, tantam habent complacentiam ad tale spectaculum quod etiam nollent quod ille effugeret, et videntur complacentiam habere et etiam consensum in mortem illius. Dubium videtur an propter hoc incurrant aliquam irregularitatem. Videtur quod sic quia facientes et consentientes pari pena digni sunt ad Ro. i. Sed facientes mortem incurrunt penam irregularitatis, igitur et consentientes. Ratio autem quod non primo quia pene sunt restringende [illegible] per regulam Odia de re. iur. li. vi. Igitur ubi iura non exprimunt penam ad illud non debet extendi pena. Sed in iure nullibi dicitur quod sic consentientes incurrant penam irregularitatis ut dicunt iuriste. 2o quia dicit Jnno. super c. ad audientiam de homicidio voluntario quod ad hoc quod aliquis incurrat irregularitatem quod homicidio sufficit et necesse est quod incurrat vel opitulandi aut preceptum vel factum vel defensio occidentis, sed nullum occurrit hic, igitur. 3o quia ad hoc quod aliquis incurrat irregularitatem requiritur quod aliquo modo sit causa effusionis vel aliquid cooperetur ut per c. ult. de cle. pugn. sed hoc non videtur hic, igitur. Contra istud autem videtur si quis aperiret viam per quam multandus ducendus est tollendo lapides lignaque aut spinas vel alia impedimenta ut citius ille perveniret ad mortem incurrit irregularitatem. Secus si quis prosternit in via et pavimentis cadit non ea intentione ut citius perveniat ad mortem sed ne a ducentibus male impediatur vel conculcetur, talis enim non videtur incurrere irregularitatem quia talis ipso nihil fecit ad mortem illius. Ad regulam de consensu tamen quod duplex est consensus quidam cooperativus qui aliquo modo est causa ipsius facti per se vel per accidens et ille est quandoque negligentie consilio cooperationis et auxilii seu defensionis ut habetur in glo. in c. i. de offi. iudic. dele. [illegible] de quibus omnibus intelligitur regula in ibi. Alius est non conductivus qui non est causa facti sed accidens solum, de illo non intelligitur regula alias quilibet eius cum officiis exequitur videtur sanguinis esset irregularis quod tamen non dicitur. Et hic etiam est duplex quidam pure negativus quia sic factum tale sibi nec placet nec displicet, alius aliquo modo positivus quia sibi factum tale placet. Illa autem complacentia potest fieri dupliciter. Vero intentione, et hoc quod quis complacentiam habet in hoc quod iustitie rigor qui est conservativus rei publice in suo robore floret et quod vita innocentium per hoc tuta redditur. Alio modo fit talis complacentia reprehensibilis quia sic quis delectatur in illo spectaculo crudeli quod magis est bestiale quam humanum [illegible]. Dicitur de rectore in speculo inquit dicunt quidam licet autem clericus non debet interesse ubi vindicta sanguinis exercetur si tamen quod sola curiositate vel levitate fuit ubi latro suspenditur vel ubi quis in duello interficitur licet graviter peccet non tamen fit irregularis si non opitulando nec auxilio aut [illegible] consentit. De nullo autem istorum consensuum intelligitur regula quod [illegible] patres qui a sanguine quanto magis remotior quis fuerit a talibus negotiis tanto dignior est vel erit ministerio sacerdotali. Quare consulendum videtur omnibus clericis et ad ministerium sacrum tendentibus quod tam crudelia spectacula vitent quod premissis [illegible] mereantur ad sacratissimum ministerium [illegible] quod [illegible] via salutis et vita nos in presenti dirigat in via immaculatum et in futuro autem in vitam eternam amen

Jo. monachi et Jo. an. dicunt quod licet [illegible] sententiam, igitur si aliquis diceret de aliquo interficiendo et ille eo interfecto [illegible] ille hoc optasset et intendisset licet sit irregularis

licet [illegible] quod nec clericus vel [illegible] dum sciunt sanguinis [illegible] [illegible] exercetur aut ubi [illegible] interest

Hostiensis de dispensatione sic super in vi. Et huius non opitulo aliquid irregularitatem inducens nisi ubi in iure invenitur hoc expressum, non restringenda est enim dilatanda irregularitas cum odiosa sit et penalis ff. de penis [illegible]

## Anno domini m° cccc° lxvj

Item fuerunt consilia doctorum super novo concursu apud [illegible] ut audivi [illegible] fuit testimonium [illegible]
de quadam pictura ymaginis duobus diebus ante prandium hoc testimonium fuit se vidisse deprimi et
de aliis mirabilibus sed non de rebus illorum quibus accideret / dixit unus doctor se audivisse tempore [illegible]
magne pressure in ecclesia beate marie virginis [illegible] et ipsi fuerit concursum quasi ad miraculum [illegible]
supervenientes [illegible] sudores vel primus hymnos et [illegible] populum Item alter dixit plura [illegible]
que solent fieri circa predicationem talium miraculorum unus quidam doctor pragensis scribit de quodam cive
qui habens manum aridam audiens miraculum in Wolfsnacke venit argenteam illuc manum [illegible] et illuc post
iij die post oblationem putans eum [illegible] predicabant miraculum [illegible] assumpsit eam et [illegible] in
medio populi dixisse domine [illegible] argenteam sed [illegible] manum sanam meam aridam
Item quidam [illegible] a superstitiose quadam [illegible] in [illegible] loca [illegible] ymago [illegible]
[illegible] et abiit supervenientes homines predicabant miraculum et fieri cepit concursus quod [illegible]
[illegible] dixit [illegible] augustinensium [illegible] fieri [illegible] illorum [illegible]
accidit Item alter dixit quod ille qui [illegible] in Wolfsnack [illegible] augustinensium
et etiam predicatorum [illegible] concursus fieri [illegible]
Conclusive igitur videbantur doctores apud eos non esse auctores [illegible] vel [illegible]
[illegible] quod negotium fidem concerneret et melius [illegible] et plura miracula fient
[illegible] tempora adducerent ad eos [illegible] admitti

## Anno domini 1471 feria in quasi modogeniti

Per dominos [illegible] domini maguntini et doctores theologie [illegible] factum fuit super uno novo concursu
[illegible] in [illegible] unde origo talis fuit quidam pastor [illegible] dixit se [illegible] quadam
[illegible] ad pascua pecora duxisse et tunc sibi apparuisse beatam virginem in [illegible] virginis
et [illegible] pecora et cum accederet ad [illegible] evanuit secundo [illegible] 3° in splendore lune
in nocte in [illegible] sibi apparuisse et dixisse eidem quod deberet ibidem venire in crastino ubi primo
vidisset cum venisset apparuisse et in forma sicut solent [illegible] beate virginis [illegible]
in [illegible] et [illegible] adorarent et quod virgo dixerit [illegible] ab illo
diceret nescio quid dicam indignum me reputo tali apparitione tunc ipsa ego semper fui hic et [illegible]
[illegible] pastores [illegible] sed tibi [illegible] quod me vides Item addidit quod virgo beata dixerit [illegible]
[illegible] ego [illegible] annis apud filium meum ut [illegible] et [illegible] eum ad pristinum
statum sicut olim fuit / addidit fuerunt alii duo qui [illegible] laborantes pro [illegible]
[illegible] Item addidit primus quod laborabit vos [illegible] et annulum hoc signum dixit
se recepisse a beata virgine et [illegible] fuerunt ista [illegible] et [illegible] devotionis
Referebat dominus [illegible] beate [illegible] doctor in medicinis famosus quod ymaginatio grandia agere
in hominibus et possibile esse quod tales apparitiones sibi ex vehementi fantasia orirentur [illegible]
referebat experimentum quod quidam [illegible] cum alio [illegible]
aliter [illegible]
[illegible] in illum et cadens ille mortuus est / addidit quod [illegible] ymaginationem [illegible]
[illegible] quod [illegible] sibi accresceret Item [illegible] veniret [illegible] omnia [illegible]
quod sola fantasia [illegible] mederet morbum Item dixit quod ymaginatio fortis [illegible]
pestilentiali in [illegible] apostema Item doctor theologie dixit [illegible]
miraculis [illegible] ad confirmacionem fidei vel [illegible] et [illegible]
[illegible] dubitavit de [illegible] et quod [illegible] statim [illegible] pro beata virgine allegans [illegible]
apparuit [illegible] ut adoraret eum quod [illegible] ab abbate [illegible] in [illegible] et [illegible]
[illegible] quod [illegible] cognovit [illegible] quod non fuit bonus Alius [illegible] dixit [illegible]
[illegible] ad [illegible] Item doctor [illegible] vota in hoc [illegible]
[illegible] miracula quedam [illegible] fuerunt facta non fuerunt [illegible] et [illegible] signa de [illegible]
[illegible] et annulo [illegible] in [illegible] propria et omnia [illegible]
[illegible] et [illegible] tam de vita et moribus eorum qui fuerunt [illegible] et qui [illegible] signa
et de veritate miraculorum et signorum et [illegible] facta pro [illegible] illa videntur [illegible]
[illegible] olim sanctorum [illegible] in apparitionibus talibus sicut de inventione sancti Steffani
[illegible] Item beati ambrosii in inventione reliquiarum

tamen non conveniat beata virgo spiritui sancto quia spiritus sanctus per patres canonum docet quod ecclesia debent consecrari
per episcopos et prelatos igitur non precepit beata virgo contra quod quod sancti apparuit vade et dic episcopo ut
quod hoc faciat et hoc fuit signum tunc res maioris ponderis
Item quidam fecerunt eorum conversionem quod ipso non credite et michi [illegible] et de imaginatio
referente probandum fuit quod ecclesia fuit reedificata et de [illegible] episcopo magnificum consecrata postea [illegible]
apparuit forte spiritus malignus per consecrationem fuit fugatus

34 v

## Collatio ad religiosos

Non vos me elegistis sed ego vos elegi ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat Johannis xv° c°. Inter ceteros fructus invenimus tres principales quos quilibet homo consequi potest qui devote ingreditur aliquam religionem approbatam

Primus est plenaria peccatorum remissio
2us prolixior huius vite discursio
3us securior ab hac vita discessio

Primus fructus intrantium religionem est plenaria peccatorum remissio scilicet ab omni culpa et ab omni pena secundum sententiam communem et confessio probatur istud triplex scilicet auctoritatibus rationibus et exemplis. Probatur primo auctoritate beati bernhardi in libro de precepto et dispensatione c. xxi ubi ait monasterialis disciplina in baptisma vocatur ob prestantiam mundi abrenunciationem ac singularem excellentiam vite spiritualis. Item confirmat sanctus Thomas ij 2e q. 189 articulo iij et super iv dist. iv articulo ult. ubi vult quod eandem gratiam consequuntur religionem ingredientes quam consequuntur baptizati. Item patet in vitis patrum de monachis ubi dicitur quod ingressus monasterii omnem maculam abstergit. 2° probatur rationibus et licet sint mille sufficiet tamen ad propositum aliquas adducere quas ponit bernardus claremontensis in questionibus henrici de Gandavo quodlibet viij q. xxxv. Prima ratio est homo per elemosinam potest redimere omnem penam iuxta illud dan. iv peccata tua elemosinis redime et thobie iv et xij elemosina a peccato et a morte liberat et purgat et non sinit animam ire in tenebras. Sed non potest dare aliquis maiorem elemosinam quam fiat per ingressum religionis ergo et cetera. Minor declaratur quia secundum philosophum 2° ethicorum triplex est bonum scilicet honestum utile et delectabile. Utile est bonum fortune exterius. delectabile est bonum nature corporis. honorabile est bonum anime. hec tria bona intrans religionem per tria vota offert deo. nam per votum paupertatis dat omnia bona utilia scilicet bona fortune et temporalia bona. per votum castitatis dat omnia bona delectabilia nature scilicet corporis. per votum obedientie dat omnia bona honesta scilicet bona anime primo id quod est nobilius in anima scilicet propriam voluntatem et ideo dicitur xxxiij q. v c. admonere quod ingressus religionis excedit omne genus satisfactionis et glossa super dictum canonem dicit quod ingressus religionem per professionem solvit omnem penam. Sequitur quod sequuntur primo relinquentes omnia temporalia bona per votum paupertatis etiam voluntatem habendi plus offerunt deo quam quicumque princeps qui mille milia florenorum dedisset propter deum et tamen aliqua sibi retineret cum voluntate habendi. 2° sequitur relinquentes omnia bona delectabilia per votum castitatis plus offerunt quam fuerunt omnia sacrificia veteris legis quia in veteri lege solum offerebantur animalia bruta sed in nova lege animalia rationalia iuxta illud psalmi l. tunc scilicet in tempore gratie imponent super altare tuum vitulos idest seipsos. tales non timent vigilandum comminationem salvatoris luce vj c. dicentis ve vobis qui habetis consolationem vestram hic. ve vobis qui saturati estis quia esurietis. ve vobis qui ridetis nunc quia flebitis et lugebitis. 3° sequitur quod relinquentes propriam voluntatem per votum obedientie plus dant quam valent omnia bona mundi. 2a ratio nemo dubitat quod omnis pena et culpa remittitur per veram penitentiam. Modo religio est status vere penitentie quia omnia que ibi aguntur sapiunt penitentiam. Sunt autem tres partes penitentie ieiunium elemosina et oratio que sunt tanto fructuosiores quanto minus sunt proprie voluntatis sed appropinquant voluntati illius qui penitentes vult placare. unde si minus faceret et tamen foret secundum voluntatem placandi plus placeret. modo religiosus obligat se ad illa tria non secundum suum velle sed secundum expressam voluntatem dei. obligat enim se ad orationem talem in tali tempore in tali loco secundum dei institutionem qui credimus principaliter horas instituisse. obligat se similiter ad ieiunium ordinis quod unum sancti patres quia spiritus sancti instinctu instituerunt. dat elemosinam largissimam etiam scilicet omnia bona temporis omnia bona corporis et omnia bona anime ut dictum est et sic dat arborem cum fructu ideo non est dubium de remissione pene et culpe.

3a ratio ecclesia tenet quod homo qui martirizatur meretur remissionem pene et culpe. et talis remissio non fit ideo quia martir adeo magnam penam semper habuerit sed aliquando quasi non habuerunt penam sicut legitur de sancto Tiburtio qui cum incederet super carbones ardentes putabat se super rosas flores incedere sed ideo quia habuit vitam propter deum contemptam. Ad hoc martirium obligat se quilibet qui dedicat sibi vivere ut deo vivat. dicit autem beatus aug. quod vincere secundum evangelium martirium est quod imprimis pertinet ad religiosos propter consilia in evangelio contenta. Quarta ratio est secundum iura humana omnis debitor cedens bonis omnibus est liber a debitis quamvis veniat ad meliorem fortunam. hec lex maioris efficacie est coram deo quam hominibus. cum autem aliquis cedit omnibus bonis per ingressum religionis scilicet bonis temporalibus per votum paupertatis bonis corporalibus per votum castitatis et bonis anime per votum obedientie non est dubium quod reddatur ab omni debito liber scilicet a debito pene et culpe. Sic dicit beatus anselmus in libro de similitudinibus quamvis in istis votis gravius peccat religiosus quam secularis tamen exercitus fructibus obtinet remissionem et dat exemplum de duobus subditis quorum unus totaliter se domino suo dedisset cum corpore et omnibus bonis cum corpore et omnibus bonis suis. Aliud vero est quo ad omnia obligat deus sed quo ad aliqua scientia, sicut ambo parificantur coram deum. Sed ille qui nihil proprium habet sanctius obtinet gratiam quam alter.

¶ 3° probatur hoc idem exemplis quia in vitas patrum legitur quod quidam sanctus vidit eandem gratiam descendentem super eum qui habitum religionis assumpserat et super eum qui baptizabatur. Item pro palud exemplum de sancto Anthonio qui cum ab angelis levaretur in celum obstitit dyabolus obiciens peccata seculi. Cui responsum est ab angelo dimissa sunt ei quando propter christum dimisit. Sed alia habet illa [illegible] que cum non haberet Antonius liber in celum levabatur.

2us fructus in introitu religionis est prioris huius vite distressio. Testatur hoc beatus Bernhardus in sermone de tabulis tabernaculi dicens ad eosdem fratres bonum quod secularem vitam pro eterna reliquimus, claustralem sumpsimus pro ethia libertate subivimus, et post aliqua subiungit quantum distat aurum ab argento tantum distat ab aliis vestris illorum conversatio. Plane bonum est ergo nos hic sic in religione esse quia hic vivit homo purius, incedit cautius, quiescit securius, cadit rarius, surgit velocius, purgatur citius, irroratur frequentius, moritur confidentius, remuneratur copiosius. Hec ille. Item Petrus Damianus in libello qui appellatur dominus vobiscum de religione sic inquit, ibi siquidem rose mentis igneo rubore flammescunt. Ibi lilia castitatis niveo splendore candescunt, cum quibus etiam humilitatis viole succrescunt, et post pauca, Sic cella mentis hominis celestis gratie rore se penitus perfunditur, et per compunctionem fletum lacrimarum inundantium imbribus rigatur. Propter ista verba devotus scolaris Petrus Blesensis epistola quinta dicit, super scalam cordis mei sicut paradisus in hac presenti vita est vel in claustro est vel in scolis quod extra hec duo est plenum anxietatibus et inquietudine et amaritudine formidine sollicitudine et dolore. Hec ille.

Tertius fructus in introitu religionis est securior ab hac vita discessio. Testatur beatus Bernhardus in libro ad fratres de monte dei ubi sic ait, evenit autem vix umquam aliquis in cella in profundum descendit, quia vix unquam aliquis nisi in celo predestinatus in ea usque ad mortem persistit. Et declaratur iste fructus ex precedentibus. Nam per ingressum conscientia depuratur, per progressum [illegible] dicit autem beatus Bernhardus in libello ad fratres templi c. 4 O vita secura ubi conscientia pura et mors sine formidine expectatur, immo cum dulcedine excipitur et optatur. Propter ista bene dicit beatus Augustinus super psalmum 132 super illo verbo quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum, ista verba psalmi, iste dulcis sonus, ista suavis melodia etiam iam allegatorum peperit monasteria. Dicit ergo impiger animus esse ut veniat et videat nec tamen se minimus ydoneum putat ad residendum piger sit ad veniendum. Plane numquam videt si ex pigro se putet [illegible]. Hec ille

Quarto vnum

Et satisfaciendo pro nobis per peccatum prothoplasti corrupte operacionem
In sua passione dolorosa impeditum fuit a diuine essencie fruicione
In orto deliciarum primi parentes plantati, immortalitate dotati, adeo mandatum acceperunt
In originali iusticia innocentem creati, in mortalitate viduati ab eo per peccatum deiecti fuerant 91

hanc conclusionem probo, plantauerat autem dominus deus paradisum voluptatis, dicunt doctores primus homo in paradiso fuit positus in loco et orto deliciarum, congruum enim erat vt nobilissima creatura terrestris nobilissimum locum deberet super terram. Sed homo est erat nobilior inter omnes alias creaturas, vnde et ob hoc dominium super creaturas alias accepit, a quo probacio quia locus debet proporcionari locato, locus vero ille est nobilissimus inter loca terre, quia inter partes terre magis celo propinquus et sub nobiliori parte celi, est et naturaliter temperatissimus et arboribus amenissimis plantatus, homini gratissimis, quas deus debebat plantari, propter autem dominus dicens Genesis ij Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem sciencie boni et mali ne comedas, in quacunque enim die comederis ex eo morte morieris, id est spiritualem mortem debitor eris, quamvis immortales erant, probacio quia secundum magistrum dist. xix homo ex dono corporis habuit posse mori et posse non mori, hunc ex ligno vite sed ex dono gratie, hoc idem tangit beatus Augustinus super Genesim dicens homo erat mortalis condicione corporis, alias immortalis beneficio creatoris, vnde sibi prouisum fuerat sufficienter de remediis sempiterne sanitatis conseruatiuis sine quacunque debilitacione, et ab omni debilitate lignum vite preseruasset, fuerunt namque creati in innocentem in debita ordinacione mentis ad deum et ad se ipsos, et debita subieccione virium inferiorum, et sic in originali iusticia de qua magister 2 dist. xxiiii loquens allegat beatum Augustinum dicentem Si hoc adiutorium vel angelo vel homini in primo factis defuisset, non vtique sua culpa cecidisset, vnde enim quamdiu racio superior ipsius autem obediebat deo, tamdiu omnes vires inferiores in homine debuerunt obedire viribus superioribus, sed talis obediencia virium inferiorum ad superiores non potuit esse in primo homine sine originali iusticia, sic in primo homine autem erat originalis iusticia, quam perdiderunt statim facto peccato sentientes rebellionem carnis, vnde cum foliis ficuum fecerunt perizomata Genesis iij, et sic eiecti fuerunt de paradiso et mortales facti sunt, vnde propter hoc eiectus est primus homo de paradiso vt operaretur terram de qua ~~factus est~~ sumptus est, et de illa vinea que eum a morte preseruare non valeret, quia vnum enim hominem peccatum in hunc mundum intrauit, et per peccatum mors ita in omnes homines mors pertransijt ad Romanos v

Per ligni vite vsum homo a mortalitate quamvis fuisset preseruatus
Per se tamen solutus extitisset ipse a corruptibilitate non extitisset liberatus

Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et lazarus similiter mala nunc autem hic consolatur tu vero cruciaris Luce xvj ¶ Christus qui dicitur noster mediator dei et hominum, ipse per resurrectionem et passionem suam reconciliavit nos deo, ascendens in celum ianuas celi patefecit atque in medium nos misit peregrinari et ambulare in preceptis eius. Pias nobis doctrinas mittendo quibus docemur vivere ut que amicicia facta inter deum et nos nunquam excidamus Willhelmus in tractatu divinorum in prima ubi agit de distinctione iiij temporum similiter et in loco ubi specialiter de predictis temporibus agit, post tempus vero reconciliationis quod a pascha usque nunc celebravimus sequitur tempus peregrinationis in quo postquam primum intrabamus recolere gaudium memoriam huius reconciliationis facte per christum inter deum et nos hodie vero agitur de peregrinatione illa qua postquam nos perfecta reconciliatione a nobis supernali patria recedens in medio dimisit ad peregrinandum et ambulandum in mandatis et preceptis eius, sic custodiendo vitam nostram ut non de amicitia et facta reconciliatione unquam excidamus sic est quod facta una cum sunt in precedentibus diebus in sanctis misteriis solempnitatibus recolebamus [illegible] beneficia a christo nobis exhibita pertractavit nunc hiis quibus tenemur vite nostre doctrine ¶ Hiis enim completa erit, et io de viciis eradicandis et virtutibus distendis per tractatus qui magis pro illa nostra sunt locorum et temporum pertinent, per ipsum enim tempus in ipso doctrinis nostris dominus [illegible] aliquid exemplum parabolis, creatoris instructorum viis, et quamvis ad hanc primam dominicam, preponit una qualitatem vite nostre instructivam accepimus doctrinam ubi in narratione quadam, et non secundum Ambrosium simplicitate, de duobus vita scilicet divitis et pauperis una commendabilis alia autem dampnabilis, unus vivendo deo placuit, alius displicuit sicut ut utriusque vitam et mores audiamus et quid quisque in fine pro premio acceperit discamus eum qui melius accepit vivendo imitemur unde Gregorius in omelia hodierna. Dicit scriptura nobis bonorum et malorum actiones demonstrat premia bonorum et tormenta malorum, ex utrorumque operibus actum narrat, ut ad bene vivendum nobis exorent exempla priorum, sic et compellant audita supplicia reproborum. ¶ In uno habemus quod imitemur, in alio quod timere debeamus hec nobis doctrina ad cognitionem vite est qua deo placere aut displicere possimus, quam complacere vel tormentum consequi valeamus. Illa a largiente tale, post hoc primum accepimus quem nos hic vitam duximus, ut tendat meritis operum stipendium etiam peregrinationis et correspondens hec est ex adversa qualitate boni et mali ut qui hic vita mala se habuit contraria in vita futura se habebit, sed qui hic dulcedinis suavitate usi sunt in futuro amaritudinis ponderis tollerabunt unde dicitur in verbo thematis ¶ Accepisti bona in vita tua et l. s. m. nunc autem hic consolatur tu cruciaris. Beatus Gregorius in omelia tractans hec verba sic inquit. Ista sententia fratres karissimi pavenda magis quam exponenda, nam si quis est qui in hoc mundo exterius boni aliquid accepit ipsum ut ita dicam exterius pertinentie, ne nobis pro quorumdam vicorum bonorum actuum recompensatione sit datum [illegible] ut ibi sequitur ad dominum dare homini in mala prosperitas, vel habundo aliquid boni exterius in adiumentum [illegible] et in premium retributionis ¶ Primum tale volens ut ad virtutes magis potentes sequi ¶ [illegible] enim ex parte nostra hoc deficit cum acceptionem [illegible] boni in mala convertitur ut hoc illud in futuro calamitatis augmentum, sed si aliquod bonum hic etiam fecisset ipse etiam divicias illius non perderet sed temporale hic obtinet ¶ Nunquam istud pavore dignum, [illegible] quis trebaret hoc enim quia a imperatore gloria forte exspectare premiandum sumus et potius sive in [illegible] vel [illegible] fores tribuerit ¶ Alii passim in honore ipso stant in pudore ¶ Alii sociant hic vix esurire tempora [illegible] ¶ Sic e karissimi de hiis quibus hic bene vivendi conceditur potestas, potius timendum est et pena velud potius [illegible] que dante mediantem [illegible] vix modicum ad ipsius hic sunt temporar [illegible] in fine [illegible] ut cadat [illegible] autem [illegible] hic [illegible] primum [illegible] quod maius est in modico hospitium tu [illegible] accepit unde [illegible] in terra [illegible] ergo Gregorius [illegible] sequitur igitur vos divitis [illegible] quia bonum hic accepit sint

malum pertimescite, quoniam bona hic agens
timete ne illud pro premio bonorum operum
accipiatis. Si autem malum agitis quod mala
vos purgant non sustinetis in mundo simulari
vobis reddite omne malum in inferno. Pauper
autem in utroque magis securus est. Si bonum
agit quia inops est premium temporale non accipit.
Si vero malum operatur consideratur quod igne paupertatis
tatis et inopie hic in presenti purgatur etc. Sic
diues qui hic in dulcedine semper perseverando
de amenitate in duram transit, pauper qui
hic inopia premitur ipse in eterne dulcedinis
mansione ab angelis portatur ut patet per predictis
evangelii doctrinam. Et ergo dicit beatus Theo-
phisice delicijs et delicia iniustis commutandum
nem distat arbitrium quod inter ambos pauperem
perem vel diuitem actus nec signum est. Pro
ulteriori illius demum et specialiori declaracione
posset aliquis sic obicere quod non sentire et
intelligere possum quomodo vera sit predicta vite dulcedo
cia in futuro mutari amara. Et ecce pro
illo singula de una parte scilicet de dulci vel bona
vita hic habita dicam, nam de amaritudine
eam in sermonibus dixi quo tamen sunt sub dulcedinis
cedinis, vita namque deliciosa vel voluptuosa
habita ab homine duo efficit quibus efficitur stans
semper separatus videlicet a deo et destructio amoris
dei ad nos. Nam vita deliciosa facit hominem
quo ad deum infidelem, quantum ad proximum
inimicum sic soluit ambo precepta caritatis. In
duo precepta caritatis in quibus tota salus nostra
consistit secundum que etiam non est vita in nobis
1 Joh iij: qui non diligit manet in morte.
Amor enim est vinculum ligans nos cum deo
unum faciendo nos cum illo, ita quod nihil superest
sit nisi actualis possessio vite eterne. Odium vero
amorem frangit etiam vinculum illud obest contrario
trario et contrario modo non est cum deo sed separatus
est quasi ex ambabus ... a deo et nihil etiam
sibi superest nisi actualis possessio dampnacionis
eterne. Unde igitur singula de utraque parte
eam de dilectione proximi exponam. Nam homo
per vitam voluptuosam fit inimicus proximo. Ista
hec est vera condicio hominis voluptuosi non curat
nisi de se ut sibi benefaciat, non attendens an
omnibus noceat tamen ut sibi benefiat. Iste ipse
inordinato simplici amore captus est unde

mala pro eo plura agit circa se peccando ha-
bundant, et circa proximum nocendo ut patet in
ad Thimotheum iij c. iij. Erunt homines seipsos amantes
mundi sine pace proditores sine benignitate ama-
tores voluptatum magis quam dei superbi elati
ores ut in hoc diuite, qui tanto sui amore
detentus hunc inopem lazarum in platea videt
egestate degentem, iniqua cuius miseria
est quem vidit quem etiam audiuit quem
infirmum et pauperem sciuit et cognouit. O
quot adhuc sunt tales diuites qui nec de egri-
tudine nec de inopia curant pauperum ut in
seipsos sanant, quo caritas dei est in illo quod
Johannes dicit illa. Verumtamen sic omnis amor
impedit caritatem docet, amor enim et pec-
catum est in illo, illos etiam diligit ille benefa-
cit ut Ambrosius: quomodo habes carnes et potes
O tu diues carnes mutuo plures unum autem
pauperem nutrire non potes. Sed non est mirum quod
et tu carnis es. Nam ratio amoris est ut in
simile sibi feratur, si tu homo esses homines
amares carnis es et pecus tales non diligis
et eius amoris signa exhibes etc. Secundo ratione
vite voluptuose vel prospere sit homo incre-
dulus et infidelis deo. Quicquid enim sibi de deo bo-
num vel malum dicitur nihil nisi quod sue
voluntati placitum est, est laudabile Augustinus
per illam malorum mentium iniquitas, et mala
sue pernicie in illis roborantur voluntates etc.
Et nota per phariseos eorum exemplo de quibus dicitur
dicitur. Hii enim scilicet quod ipse factor eorum de eis
dixit: increduli sunt operum et ... non
quod in vita sicut ille vixit et ipsi vivebant vo-
luptuose. Sed quantum ante in se sunt ...
comprobant. Item etiam ostendit vel arguit esse
in illo ... Greg. in omel. quod ipse verum verbi
dei incredulus extitit sic et facit suos etc.
O quot adhuc sunt filii illius qui pre
in vita etiam infidelitate confirmantur ... in illo
quanto incredulitates et inobedientes verbi dei
diuites enim dicit per eorum ubi dicit quod spine
diuitias suffocant verbum dei Luce viij.
Ipsi enim audire gaudent audire deuident
simul et verbum et loquentem postponunt. Si enim
homo deliciose predicant de deo ipse nescit quod
aliud deum habet thesaurum qui diues est ...
auaritia ydolatria appellat apostolus, alius colit

ventre ad Phil. iii, quorum deus venter est
alius colit meretricem etc. et sic quisque quod
magis diligit et in illo confidit hoc deus
eius est etc. Si predicas illi de regno dei pro
ridiculo habet, vitam non novit nisi carnis
celestium ignarus est, non mirum quia proprium est
quod natum est de carne caro est Jo. iii, et
qui de terra est de terra loquitur ibidem. Sed sicut
ignis et aqua contrariantur sic videlicet carnis et di-
terrenorum desiderium et celestium se simul non
compatiuntur. Item si predicatur illi de salute
vel dampno anime sue aurem nullam habet nam non
experitur se habere animam ipse enim sentit quod habi-
tat sicut pulmonem secure etc. animam autem nisi
esse non sentit, quid de illis dicam, certe dico
si non corporum se habet vitam anime mortue sunt
in illis, quia antequam sint perierunt, nam semper
est quod oportet nos nutrire corpus etiam et plus
ut undiquaque interioribus singula indigeat
non bene pascimus sed nihil aliud habet animus in pro-
verbiis, sed illi tanta diligentia pascendo car-
nem curant plus et penitus obliviscuntur quod et
animam nutriant sic eam totaliter fame perire permit-
tunt, unde audi dicere illud de habundantia [illegible] capitulo
stantis dicit o quanti mercenarii in domo patris mei
ego autem fame pereo, unde si sic quod corpora
viventes non habeant sed per fidem et fidelitatem
ad deum sed mortue sunt, quid superest vel
restat illis adhuc nisi ut sepeliantur, sepelientur
in profundo inferni tunc divites predicti ergo ibi
est mansio animarum infidelium omnium in quorum que
viventes in deliciis derelinquunt dominum deum suum
unde psalmus in psalmo convertantur in infernum omnes
gentes que obliviscuntur deum sive non se peccatis
solum ut ad illum finem ducat habundantia pos-
sessionum et voluptatum in presenti vita bene timore
et pavore digna est sicut illa cui dictum a deo fili
recordare quia recepisti bona in vita tua etc.

Dominica ij

Qui tepescunt se singulis temporibus quod non
possunt venire habemus exemplum
ita scribitur Luce xiiii etc. Et dominus
nec ad docendum rectam et certam viam quo per
vitacionem terrenorum voluptatum et custodiam
divine voluntatis in amicitia dei permanen-
dum est sic aliud quod nobis sub exemplari doctrina
qua aliorum audientes dampnum cavere de-
bemus vitandum et id quod segregat illos a deo separatos etc.

Audistis karissimi dilectissimi quo nostra est
vita precipue ei qui velit ad sinum Abrahe
pervenire, hic scilicet in carnalibus crapulationibus
voluptatibus et delectationibus vivere, sed oportet
vitam arctam cum Lazaro ducere sic evadendum
est inferni tormentum et contingit cum electis
gaudere. Sed quia sepe nimis intenta est mens
hominis ad amandum delectationem carnis ut non
valeat scire quanta sint gaudia regni celestis
propter igitur ea magnitudinem quasi nihil
sunt contempnere, et id quod vix frequenter dici-
tur quasi preciosum amare. Gregorius in omelia
hodierna: non cognita amari non possunt quia
cuius saporem ignorat quis eum amare valeat
quod ignorat, quanto autem amplius spiritualibus
aliquid boni cognoscitur eo amplius a mente
sapientis amatur. Sunt sic voluptuosi de-
liciarum spiritualium frequenter vix experti ut
nihil eorum que spiritualia sunt sapere possunt
tunc, ideo sunt cognitorum amore ferventes
ut et sunt totaliter celestia vilipendentes et sic
pro hiis que vilipendendo contempnunt medio-
cres labores sine gravamine transire negligunt
querendo se ad ea que magis amant scilicet ad
communem eterne felicitatis mercede recipiunt
quasi carnalibus sunt occupati dicentes illud
verbum: Non possumus venire habe.

Unde igitur de illo nomine tria sunt que maxime
sunt de placencia hominum que solent nimium amari
scilicet carnalitatem et [illegible] voluntatem sunt
nostra quando ratione quorum tunc homines a festina-
re ad cenam vite eterne violenter retrahuntur
et significantur hec tria in predicto ewangelio per tria
genera hominum se excusantium a cena sicut
exponit beatus Gregorius in omelia hodierna ubi
dicit: dum homines terrenam curam occupat illud
elata mentis cogitatio devastat, alterum scilicet
carnalis voluptas inquinat, fastidiosus quisque
ad eterne vite epulas non festinat etc. Unde
singillatim de illis loquendo, primum quod
ab hominibus tamquam pre voluntate sive pla-
tum et a vita in celum ducente retrahitur
est honoris magnificatio nostri eam solent
homines gaudere de illa et laborare ut con-
sequantur illam, et opinantur sunt mala sorte
beatitudinis in illa esse constitutam ut dicit
Boetius in de consolatione iii prosa etc. Et hon-

adhuc non omnes mortui sunt timeo / sed verum amatio vel inquisitio honorum non est vitium sed donum sive sic / quod qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat dicit apostolus. Aristoteles in ethicorum de amacione honorum duas virtutes nobis predicat una magnorum que est magnanimitas alia parvorum que innominata est / quia utraque in suo tramite medium et medium suum non excedat / excedens enim vitium sit / unde dicit ibidem quod per bonitatem et virtutis dignitatem oportet aliquem fieri honore dignum. Sed heu cum inordinato amore querimus honores ad gloriandum in illis non ad laudem dei aut operis virtutis / sed ad timorem subditorum in illis. Ysidorus de summo bono: honores mutant mores ubi sublimitas honoris ibi magnitudo est scelerum, ut patet in predicto divite qui cupiens gloriam suam amplificare emit villam / non amplius cogitat ut ad deum tendat / sed exit in villam videat illam id est gloriam in illa accepte gratie honoris vel prelatis. Gregorius dicit per eos qui exeunt videre et probare empta bona terrena significat quod probatio talis ad concupiscentiam vel gloriam pertinere solet unde huic similes sunt omnes qui acceptam gratiam non ad dei dandum gloriam sed ad sui ipsius magnificentiam distant et in divitiis prelationibus sapientia honore pulchritudine fortitudine fieri cotidie exprimunt / nam omnes sibi ipsis placent / deo placere non curant / quomodo igitur ad deum pergere poterunt. Seneca ad lucillum / Illud precipue nos impedit quod cito nobis metipsis placemus. Si enim ad deum venire volumus per humilitatem et nostri displicentiam ad eum pergere debemus. Unde mathei xvi / si quis vult ad me venire abneget semetipsum / et alibi nisi quis oderit proximum et uxorem et cetera adhuc et semetipsum non potest meus esse discipulus. Hoc autem totum fit sit per voluntatem et beneplacito nostro ordinando obviando / ut quod nos quasi ex nobis volumus propter deum contempnamus / et quod nobis iniquum nobis conveniens est propter ipsum amare et querere discamus / si placet gloria aliena et humilitas odio habita deprimatur non in more sed in mente putabis ad gloriam regni eterni perveniendum est. Iheronimus / impossibile est ut quis in utroque seculo bona capiat / simul in terra et in celo gloriosus appareat. Tertio quod est placitum bonum et ad vitam eternam desperandum est divitiarum multarum possessio. Nam in illo quasi homines perdita et abiecta salute consistunt opinantur. Nam nos videmus quod in mundo sit hominibus egestas carens famis frigoris hostilitas et cetera / quibus autem mundanorum bonorum conceditur possessio aliquid possunt per ea egestatem illam sedare / ut dives potest famem frigoris et cetera plus quam pauper obviare / quousque iam omnes in mundo credulitas quod qui in temporalibus habundat ipse est felix et nulla egestas est sibi unde in psalmo beatum dixerunt populum cui hec sunt sed promptuaria plena eructantia bones et cetera. Sed heu non attendunt quod homines etiam pluribus quam escis et potibus indigeant in spiritualibus pro honestate vite et postea pro adeptione vite eterne unde Ysidorus in de summo bono iii c 2 Egestas deterior est quod virtutes habundantes vacui sunt et carent virtutum divinum enim quo corpus nutritur pro anima nihil habentes se inopes esse nesciunt. Apoc iii dicis quod dives sum et locupletatus et nullius egeo et nescis quia miser es et miserabilis pauper cecus et nudus. Sed heu animo est tanta cura de vita carnis ut non est modica de egertate spiritus. Sufficiebat paulo divinum quidque iuxta bonum placere hoc est sensus meos qui per illa signantur corporis saciare / et nec fuit ei cura de cena ad quam vocatur debere sublima et eterna dulcedine degustare. Sed ach quod fama est hec perpenso / cum quis magno bono / bonum minus preponit / ad nuntiatum parva sufficiendum magis quam ad eterna conspicit. Si quis providet nimia pro via ad aliquam regionem et non haberet curam quo per longum tempus futurus dum habitaturus est ibi / cum veniret in illa regione magis pro inutile habendum est unde Gregorius in omelia Si quis vult venire. Certe inquit longa vita desideria incepat via brevis incessum videtur pertimet tum nunc sit quo pergit incepsum igitur quisquis consideret et cognoscere sufficere sibi posse parva que habet. Sed inops dives frequenter metuit / ne in huius vite itinere sibi desit / Racione enim tunc ipse pro acquisicione temporalium in presenti ita diligenter laborat / ut de illo quo in futuro fruatur non cogitat sic ad cenam venire non posse se excusat. Tertio quod maxime amatur

ab homine et retrahit ab ingressu cene. Est
carnis voluptas quod homo ea tantum requirit
que carni sue placita sunt ut comessationes
ebrietates luxurie. Aliqui enim sunt qui opi-
nantur quod non sit alia vita nisi que
in carnalibus delectationibus completur, et qui hoc
neglexerit transit secundum eorum estimacionem
quasi non fuisset, unde dicitur Sap. ij. Exiguum est
tempus vite nostre, et post finem non est re-
ditus; venite ergo et fruamur bonis que
sunt et delectemur, a iuventute nostra celeriter
vino et unguento nos impleamus, nullum pratum
expers maneat luxurie nostre, ubique relinquamus
signa leticie, hec enim est pars nostra hec est et sors
nostra. Holkot super eundem [illegible] lectione xix. Esti-
mant enim carnales homines quod post hanc
vitam non supersit, nisi sperandum est ali-
quid aliud nec pena nec premium, oportet
vel bonis interim quod sumus inquirunt
agamus que volumus, unde quasi sunt plane
non est vita nisi in voluptate carnis. Quot
quot adhuc hodie talia dicunt, qui sunt
successores vite fatue tam ad carnis vo-
luptuosam vitam conspicientes, hii sunt qui
vocati ad cenam dicunt se duxisse uxorem
illius inordinato amore illius turpissimo
[illegible] occupati ad eternam vitam tendere per-
hibentur. Ergo quid per uxorem nisi
voluptas carnis accipitur, per quam scilicet luxurie
et crapulacionis frequentia designatur, hec est
uxor illa adultera et mala inpudica de qua
dicitur Jere. iij. Tu polluta et immunda femina
es cum amatoribus tuis multis, et iterum
terra polluta est in fornicationibus tuis,
frons mulieris meretricis facta est tibi, nolu-
isti erubescere. Qui in ad illam se iungit
contemptor ~~est~~ est qui cene vite eterne ipse
ad periculum mortis quasi ligatur, dicitur Pro-
verb. vij. quasi bos ligatus ad victimam
ducitur, insciens quod de periculo anime eius agitur.
Hem ad bellum carnales et libidinosas
voluptates precipue fuge, que more meretricum
nos amplectuntur ut strangulent, sicut legitur
de Dalida que adamata a Sansone eum morti
eius tradidit ut dicitur Judic.

Sit etiam de periculo iungere qui eam duxerit ipsa
est sibi periculum mortis, et abducens a via
eterne felicitatis, prout Prov. v. pedes eius
descendunt in mortem, ad inferos gressus
eius penetrant, per semitam vite non ambulant.
Sic in predictorum ducere vehementer formidat
quia a primis bonis dixi ad cenam vite eterne volup-
tuosus venire non potest ex abductione sue vo-
luptatis recusat, non possum inquit venire etc.

Erant appropinquantes ad Jhesum pub-
licani et peccatores ut audirent illum
Luce xv. Verba haec errorum. In hoc
dominus noster in presentibus verbis doctrinis tam
et originem separationis nostre a deo demonstravit
quid modum et formam regrediendi ad se
nobis dignatus est in predictis manifestare ut qui
per voluptatem abducimur, per abstinentiam et
auditum verbi dei reducamur. Ambrosius super Lucam
tractans illud Luce xv. de filio prodigo pater da
michi porcionem substancie que me contingit. Quid enim illud cogit
ut a patre suo petat sibi porcionem [illegible] dere-
linqueret, et in regionem [illegible] abiret, nisi bona vita
et voluptuosa, quia enim pater habuit, putavit
enim se idoneum esse ad propinquis alienis pro
sustentatione [illegible] posuit ut ab eo recederet.
Sic quid nos cogit ad derelinquendum deum nisi
[illegible] vita voluptuosa, cum videt ho-
mo se a deo habundantem esse [illegible] omne bona
sibi accidere. Non attendit illud ex doctrina
dei proverbiorum. Hereditas ad quam festinatur in principio [illegible]
sic totum hec, sic deficit amor et fidelitas
et recedit ab eo, non exigentibus, sed monentibus
a deo [illegible] separare. Ambrosius ibidem. Sic [illegible]
nobis a deo recedentibus accidit omnis miseria
sicut et illi filio prodigo contigit quod dicitur etc.
Ambrosius. Qui recedit a fonte patris, a thesauro
eget, a sapiencia [illegible] qui a Christo recedit ipse quid
est etc. Tunc [illegible] Greg. mala que nos premunt
ad deum ire compellunt. Tunc incepit filius
cognoscere, quantum fuerat potuit a patre habere

Filius prodigus

Si igitur eundem querit sic perdidit recipiat sibi rebus reddat ad eum accessio cepit ibi inveniet post adhuc gratiam et mea, plenitudo et sufficientia precedit unum. Qui in me fuerint inveniet unita et benedicti patris a deo, sic dicitur et invenietur hic de quibus in presenti verbo evangelica et dicitur peccatores et publicani, quos sue peccatorum materia abducit eos desiderium divine consolacionis ad xpm dicentes — a p propinquabant enim ut audirent eum. Sic preparavit deus illa mira appropinquare vel accedere contingit templo ad deum, mente sed collocacione et instauratione, dicitur quis esse in alio sive sed cum amico, etc. etiam in presenti eius pro mens et conceptio mea est exhibenda. Sed oppositorum cognitio est simul. dixit et artissimum maxime in ... ipso ... Cum igitur ad presens aliquis dicit alteri adesse vel ad eum appropinquare mente vel corpore, ut inter amantes corda semper sunt simul, et quamvis corporibus multum fuerint distantes, mentibus tamen numquam fuerint presentes. Sic et nos cum christo, ipse a nobis corporali presencia se abstraxit ab oculis et cor eius sed nobiscum providendo audiendo conservando in dilectione totum agendo unde math. ult. Ego vobiscum sum usque ad consummacionem seculi. Sic et cor meum ... diligendo et amando e, convenio deo esse cum illo, unde petit a nobis prover. xxiii fili mi prebe michi cor tuum ... sicut liber ... prebe michi libera integraliter et perpetualiter, libera ... integra ... pluralitatis perpetualiter ... interminabiliter. Sic sed voluntarie ... et solitarie, eternaliter et indivisibiliter eum diligendo. Sed heu timeo neque integraliter neque perpetualiter cor nostrum sibi exhibemus. Nam quociens in die in anno cogitationes cordis nostri quo ad deum esse dicitur intercidunt. Nam et quot amatores falsos in illum per dies nostros immittimus, neque integrum exhibemus cor nostrum deo, timeo quod mediam partem cuius cordis sed vix deus in aliquibus ... deus proprietatem ... divitias, ... voluptatem ad libitum, etc. alteram ... in illis eciam quibus non deus sed dyabolus dominatur

sed. Rursus carissimi inter vos fuerit ... quis illud credere velit de se, non minor quam omni ... voluntas predicatur quod deus et non dyabolus possideat. Ihesus in cordibus vestris. ut Nam ad id dicere ego puto illud quod Gregorius in omelia de cena loquens de hiis qui se a cena domini excusaverunt ad populum ait: Nec inter hos estimare possumus quid sibi ad hec corda vestra indicant. Unde cum cogitacionibus vestris ... sibi dicimus ab hac cena dominica nos quod excusare non volumus sed ad illam vocari et venire gratulamur. Sed audiendum est quod ... loquentes hec sibi mentes nostre, verum dicunt si ... quod minus ... extra ... ostendunt, si non plus terrenis quam celestibus curis occupantur, si non amplius terrenis ... quam spiritualibus negociis occupantur. Nam

Nam alii excusasse se dicuntur quia potius ad villam ad agrum ad uxorem isse quam ad nupciarum convivium venisse dinoscuntur. Unde de tali loquens in prologo verum dicere valeo, quod colligens in hospicium cordis sui alienum hospitem negat illud deo et quamvis ore se eum diligere predicat qui alienis affectibus adheret, verbis contradicendo opere negat. Nam iterum Gregorius in omelia alibi: probatio dilectionis exhibitio est operis. Qui in opere signa amoris non deo sed dyabolo vel mundo exhibet quid est quod dicat quod deum plus omnibus amet. Nam quis est qui tanta cum honoris dei faceret, quanta multa propter lucrum temporale faciunt periculis hostium tempestatum marium se consilium se exponunt. Qui in temporalibus gaudet velit nolit mundi et periculis subiacet. Si in servitio dei modica cum gravitas occurrit mens adire formidat, nam si homines iam ad servitium dei allici debeant oportet quod aliquibus etiam extrinsecis bonis alliciantur, pulchritudine certe subtilitate cantorum vel organistarum subtilitate predicatorum, alias non attendunt. Sed audiant Bernardum in sermone de adventu. Quid tu homo delectationem in servitute mea requiris, quid superbiam tuam in laudem meam erigis sive voluptatem tuam, detestor superbiam tuam non amplector. Labiis tuis me honoras, cor autem tuum longe est a me, non me colis sed deus tuus venter tuus est. Hec dicit. Gaudent ipsi etiam de presentia amici sui, sed qui se diligere glorificant, certe non. Et sunt illi non exhibentes cor suum deo, habent dyabolum in illo sustinent, et cum deum hec in illo se glorificant. Hii sciant quod sicut in principio sibi cor eorum abstrahitur alteri appetendo per eternaliter a deo recipiunt eidem qui iam habet etiam corpus, et anima traditur ad possidendum. Unde eccl. ii: Ve duplici corde labiis iniquis et peccatori ingredienti terram duabus viis. Ve duplici corde qui non credunt deo sed deo non contingunt ab eo etc. Aug. de miseria humana: Ve duplici corde, qui in corde suo partem faciunt deo et partem dyabolo, iratus deus quod ibi sit pars dyaboli, discedit et dyabolus totum possidet. Sed quia a patre dilectus filius cupiuit sanitatem [illegible] venter suus qui erat cum illo alieno ante fit dyabolo, et non dabat illi corpus regredi et dimitto illud amorem scilicet dyabolicum mundanum et voluptuosum amorem, et dixerit ad patrem reddendo sibi cor meum per amicicias fidelem, et mox cum illo filius iterum et gracia, et ipsum mittat ad possessionem acquirent. Unde Gregorius: qui integra mente deum amat, profecto hic quod amat non quicquam pro deum diligere, quid enim quae diligit meretur hic. Quartum ad amicum dignum amicus est esse cum amico in presentiam in collocutione. Signum est amoris quod amans frequenter colloqui gaudet pro amico secum quia iocare gaudet in audita memoria nominis sui. Hec enim Thob. vii: Raguel quando audivit memoriam [illegible] sui thobie, et quod ille sit filius eius lacrimatus est gaudens et cecidit super humeros eius et osculatus est eum. Sic et nos si amici Christi domini esse volumus gaudere debemus in colloquiis et consortiis illius. Tunc autem gaudens lacrimam in auditu nominis illius, cum in devocione cordis in affectu verbum eius suscipimus, vel de colloquiis eius quo cum illo facimus. Nonne quamvis ipse presentiam suam corporalem nobis abstulit, ipse cum corde pro nobis remanens, et verbum suum post se nobis reliquit in ore predicantium. Ysa. l: Ecce dedi verba mea in ore tuo ut ad docendum instruendum et respondendum nobis. Quod nunc despiciendum vel fore [illegible] ab illo accipimus, hoc est verbum quod in principio erat apud fuit, et quod verbum caro factum est, hoc est verbum quod conceptum per aurem virginis et adhuc cotidie nascitur per os sacerdotis. Principium ut caro fieret nascitur ut carnem spiritualem efficeret; tunc [illegible] ut deus fieret homo, iam nascitur ut homo fieret deus. Hoc igitur verbum tante nobilitatis tante virtutis est per os nostrum plenum sicut fuit super terram [illegible] natum. Quod dignus magis est illud verbum audire, quod cum Christo colloquium et consortium habere hoc verbo ipse loquitur nobis, sicut nos in oratione loquimur ad illum. Unde Math. x: Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit etc. Quadriginta [illegible] estimet verbum illud humanum et [illegible] malicia, adoptantes ut [illegible] ipsum audi-

Nimirum hos bene assimilabo filiis divitis illius
qui sepultus est in inferno. Qui etiam Moysi
et prophetis non credentes, nisi ex mortuis resur-
gentem requirebant. Certe ut verum loquar
multo peiores hiis sunt illi quam de hiis scrip-
tum est, si vidissent vel audivissent aliquem qui
ex mortuis resurrexit, credidissent. Sed isti
ipsum resurrexisse audierunt et miracula
eius que in sanctis fecit et adhuc cotidie
facit videmus, non attendunt mirabilitatem
eorum que dixit omnibus; gaudent illi etiam de col-
loquio et questionem cum eo, quia se diligere
gloriantur; gaudent quidem sicut Herodes olim
qui Christum venientem cum gloria magna suscepit
et statim ut audivit in verbis eius quod
contra se fuit repulsavit eum. O quot tales
adhuc sunt qui audiunt Ihesum et memoriam
nominis eius, prima propter gaudent valde.
Sed verba eius quibus regi debebant repellunt
a se dicentes illud Iob xxi: Recede a nobis scien-
tiam viarum tuarum nolumus; quod practantis bono
Cap. de mercede: Nulli sunt ita stulti inquit
qui verbis hoc dicant, sed multi qui factis illud
ostendant. Nam deum ad se introducere est
in mandatis et doctrinis eius cogitando et
delectationem tenere, et illi obsistere eidem est a se
repellere. Sunt multi qui factis suis eum
iubent a se recedere qui tamen verbis fingerent
se ipsum diligendo querere, quibus ad nequius eum
pungunt qui tamen verbis eum laudant. Illi
colloquiis et questionibus eius non gaudent
neque fruitionem in sermone sue amicitie accipiunt.
Oportet enim nos omnes per verbum ipsum salvos
fieri; oportet igitur studiose ipsum, ipse enim in
virtute verbi huius omnem aufert anime
infirmitatem et dolorem, sicut ait: Misit verbum suum
et sanavit eos. Apostolus: ipsum portat omnia verbo
virtutis sue. Debemus dehinc redire ad eum a
quo recessimus exhibere ut frequentia verbi
isto uti valeamus. Erant ergo hac ratione
publicani et peccatores appropinquantes ad Ihesum ut
ad comprehendendum salutem audirent illum usque tercia pars
eius dominica Rogationum etc.

Misit digitos suos in auriculas eius
et aperte sunt statim aures eius
Marci vii verba hodierni evangelii. Et
Beda in omelia hodierna quid sit per surdum istum
significatum ostendit dicens: homo enim ab au-
ditu verbi dei obsurduit, postquam mortifere
serpentis verba contra deum diligentius sed
enim est in natura et secundum philosophum in ii de anima quod
omne excellens sensibile corrumpit sensum
visus in visibili sole; in gustabili similiter vi-
rium calido vel humido; sic etiam in audi-
tu audire magnos sonos et grandes strepi-
tus tumultu destruit auditum potentiam ut
in fabris in molitoribus. Multo magis sunt eos
spirituales ut quisque etiam ad audiendum et predi-
catorem loquentem, quidam sunt spiritualiter auditum
se obstruunt cum tumultu et sono generosi
et auditum mentis aut cordis sic penitus
destruunt, ut non valeant postea alia audi-
bilia audire. Dyabolus enim suis doctrinis
et imitationibus, quas nobis facit in isto
mundo, ut nos ad pravam sententiam sibi attra-
hat, cum tanto tumultu et sono facit ut etiam
cum dicatur vel obiciatur verbum sanctum id quod
dictum est Ioh. i non intelligatur. O quam laboriose
trahit primo et pellit dyabolus ad pravam
sententiam, deo tamen cum verbo pio et benigno
exhortante. Scriptum est enim de illo: Impius
ore clamat, amittit omnia, terit pedes usque quo d.
vocando, annuendo, ducendo, terrendo, pellendo
attemptat fallere. Iam omnia nefas prodit
mundana et delectabilia que ad malum trahunt,
iam auribus prefert dulcia et scurrilia,
iam cordi intrinsecus delectabilia vel cogitabilia
strepitum immittit, sic obruunt verbum dei aut
vocatio divina obicitur pre illius strepitu non
audiatur, sicut per historialem illam similitudinem
ii Reg. xx dicitur: post mortem Absolonis qui dum
reducebatur in regnum contendentibus Iudeis
et Israelitis pro rege surrexit filius Belial
Seba. Hic cecinit buccina in clamore magno:
Quid nobis cum David, quid nobis cum filio
Ysai? Convertere Israel. Surrexit omnis Israel
et secutus est eum, quantumcumque voluit quamvis
mandavit rex verus Israel David, nullus
audivit nemo percepit corde. Ecce Seba clangoris

dicitur et significat garrulum dyabolum vel mundum, qui clamore suo et medacijs multa promittunt. Ecce ad illius clamorem omnis populus surgit. David vero propheta illius audit, omnis eius doctrina omnis vel vano strepitu huius mundi obtepatur ita ut audiri a nullo possit. Precones i. vocantes et trompetes pro illo vide adnotatio Holkot super lib. sapientie lectione xix tractantes illud sapientie ij venite fruamur bonis, vocante nunc tempore multi sunt qui pariter cum illo vocant, et tamen est illius clamor in vocatione sua ut Christum vocantem penitus non exaudiant. Nam iiij sunt imitatoria ubi tamen unum est quod ad Christum vocat, et pre aliis qui adhuc tam fortiter laborant audiri non possunt, primo voluptuosorum 2m maliciosorum 3m ambiciosorum 4m religiosorum, primi vocant ad gaudia 2i ad homicidia Tercij ad maglia Quarti autem ad humilia. Primi hec subdit Imitatorum Christi ita secularis cantant quod pre aliis vix audiuntur. Tantus est strepitus et clamor aliorum vocantium in foro quod vix sit percepi cantus et vocatio Christi in choro. Et autem hec vera sit vide ad primum dicitur etiam super sap. ij Venite fruamur bonis ut sunt, prolongatur sup. ibidem O quot sunt chorales vel Cantores huius imitatorum, nam quot cottidie vocant ad tabernas ad ludos ad comessationem ad luxurias quorum exclamationes unum vel centupla, ut Verbum autem dei vix semel vel bis exclamatum dicitur et dicunt omnes quod nimium sit, non possunt audire surdi sed sunt ut Beda Sic homo surdus fit cum deo aurem suam claudit, quod sit laus et voluntas eius nec audiunt. Dyabolo autem et mundo aperit cum dei vituperacionem in illorum delectatione innuit. Similiter etiam est de 2o Imitatorum maliciosorum Jere. xviij venite cogitemus contra iustum cogitationes venite percutiamus eum lingua. Item sapientie ij venite opprimamus eum, quia contrarius est operibus nostris, improperat nobis peccata legis. Quot adhuc illorum qui sunt ad nocendum bonis ceteros malos excitant et provocant. Quot qui veritatem adhuc detrahunt et dicunt i. parum perfecti acceptant, vide de illis sermone dicit psalmista Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surde et obturantis aures suas. Nam hec est natura serpentis cum verbum incantantis, unam autem aurem ponit ad terram et alteram figit cauda ut non audiat. Sic mali homines terreni unam aurem ad terram i. ad bona terrena ponunt, aliam obstruunt sua cauda i. voluptate, ita ut nichil penitus audiant aure spiritualis cordis sui. Et ego vero hic dico quod in hoc consistit tota anime nostre sanitas totius salutis inchoatio, per auditum verbi dei. Scriptum est, qui non crediderit condempnabitur et dicit apostolus ad Ro. x. quomodo credent in eum quem non audierunt, quomodo audient sine predicante. Ergo fides ex auditu est, auditus autem per verbum dei. Ecce discipuli Johannis audierunt a magistro suo Ecce agnus dei Ecce qui tollit peccata mundi, crediderunt et secuti sunt Christum. Ecce ad vocem loquentis, et ad demonstrationem digiti demonstrantis crediderunt, et in noticiam et fidem tandem in salutem pervenerunt, que omnia non percepissent si Johannem loquentem et digito demonstrantem non audivissent. Ecce sic dilectissimi mei expositionem parvam huius sermonis, de medicatore huius surdi, et de digito dei quibus curatur. Pro illo igitur nondum audivisti dilectissimi quod Jesus duobus modis et medijs salutem suis discipulis operatus est verbo scilicet et demonstratione. Hec duo sunt quibus et ipse et omnes discipuli eius omnes languores curabant, verbo scilicet divine operationis, que alibi aliis nominibus exprimuntur. Ps. verbo domini celi firmati sunt et spiritu oris eius. Ibi verbum filius dei gratia exprimitur, spiritus autem ibi, et hic digitus, virtute operativa eiusdem verbi dei que est etiam virtus spiritus s. manifestatur. Unde autem In septiformis munere dextere dei tu digitus. Ecce in huius digiti virtute omnes infirmitates expelluntur, omnes salutes restituuntur, et quecumque pravitate dyaboli agitur huius virtute expurgatur. Unde luce xi In digito dei eicio demonia i. omnem demoniorum pravitatem quod similiter exponit beatus Ambrosius super lucam In digito dei i. in virtute operationis divine, in virtute verbi dei, quasi diceret, ut eius fit quod iubet, vel dicit deus cuius dicere est facere quod ipse dixit et facta sunt. Ergo dilectissimi mei ad acquirendum sanitatem auditus adhibere oportet sindonem aurem meam, et movere ad hanc domini manum, cum velit digitum dei tangere auriculam meam, ut de hiis que sunt laus et voluntas illius audire et intelligere valeamus. Pro quo adhuc ulterius notandum verbum vel virtus operativa illius digito comparatur ex triplici similitudine. Nam triplex est officium digiti quod scilicet simile etiam convenit verbo dei, primum est esse operis directivum, ad hoc singulari racione digitos deus homini in manibus posuit possibilibus opera sua distinguere et dicitur digitus quasi directivus a dirigendo. Sic est verbum dei omnis operis directivum etiam dei et nostri, dei quidem, quia deus omnia que fecit digito verbo suo fecit. unde psalmista Opera digitorum tuorum lunam etc. Secundum ad hebreos i portat omnia verbo virtutis sue. Etiam nostri operis est directivum. Illa quod omnia agere vel facere in laudem dei vel salutem nostram necesse est verbo dei docemur, verbo domini quasi manu ducimur ad opus omne bonum et non possumus ad ipsum nisi per ipsum venire. unde Johannis vi Nemo potest ad me venire nisi pater meus traxerit eum dicit dominus. Secundum officium digiti est demonstrare. Sic dicitur digitus a dicendo quia digitus quasi loquitur indicando, quod recipitur in verbo domini pure intelligitur, quia per ipsum omnis via omnis operacionis rectitudo demonstratur. Sic enim dicitur quod Johannes digito suo indicavit monstravit dicens Ecce agnus dei etc. et audientes et videntes discipuli eius secuti sunt deum. Sic adhuc hodie quibus hoc digito deus ostendit, digito scilicet verbo dei, ipsum ad ipsum demonstracionem sequuntur. Et non ipsius dignitate hoc verbum domini ab alio dicitur quia a christo scilicet quod digitus dei dicitur, quia a quoniam dicatur verbum ipsius dicitur. unde dicitur sapientie vii in manu domini et nos et sermo noster, et omnis sapientia et omnis scientia operum et disciplina. Tercium officium digiti est destruere unde dicitur quod ferendum manus eius resolvere pondera manus et digiti illius et dicitur digitus quasi digestivus vel dissipativus vel destructivus hoc est in verbo domini hoc est destructivum et peremptivum omnis mali. Jere i Ecce dedi verba mea in ore tuo ut evellas destruas etc. dicitur enim luce xi Si in digito dei eicio demonia si digito dei i. in virtute verbi domini eiciuntur male cogitaciones voluntates, presumpciones, que omnia sunt bum. Ergo demonia dicuntur unde dico quod dyabolus comprehendisse cor hominis mali et quod in eo surditatem et rebellionem generasse gracia dei ipsa fortior est si superveniret totam virtutem illius expelleret ut ibi luce xi Cum fortis armatus custodit atrium suum in pace sunt que possidet. Si autem fortior eo superveniens omnia arma illius auferet etc. Sic est de surditate illa, que ex instinctu dyaboli aut mundani mali facta est per permissionem digiti dei i. virtutem verbi dei aperiuntur aures illius ut in verbo proprio etc. rogemus etc.

Hic cum audisset quod ihesus veniret a iudea in galileam abiit ad eum. Joh 4o c. in primis erat etc. dominus noster in suam dilectionem nos per amorem et amicitiam nobis exhibitam dignatus est trahere. Caritas dicitur esse et est amicitia, que est inter deum et nos ut dicit thomas et alii, ut ergo antea dictum fuit in precedentibus dictis per caritatem hominem oportet nos salvos fieri, sine qua ad nuptias eterne glorie non possumus ingredi ut de veste nuptiali Matthei xxii dicitur, dicitur quis quo igitur possimus salvari: per caritatem oportet nos salvos fieri, et caritas est amicitia dei ad nos et econverso, non est a nobis hec amicitia sic nec hec caritatem. Agendum michi erit in primis quomodo caritas in nobis generatur primo et ex consequenti salus. Caritas et amicitia illa non potest a nobis incipere, sed a deo, ipse est inceptor et fundator amoris illius et per hoc in nobis generatur amor prior ad illum deus, enim primo amat ex hoc et nos amamus. Nam ipse volens sua gracia venit ad nos quasi nos excitans, voluntaria autem per fratres nos et voluntas nostra suscipere visitacionem eius audire excitacionem eius, et facere desiderium eius hec est dilectio nostra et non potest quis diligere nisi per illum excitetur, et non potest excusare se aliquis quod per illum non excitetur. Sed sepe in nobis defectus est excitacionem illam non attendere et ad sui impulsionem non ~~astringere~~ consentire unde defectus caritatis in nobis est, non ex deo. Sed ille toto quod secundum beatum Gregorium super Ezechielem omelia ix. Ex omnipotentis dei gratia ad bona conari quidem possumus. Sic ergo bona que agimus non ex nobis sed ex dei gratia sunt, mala autem que facimus ipsa solius nostre actionis sunt. Secundo hoc est quia malum agit ex hoc agit quod bonum illud ad quod excitatur consurgere non vult, ergo suum est malum, et sic iniquitas est negligere. Qui autem agit bonum quamvis agit, tamen non ex se agit sed ex eo qui per ipsum agit et ad ipsum eum trahit. Exemplum nostrum in regulo de quo dicitur: Hic cum audisset quod Jhesus venit abiit ad eum Jo. iiii ubi supra. Nam ad tractandum de illa materia, quomodo caritas dei in nobis sit per preventionem gratie et dilectionis dei generetur, duo tractanda occurrunt que in predicto verbo tanguntur: quomodo deus scilicet ad nos dicitur venire, et quomodo nos ad eum possimus ire, pro quibus breviter notandum: utrumque transitus dei scilicet et noster per dilectionem est. Bernhardus: pes anime amor est; qui aliud amat ad ipsum transiens est; anime intelligo quam hic spiritus. Sic deum ad nos venire est ipsum nos diligere. Gregorius in omelia: Sola dei dilectio actum est ut de celo ad nos se humiliando descenderet quod scriptum est inquit: Sic deus dilexit mundum ut etc. Secundo nostrum enim ire solo ad deum amare est. Ysidorus, similiter etiam Gregorius: non gressibus corporis per loca et spatia terre, sed solo affectu itur ad deum; non quidem ad eius adventum nos ad eum ire, nisi ad eius amorem faciendum per suum amorem iam nobis exhibitum. Quomodo 1. Joh. iiii: In hoc est caritas non ut nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Nam amor dei ad nos facit amorem nostrum. Tria enim dat sibi: dat ei occasionem diligendi ipsum exhibitam, dat sibi materiam, tertio dat sibi substantiam amoris. Occasionem voco illo quo quis commovetur vel respicit motus ad aliquid agendum. Hic ubi aliquem quod deus dignatus est se humiliare ad diligendum se in quo bonitatis fortassis modum invenit occasionem accipit, quod ipse etiam diligere magis tenetur qui innocens est, qui bonitate submissus est ut secundum Johannem ubi supra. Materiam autem voco illud quod quis pro beneficio aut munere ex alio amore accipit. Ecce considerans quanta a deo accepimus. Talem materiam

vel causam amicitie, vel fundamentum quare eum diligamus. Substantiam similiter eum ipsam bonis esse dico secundum quod sit, tamen non possumus sufficientes esse ad aliquid cogitandum a nobis, quanto magis ad agendum et patiendum vel alia faciendum in quibus amor consistit ex nostra virtute. Sanctus Thomas 2a 2e q. xxiiii arti. ij. Caritas est amicitia inter deum et nos, et quod amicitia illa fundata est super communicatione beatitudinis. Sicut fundamentum illud non est nobis acquisibile vel per nostros actus operabile, sic nec fundatum super illud scilicet amicitia illa aut caritas potest a nobis acquiri nec per nostros actus operari, sed ex solo deo est, qui et communicationem preparare habet et super hoc amicitiam illam fundare, domino dicente Johannis vi: Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum. Trahit autem per gratiam illam quam preventionem dicimus aut gratis datam, antequam enim aliquid agamus deus quadam gratia impulsit cor nostrum, quadam gratia que omnia prevenit, et quam nullo actu meruimus. Illa intrinsecus et secreto movetur cor et confortat ad dimittendum et deponendum peccatum timore pene vel spe glorie, unde tunc cadit amor, sicut secundum Augustinum timor inducit amorem. Et alibi dicitur: Spes generat caritatem. Sic incipis paulatim de peccato recedendo tendere in bonum et proficere de die in diem magis ac magis occurrere venienti, condescendere amonenti, aperire impulsanti. Sic sufficienter intellectus quid sit et nostrum ire. Quoniam igitur ad eum postquam deus sic nos sua gratia visitavit nos consurgere debemus et ire ad illum, consurgere scilicet per attendentiam et ire per voluntatem complacentiam. Augustinus: Iter nostrum ad deum voluntas est; si amas accedis, si negligis recedis. Non sufficit deum ad nos tendere et pergere nisi et nos etiam obviantes eidem pergamus ad illum; dum fugas non potest comprehendere eum qui fugat, sed obviantes statim invenit. Deus venit ad nos in pulsando pectus nostrum; si statim fugimus non sequitur conventio; ambos oportet et ire ad eum ipse quem diligit. Ambo dicere diligimus etiam et nos, sic surgit amicitia, sic nascitur caritas, unde illud iam collectum quod est amare deum nisi amantem gratias habere de suis visitationibus gratum esse ad operationem ad suam proportionem, ad omnia etiam que vult et requirit voluntatem esse, voluntatem eius in verbo et in dicto ipsius libenter audire. Sic ergo hec negligere est deum non velle amare, sicut possem, si vellem, breuibus declarare, quo aut quot modis deus solet nos visitare aut impulsare, aliquando per beneficia, aliquando per flagella, aliquando per ministeria cordis monentis. Per beneficia vide homo que tibi fecit ad creationem, redemptionem, vocationem, protectionem, et nullo est homini quod sufficienter pro hiis compensationem et manifestationem per illa ita quod non possit se excusatione liberare ut habetur Sap. viij. Secundo flagellis visitat qui errant in voluptatibus ut se et meditationem suam retrahat, ut dicit Gregorius: Flagellis pius aspectum iter prebet in via, ut aperiret oriens. Filium quem amo castigo, emulare ergo et age penitentiam, quasi diceret illo te castigo. Aliquando per interiora monita, ut quod intus in corde intrinsecus quodam spiritu monet inspirando dicens: Scito qualis es et qualis est vita tua, nunc etiam delectes quantum vis. Tertio etiam aliquando [illegible] aliquando monet quibus [illegible] moneat disponit ut ab alio sibi dicatur vel scito aut ope aliquod [illegible] sibi [illegible]. Hiis modis omnibus venit pulsans per gratiam ut habetur Apoc. iij: Ecce sto ad hostium et pulso si quis etc. Ecce hiis omnibus venit, per dicitur de Iudea in Galileam. Iudea confessio vel glorificatio dicitur, Galilea rota vel volubilitas dicitur, et per Iudeam fides intima, per Galileam caritas notatur. Sic de fide aut cognitione fidei in caritatem cenol[illegible] nisi [illegible] si volumus audire et [illegible] in Galilee [illegible] ipse voluit nos et in dilectionem suam; per hoc quod ipse sic nos visitat sibi [illegible], sic in dilectione est iter nostrum ad eum, sic in illa [illegible] possimus ad eum ut habetur [illegible] ubi est. In hac via ambulantes possimus semper magis ac magis appropinquare ad deum et recedere etiam ab eo; quanto enim quis magis amat tanto ad deum magis appropinquat, quanto minus se [illegible] ita ut deum in perfectam caritatem [illegible] in deum [illegible] hoc est perfecta caritas

in deo esse et deum in nobis, ut quod nos habemus ipse habeat, quod nos velimus ipse velit et econtra. Sic in ipso manere et ab eo nunquam separatum esse, quia qui manet in caritate in deo manet etc. Si igitur vis discere deum amare audiuisti quomodo venit, scilicet quod te visitat. In cogitationibus delectare, si in prosperitatibus [illegible] gaude, si in bonis gratias refer, si in flagellis patiens sis, sic eum semper cogita, semper in verbis tracta, et quasi sibi plagas in actibus et passionibus semper habe. Hoc est dilectio unde dicitur [illegible] audiuisti quod venit ab [illegible] etc.

Nisi habundauerit iusticia vestra plus quam scribarum et phariseorum, non intrabitis in regnum celorum. Math. v. Dicit Saluator noster qui venit in hunc mundum magna dans et magna promittens, magna est etiam ab hiis quibus dare vult requirens. Vult prius in maioribus esse [illegible] qui magna promissa debebant esse suscipere, sicut innuit Beda in hodierna omelia. Incipit ergo propter magnam iusticiam esse faciendam. Et in his verbis proponit tria includendum: primo suscipere maioritas, que in nobis esse debet in respectu ad priores; 2o iusticie qualitas; 3o ipsius utilitas. Primum ibi habundauerit plus; 2m Iusticia vestra; 3m ibi non intrabitis in regnum. Propterea nos christiani ad maiorem obligamur iusticiam quam Iudei ex triplici causa. Prima est quia plura a deo recepimus beneficia, unde Gregorius: Cum augentur dona rationes etiam crescunt donorum. [illegible] Greg., unde ab unoquoque dominus unde exigit quantum dedit. Unde quia Iudeis tunc exhibuit bona rationis temporalia [illegible] et liberacionis de egipto protectionem ab egipto et [illegible] suis, hec omnia sunt ad ea que nobis exhibuit. Unde Beda: Illa enim illis quasi paruulis et carnalibus puerilia et carnalia data sunt. Nobis autem magna et spiritualia exhibita sunt. Unde pro nobis dominus deus incarnatus passus mortuus est. Secundo propter nos resurrexit ascendit celos aperuit spiritum sanctum misit etc. Bernhardus: placeat tibi domine quod ut des mihi [illegible] sicut dedisti conceptionem, non solum conceptio mea munda est, sed et mors preciosa et vita perfecta. Et subdit quasi inferens dicens: Ego tibi adiciam nativitatem, mortem, resurrectionem meam. Generatio mea mundat tuam, vita mea instruet tuam, mors mea destruet tuam, resurrectio mea precedit tuam, ascensio mea preparat tuam, spiritus meus adiuvet infirmitatem tuam. In vita mea poteris cognoscere tuam, ut sicut ego paupertatis, humilitatis, pacientie, caritatis vel virtutis indeclinabiles semitas tenui, sic et tu easdem vestigiis incedas non declinans ad dexteram nec ad sinistram. Tercio nostra iusticia debet esse maior quia maiora nobis promissa sunt. Unde Beda: [illegible]ribus maius premium promittitur, maior ergo iusticia servari iubetur. Iudeis promisit sanitatem ventris, longam vitam, divicias, terre possessionem, victoriam super inimicos ut habetur Deutro v et xxviij. Nobis autem eterna regna promisit. Joh viij: Qui verbum meum audit habet vitam eternam et in iudicium non venit sed transit de morte ad vitam. Item Mat v: Beati vos, gaudete, merces vestra multa est in celis. Quarto debet nostra iusticia esse maior propter obligationem. Antiqui solum obligati fuerunt ad precepta legalia, nos autem ad legem evangelicam, que alias precepta multa superaddit, ut in evangelio hodierno. Unde super omnem obedienciam mandatorum addita sunt duo precepta caritatis, diligendi deum ex toto corde et proximum sicut nos met ipsos. Tamen in tali forma antiquis datum est, quod ipsi tamen amicos diligebant. Mat v: Antiquis dictum est: diliges amicum, odio habebis inimicum tuum. Sed nos tam ad amicum quam inimicum dilectionem obligamur. Antiqui deum diligebant ipsum adorando, ita quod deos alienos non haberent; nos ex toto corde ex tota anima diligere tenemur, et propter ipsum iudicium et omnia que in mundo sunt amittere sepissime amonemur. Unde iudeus et paganus nequaquam talibus aculeis amoris mota quos exponit qui veraciter super emanata dicere poterit: vulnerata caritate ego sum, et nunciate dilecto quia amore langueo. Similiter iudeus querit divicias ad accipiendas suas promissiones, paganus suas delicias. Item est querere quid retribuam domino pro omnibus que retribuit mihi, plane si sane mentis calicem salutaris accipiam. Quinto in verbis propositis innuitur iusticie nostre qualitas in hoc quod dicit: nostra iusticia. Unde Bernhardus: Iusticia nostra est virtus in nobis exigens reddere unicuique quod suum est. Reddere autem tenemur superiori, equali et inferiori. Si unicuique quod suum est reddere volumus, noster superior et deus ipse est dominus noster, deus noster, pater noster, iudex noster; reddere tenemur sibi obedienciam et reverenciam ratione potestatis, dilectionem ratione iudicii supplicationem. De primo dicitur: Si vis ad vitam ingredi serva mandata dei. Ad illa nos aliquando promissis trahit, ubi: Audi Israel precepta domini et ea in corde tuo et dabo tibi terram fluentem lac et mel, id est vitam eternam; aliquando minis compellit. Unde Deut: Si precepta domini non servaveris, venient super te maledictiones. De secundo natura cogit filium diligere patrem, quamvis malicia in hoc sepissime contra naturam cohereat.

Et nota: dilectio dei tres habet gradus. Primo deum super omnia diligimus. Secundo quia deum in omnibus diligimus. Tercio quia deum singulariter diligimus. Prima est cum deum a natura diligimus, ita ut magis deum quam creaturam. Secunda dilectio est altior et nobilior, quia omnia que agimus tendunt in deum. Apostolus: omnia in laudem dei facite. Tercia dilectio est quia singulariter et solitarie deum diligimus, omnibus abrenunciamus, omnia contempnimus propter ipsum. Unde apostolus: omnia arbitratus sum ut stercora. Tercio quia iudex est, tenemur sibi supplicationem pro venia. Unde Bernhardus: quid est committere culpam et non supplicare pro venia, nisi est arte ut operire. Spiritus sancti dulcedine quadam replens animam, per quam fiducialiter postulat pro peccatis. Et hec tenemur superiori. Secundo proximo nostro tenemur concordia: in bonis gratulationem, in malis compassionem, in dubiis mediam diiudicationem. Et hec tenemur ex precepto caritatis, quo debemus proximum nostrum sicut nos diligere. Ergo que nobis volumus illi facere debemus. Proximo digni in bonis gratulari debemus. Proximo unde Ecc xxij: Fidem posside cum amico tuo in paupertate illius, ut et in bonis illius leteris, et in tempore tribulationis permane fidelis. De hoc debito testatur Job xxxi: Si gavisus sum ad ruinam eius qui me oderat et exultavi quod invenisset eum malum, male

tres gradus dilectionis dei

michi contingat. 2º in malis tenemur compassionem. Unde super. Cum ceciderit inimicus tuus ne gaudeas. Item Iob qui deflebam quondam super eum qui afflictus erat, et compaciebatur anima mea pauperi. De hiis duobus dicit apostolus ad Ro. 12: gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus. 3º tenemur proximis pia diiudicacione, ut quicquid de eis cognitum vel auditum fuerit hoc pie et caritative diiudicetur. Unde Tull. in iudicando esto misericors. Item ad Ro. xiiij: Tu quis es o homo qui iudicas etc. Bernhardus: Cave sedem dei ne quid iudicare vis [illegible] videaris. Cave aliene conversacionis esse aliquis investigator aut temerarius iudex, eciam si peccatum actum deprehenderis, ne sic iudices, sed magis ac excusa intencionem si opus fuit. Si non potes, puta ignoranciam, puta surrepcionem, puta casum. Quod si omnem omnino dissimulacionem certitudo recusat, suade nichilominus pro ipso et dicito apud te: vehemens nimis fuit ista temptacio; quid de me fieret si accepisset in me similem potestatem. 4º exigente iusticia tenemur reddere inferiori, quod si mentem racione obedire inferiorem habemus, id inferius nobis est corpus nostrum. Cui tamquam inferiori eciam tria tenemur. Primo ipsum a malo retrahamus et in recto dirigamus. Proverb. xiiij: qui paciens est multa gubernatur sapiencia, ubi autem proprius corruet etc. 2º debemus ei custodiam, ut non capiat in eo peccatum, nec membra sua arma fiant iniquitatis. Unde Prover. xiij: Iusticia custodit innocentis viam. Item Eccl. 1: Religiositas custodiet et iustificabit cor. 3º Tenemur ei tenere disciplinam, ut si quid fecerit peccatum ad [illegible] ipsum puniat. Unde ps. 2: Apprehendite disciplinam ne quando irascatur etc. Item Prover. xix: Suscipe disciplinam ut sis sapiens in novissimis tuis. Circa 3m principale, scilicet de utilitate iusticie, quid per iusticiam consequi possumus, et est triplex: prima vite sanctificacio. [illegible] De primo dicitur ps.: Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam in omni tempore. Matth. v: Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam. De 2º dicitur Proverb. x: Iusticia liberabit a morte, glossa scilicet dampnacionis eterne. 3º dicitur vite premium, [illegible] parata iusticia, de quo dicitur ps.: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui operatur iusticiam et loquitur veritatem etc. Quis ascendet in montem domini etc. Innocens manibus etc.

Fiducia super turbam meam unum dominum nostrum Ihesum Christum iustus et potens, quem propter suam iusticiam omnia timent. Ipse etiam novit nostram infirmitatem, quod debiles sumus ad resistendum, impotentes ad aliquid faciendum. Ne propter hoc timore deficeremus, sua misericordia monet consolatos nos esse, sua promittit se velle dare misericordiam quam impetrare non possumus per nostrorum operum merita. Sicut enim primum reputare debemus secundum merita nostra quid a iusticia dei accipere speraremus. Aug. libro v: Tenent inviolabiliter et irrefragabiliter credendum est hominem nil felicitatis posse mereri dum est in statu [illegible] contagione mortifere iusticie dei privat [illegible] secundum opera sua [illegible] apostolus, nunquam autem opera sua plus in peccatis quam in bonis reperta sunt. Unde pronus est homo ad malum ab adolescencia sua Gen. viij, ad bonum autem operandum omnino impotens est. ij Cor. iij: Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, et si quid facimus [illegible] sit, et per gratis deo nisi accepimus, nobis minime imputandum est, per totum sic dominus preceptor per totam noctem etc. Quid ergo a iusticia dei sperare non sperare debemus. Cepit igitur deus alio nos consolari modo dans consilium ut in misericordia ipsius confideremus, et quod minus meritis non possumus per eius graciam et misericordiam impetremus. Unde apostolus ad Titum iij: Apparuit gracia et benignitas salvatoris nostri non ex operibus iusticie que fecimus nos sed secundum magnam misericordiam suam. Item ad Ephe. ij: Deus qui dives est in misericordia propter nimiam suam caritatem. Holkot lectione c xviij: Christus deus et pater noster, ipse enim efficit misericordiam nullo supposito merito. Sicut artifex qui non tantum facit opus suum sed et materiam sui operis efficit, sic Christus ad operandum opera nostra non preponit causam eius sine misericordia qua mereatur homo, sed misericordiam facit nullis exigentibus meritis illi. Ergo misericordia dei non est ex operibus nostris sed ex sola sua pietate, et subdit ibi Holkot: lex tribus que in ipso sunt nostra quod semper minor sit, qui etiam hodie in verbis propositis misereri se velle promittit, scilicet ex natura eius propter et qualitate, et experta voluntate. Pro primo

vtilitates iusticie
triplex prima vite sanctificacio

Item Anselmus de misericordia dei dicit: vere consideracio mea meruit dampnacionem, et penitencia mea non sufficit ad satisfaccionem, sed certus sum quod misericordia dei superat omnem offensam.
Rabanus super epistolas Pauli: Impossibile credimus opera nostra promereri eterne felicitatis gaudia, sed illa accepimus divina suffragante pietate et misericordia.

xpo maior est ex naturali sua proprietate. Sicut enim
sibi quasi naturalis proprietas ut misereatur
Sicut ante sibi proprietas est, unde dicitur per
philosophum in predicabilibus proprium est quod
inest semper. Ergo ut et canit ecclesia: Deus cui
proprium est misereri semper et parcere. Sic inquit
in compendio theologice veritatis trac. 1 c. ult. de misericordia
licet deus iustus sit et misericors, magis tamen
misericordia dicitur propria dei quam iustitia, quia ut opus
iustitie faciat aliquid requirit ex parte quo
moveatur ipse cum faciat iustitiam, quia ipsius
dei est reddere unicuique secundum opera sua. Sed
ut misereatur se exhibeat sufficit sua
voluntas, nec aliquid indigeat requirit in eo in
faciat, ut in parabola apud eum habetur. Si non
sibi sic placitum fuerit dicere pietatem meam
exhibeo quibus volo. Ergo proprium eius bene dicitur
habetur v. s. d. quod misericordia dei proprietas sit. dei voluntas
est ut semper misereatur, et quod cum misericordiam
agat sibi proprium est. alibi scilicet hic: Sicut deus enim
tardus est ad puniendum, sic festinus ad miserendum
Sicut ignis qui facile sursum tendit, diffi
cile autem et cum nimio deorsum. Et autem
hic veniunt exemplis notamus, quandoque
una hora homo peccaverit cum deum sentit
eius factus est, sed non adeo misericors est. Mox
sequitur vindicta, sicut in uno ipse sepius
fecit. sua autem misericordia peccatorem semper sustinet
ab hora ad horam, de die in diem, de anno in
annum, ut usque bonum quod per ipsum operetur. ad
miserandum autem festinus quia dicitur per prophetam
Ezech. In quacumque hora ingemuerit peccator pro
peccatis suis, sibi omnia dimittam, scelerum iniquitatum
iniquitatis non recordabor. Scriptum in Petro in littera
certissime in eo magis unde Cassiodorus dicit
linquat impius viam suam et revertatur ad
dominum quia multus est ad ignoscendum Ysa. lv. Et
quamvis aliquis in ira peccatis homini impellitur, mi
sericordiam tamen non obliviscitur. Sic enim sustinet opera
sua homini demulcare sic nullomodo obliviscitur
misereri deus, neque continebit in ira sua misericordias
suas. et adhuc contra non voluntarie hoc
facit. Ideo ysaye i. heu consolabor super hostibus
meis et vindicabor de inimicis meis q. d.
heu quod peccantes vos cogitis me ut puniam
vos quos tamen alias semper diligo. quibus etiam

benefacere semper promitto. In quibus verbis duo
intelliguntur, quod deus peccatum semper odio habeat
et nulla misericordia sustinuerit impunitum hoc relinquere
velit. 2o quod punitionem tamen semper misericordie dilectionis
memor intermiscet iuxta illud Abacuk iii Cum
iratus fueris misericordie recordaberis. Quod propheta
declarat beatus Gregorius super Ezech. omelia prima
O ineffabilia pietatis viscera, quod deus semper
culpas insequitur et tamen personas protegit, culpas
populi impunitas non deserit, et tamen delinquentem
populum a se omnino non repellit. Sanctus se indicans
in ira tamen misericordiam semper conservat. et plane hoc
beatus Gregorius inducendo super duas historias in
quibus semper deus misericordiam ire sue coniunxit
Prima est de captivitate filiorum israel tempore regis
Joachim, qui a rege Babilonie ducti sunt
captivi propter peccatum eius. Iratus est dominus captivitatis
duci permisit, et tamen per sue misericordiam in
misericordia, eo quod confortandos inter eos i. captive
pro solatio prebuit, eo prophetas scilicet de sua
salute consolationem gerere. 2a historia Num. xiiii
et xiii quod propter murmurationem filiorum israel iratus
est dominus, minatus est mittere pestilentiam et
Iuravit quod nullus filiorum israel videret terram
quam in terram promissionis nisi Josue et Caleph eo quod
spreverunt eam et non sunt pugnare hostium
confisi in deo. Sed autem pena ducti clamaverunt
et voluntarie disponebant se ut ingrederentur in terram
promissionis, pugnare in nomine domini dixit eis dominus
per Moysen. Non ascendatis quia ego non sum vo
biscum. Super quod dicit beatus Gregorius: quid in hac re
pensandum est, quod si cum ipsis deus non erat
quare ipsos ne caderent ascendere prohibebat.
Si autem cum ipsis erat, quare dicit non sum vobiscum.
Nimirum in hoc nostri magna dei misericordia innotescit
iracundie. Subdit Gregorius: cum eis non erat ut
vincerent, sed cum eis erat prohibendo ne caderent
Sicut mater que parvulo pro delinquentibus irascitur
increpat inculpat verberat, si tamen
aliquid videt filio pro imminere grande periculum
ipsum denique protegit, et quem non possit salvum
custodire. hec Gregorius. Tertio misericordia ipsius dei com
probatur ex sua generali potestate, quanto enim aliquis
maior et latior sit potestatem tanto magis
misericors est, et ut magis misereatur gaudet.
quare notandum cum quis misericordiam petit magis

magis principe quam sua adiu
torium

quia nobilis ira leonis
sed sibi subiectos nescit

magis quereat rege quam sua incarnacio, quia quanto
magis gaudet adiutorem ut iniuste ulcionem
exequantur et regi placeat, tanto ipse rex quando
iniusticiam populo delectat et populum suum sustineat.
Et est maior potestas apud principem potentes indulgere
quam punire, clemenciam quam vindictam, et plus laudabile
ubi propter [illegible] non valens. Sed in ceteris est una potestas
ex natura debiles sunt. Sed ceteris igitur est summa
miseria statim vastitatem et querunt vindictam
magis quam viri qui magis potentes est. Sed leo
inter omnia animalia potencior est, mitior et parcit
inter omnia animalia; ita deus qui summe bonus est
summe mitior est; summa potencia infinita et pietas
summa ineffabilis, et magis gaudet sua potencia
misericordie quam punire, dominari; unde dicitur oracione ecclesie:
Deus qui omnipotenciam tuam maxime miserando et
parcendo manifestas. Sed tu dicis: misereris omnium quia
potes omnia. Tercio arguitur in deo ex nostra
experiencia nostre nature, eo quod compatimur et cognoscimus
humane nostre debilitate; unde per experienciam videmus quod ubi alter
homines novit defectum aut malam condicionem,
magis sibi parcit quam ille qui eum non novit, parcit
sed malum sibi impendit; unde apostolus magis in Christo:
Si enim infirmum novit libencius sibi tribuit quam
ille qui condicionem eius non novit et eum aptum
labori credit. Deus noster et etiam in primo [illegible] psalmo
[illegible] quia novit nos, quia ipse est scrutator cordium
et renum; ipse enim sciebat quando creavit hominem solum
fecit quod debiles sumus ad laborandum, ergo libenter
nobis tribuit; novit quod meliores sumus et proni
ad malum ex naturali inclinacione; igitur libenter parcit,
et adhuc magis nunc quam prius, quia ipse
vere ut hic unde holk [illegible]. Sed non quamvis deus
omnes hos homines defectus sciunt non cognoscit sunt,
sed post incarnacionem ipse eos tulit in se. Illud Ysa.
liij: vere languores nostros ipse tulit, experiendo,
sentiendo frigus, calorem et cetera naturaliter paciendo;
et quamvis languorem suum non haberet, ipse experiencia tamen est
quoddammodo tam trahat et inclinet ad illud ut
ob hoc magis nunc misereatur. Sed quia [illegible]
medicus qui pacitur sit infirmitatem paciencium tam
novit, qui per signa melius, qui experiencia in
corpore suo novit misereatur magis sicut quando [illegible].
Sic et pater qui nostros languores tulit, non enim
ligitur et sua experiencia ad miserendum eius cognicionem,
sed maiorem in eo accendit ad nos dileccionem
et quasi ultro cogit misereri; unde ps. Quomodo miseretur
pater filiorum, misertus est dominus timentibus se,
quia ipse cognovit figmentum nostrum. Rege

Qui fecerit voluntatem patris mei qui
misit me, ipse intrabit in regnum
celorum. Math. vij. Dominus noster Jhesus
Christus, in quo speramus omnes salvi fieri, ipse vult
gratis dare regnum celorum nobis venientibus
ad se in itinere laboris et diligentis operis
ad percipiendum ipsum, ut hic per figuram Exodi
iij: Introducam vos in terram etc., sed prius per
desertum; ibi michi sacrificabitis, dicit dominus,
etc. Et quamvis iste labor non sit meritum, tamen
est ingressus regni celorum. Est enim via
per quam ingredi debemus in vitam eternam;
unde per totum sermonem beatus Jacobus apostolus in
parte de stantibus: Sedere ad dexteram meam vel
[illegible]. Quamvis homines sunt laboris quod facere tenemur
pro vita eterna multiplex sit via, una tamen communis
est via ad quam etiam omnes alie gradiuntur vie,
per quam magis proveniunt illuc, que dicitur obediencia;
unde Levitici xxvj, Deuteronomii vij: Si obedieritis
michi, si audieritis me, si feceritis que ego precipio
vobis, introducam vos in terram optimam. Item alibi

Item de via illa scilicet via sequendi in parte de stantibus in dextris [illegible] magis et maxime consequentia ultra in dictis Jacobi apostoli ad quam beatus succedit [illegible]
Unde Qui facit voluntatem patris mei

non intrabitis in eam. et hoc est quod dominus per hodiernam integram ewangelii leccionem recitat volens quod non nisi fructuosis bonis operibus fulcitum intrabit in vitam eternam. Non qui flatum simulant iusticiam, non qui verbum et ingeniatum honorem faciunt domino dicentes O domine domine, sed qui in obediencia vera recta iusticia et perseveranter faciunt voluntatem patris mei hic intrabit in regnum celorum. Dominus Christus indicavit nobis pro exemplo quod hoc esset via per quam venimus ad vitam beatam quam ipse factus obediens a deo sed patre exaltatus est, et donatum est illi nomen etc. ad Philipp. ii. Quantum autem fuerit obediens eius dicit Joh. vi. non veni ut faciam voluntatem meam sed voluntatem eius qui misit me. Item mt. 26. Luce xxiii non mea voluntas sed tua fiat. Prout tenemus et nos pro voluntate dei veri obedientes eo nostram voluntatem penitus deponere, et voluntati dei subicere, ut non que nobis sed que illi placeant faciamus, et nisi hoc fecerimus voluntatem dei nunquam perficiemus, quia voluntas nostra dei voluntati semper est contraria unde ysaias lv. Non enim cogitationes mee sicut cogitationes vestre dicit dominus et vie mee vie vestre, sed quantum celi a terra sic exaltate sunt cogitationes mee a cogitationibus vestris et vie mee a viis vestris etc. Quod hoc autem verum sit audi quid dominus velit ps. x. Iustus dominus et iusticias dilexit, que autem est voluntas nostra Gen. viii, pronus est homo ad malum ab adolescencia sua, et hoc est quod dicitur propria voluntas hominis de qua dicitur tale proverbium vulgare, propria voluntas [illegible] in inferno [illegible]. Bernhardus. Quid odit deus magis aut punit quam propriam voluntatem, cesset propria voluntas et infernus non erit. Hec ergo non pervenitur in regnum celorum sed illud pro voluntate ingredi oportet propriam deponere et solam dei voluntatem facere iuxta verbum propositum. Sed ut de propria voluntate tractatum notemus quid sit unde beatus Aug. diffinit eam sic dicens, Est infecta proprietas qua unusquisque proprium sequitur arbitrium, quamque propria voluntas de re ipsa vel cogitata iudicaverit semper eo quod ab alijs de illa iudicatur est melius esse credit. Si de presenti aliquid aut vero tractatum fuerit, quod sibi placet optimum semper reputandum erit etiam si deo et hominibus displiceat, et non est in celo aut in terra quod contradicet quia quod sibi placet optimum est. Attende quid de tali dicat sapiens prover. xxviii. qui confidit in corde suo stultus est. Homo ergo cautus Iudicium proprium noli comprimere semper, ne velis placere divinis contempnere multos etc. Hugo de ca. di. Barth. super hoc grande malum est propria voluntas in qua si bonum sit bonum non est, sed ad bonum consumatur mala est etc. Quod hoc verum sit notare de prima parte proprie legem sive in die ieiunij vestri reperitur voluntas vestra, et subditur ibidem hoc est ieiunium quod ego elegi, quod michi sit acceptabile dicit dominus. De 2o non de Saul i Reg. xv quod mandavit dominus ut occideret Philisteos virum et feminam ancillam et servum, parvulos, oves et boves, et nichil sumeret que eorum fuissent. Saul autem meliora boves, ut sacrificaret eos domino, et irato contra eum dominus recessit eum a regno dicens sibi Samuele, dominus elegit sibi virum qui erit secundum voluntatem suam quia obediencia plus valet quam victima victimarum, ergo si placere volumus domino nostro non nostram sed dei perficiamus voluntatem. Bernardus de ca. super cantica dicit propria voluntas non est communis cum deo neque cum hominibus sed in ma tantum est, quia quicquid volumus per illam, non ad honorem dei nec ad utilitatem proximorum volumus, sed ut propriis motibus animorum nostrorum satisfaciamus, ideo contra totam fronte contraria est caritati, que non querit que sua sunt, sed honorem dei et utile proximi etc. Pro caritate autem oportet nos salvos fieri iuxta illud summam totius legis est caritas. Ergo per propriam voluntatem que caritati contraria est nullus perveniret ad regna celorum. Item autem Gregorius vi. loquitur de illa vocat eam libertatem peccandi quia quis liberum se iudicat ad operandum malum, quamquam vult sine lege racionis et statutis racioni dissonantibus, in quod prohibitum libere movetur, et sic Iudicium istud ex eo quod arguat fatuitatis hominis datum esse sibi liberum arbitrium ad agendum quicquid voluerit, non advertens quod sibi propter additum est racio dirigens ipsum in optimum suum dirigentem semper sequi debet, ex illa inobediencia quam facit racioni et abusione quam facit libero arbitrio constringit [illegible] illud michi quod hic voco propria voluntate de qua ultra [illegible] aut q. vi. Ipsa quod bestialis est, est contempnenda, quia terminalis est, est corrigenda, quia plena malis est, est fugienda. Primo dicit quod contempnenda sit quia bestialis est unde subdit: vivere sine freno racionis est omne, sicut bestia vivit sine ratione et disciplina, tunc fit homo sicut equus et mulus in quibus non est intellectus, ut Ps. Unde Gregorius super Ezechielem primo libro in parte ii c. xxxiiii: vivere sine freno rationis et discipline est vivere bestiale et similiter; sicut bestie sunt similis conditionis, videmus quod equi sua fortitudine magis fortes essent regere homines quam econverso, sed quod deficit ratio in similitudine redigit et hominem obedire cogitur. Sic homo bestialis in similitudine ex defectu freni rationis et discipline redigitur et ad sequendum huius quod magis amat colligatur. Hec bestialitas hominum fugienda est, hortatur beatus Gregorius xi Moralium vi c.: quia libere et sine vere custodia peccare bestiale est homo, vinculo discipline ligandus est ne libere malum agat. Sed Aug. g. vi: qui cuncta desiderata adimplere cupit quid aliud quam onagros similis esse cupit; non autem vult homo qui ad perfectionem vitam ducere vitae est ut in omnibus membris sub discipline dispositione religatur etc. Secundo propria voluntas que criminalis est corrigenda non tamen in se sed etiam in alio debet, cum videant speciales hominum status contrarias evellere et destruere. Apostolus: Si occupatus fuerit homo in aliquo, vos qui spirituales estis corripite illos, exemplo Iohannis Baptiste qui similiter Herodis propriam [illegible] arguit dicens: Non licet tibi habere uxorem fratris tui, Matth. vi. Quamvis communiter hoc sunt [illegible] quod nemo cogatur ad faciendum bonum, quod pulchre declarat beatus Aug. in li. ad donatum presbyterum, quod pro voluntate nemo cogeretur probat beatus Aug. per multa sacre scripture exempla, quod cogi debet et pelli malus homo ad deserendum malum et faciendum bonum, primo hac persuasione, nisi videns honore afficerent, redeundum custodiendum invitum predonem ut voluntate sua [illegible], multo magis ab erroribus suis mali compellendi sunt ne pereant etc. Unde propria voluntas non solum corrigenda, quare dominus populum Israel murmurantem punivit et compulit invitum introducere in terram sanctam promissam. Unde si non est corrigenda quam dominus Paulus in errore suo non permisit, si enim persecutus est ut [illegible] sed ut haberet actum vite, dicit ergo propria voluntas corrigi prelatus populum suum sub silentio magistri disciplinam. Unde Ezech. xxxiiii: Increpat dominus pastores eo quod non correxerunt oves et errare permiserunt eas. Unde Prov. xix: Puer qui propria voluntate dimittitur confundit matrem suam. Unde Prov. xxiii: Tu virga percuties eum et animam eius liberabis de morte. Tertio propria voluntas plena mali est, est fugienda, ad illud non sequi omne

malum in actione etiam in periculorum evitatione. Unde Osee x: Confundetur in voluntate sua Israel. Aug. g. vi: videt quod mala illi eveniant. Quemadmodum enim equus errare permittitur, in lupos incidit et devoratur. Equus si ad stabulum ducatur et non freno ad presepe alligatur, quemadmodum oberrat ille vagatur et non comedit, corpori suo deficiunt. Infirmus si propria voluntas a medico dimittitur agendi, comedendi, bibendi quod voluerit, de salute eius desperatur. Sic et homo si errare permittitur a lupis infernalibus devoratur. Si ipse freno rationis non colligatur fit quasi equus et mulus indomitus; si infirmus non cohercetur ex salute sua desperatur; quapropter dico bene quod propria voluntas in nobis nihil boni agit, nec nos in regnum celorum introducit. Sed nunc verbum thematis quod sicut ut [illegible] honorem pro sermone requirunt in [illegible] in die Petri ad vincula etc.

Filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Luce xvi.

Dominus noster Ihesus Christus cum semper erat sollicitus de nobis, ipse [illegible] qualiter nos instrueret esse sollicitos provisionem ad tempus futurum. In hiis evangelii lectione per similitudinem quandam nos docuit quod intelligamus quod hic sumus sicut villicatore provisione faciamus, veniet enim hora quando nemo operari potest, postquam sed ipse vocavit nos ad reddendum rationem. Sic quid tunc erit nobis negociantibus si fecimus, tunc haberemus unde apud [illegible] quiescerent a laboribus suis, Apoc. xiiii: opera enim illorum sequuntur illos. Quia qui videt in hac provisione prudentes temporis magis esse diligentes, corripit voluit nos comparando nostram diligentiam pro temporalibus ad eam que est pro eternis, quod multo maior sit ut nostris utilibus et flebilis negociorum a minus utili traherentur ad utiliorem, a minus fructuosa ad fructuosiorem, q. d.: ubi est vera diligentia vere provisionis prudentium qui laborare pro regno lucis; videte quod prudentia quodam dicunt hii laborent et solliciti sunt qui temporalia et transitoria querunt, et vos qui non terrena sed celestia, non caduca sed eterna cupitis, in modico occupari non vultis; dicit ergo verbo [illegible] pro themate: Filii huius seculi prudentiores sunt. Circa hoc verbum possunt aliqua dici, quod est quod dominus non mundanos aut cupidos commendat dicens eos prudentes et minus iustos prudentiores, sed constat quod prius vocavit eos filios lucis. ¶

stulte nescis quod hac nocte auferent a te animam tuam
etc. ad hoc etiam eodem habemus ex 2a 2e beati Tho.
q. xlvii arti. xiii in sol. i part. ubi tractat prius
verbum domini d. quod prudentiores sunt filii huius
seculi, non prudentia vera non recta, sed falsa et simulata
vocat eos dominus prudentes, quos et alibi ut pa-
tuit vocat stultos, quia illa falsa prudentia apud
deum reputata est pro stultitia unde i. Chor. iii
Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Ve-
rumtamen prudentie hoc dictum salvatoris nichil agunt
esse in eis, quod sic ostenditur per propriam rationem prudentie
quam philosophus vi Ethicorum diffinit. Prudentia est recta ratio
agibilium a nobis etc. Sed in cupidis non est talis quia
agenda non agunt, fugienda propter faciunt
sicut Boetius de iiii virtu. prudens est qui preterita
recordatur, presentia cogitat et ordinat, futura
providet et precavet. Sen. Boet. in de con. ii pro. i
Non enim quod ante oculos est sufficit intueri
rerum exitus prudentia metitur. Sed filii huius
mundi avari vero que preterita sunt illa notant
illa cumulant, preteritorum autem quia pauperes
nati sunt, futurorum quia inopes morituri sunt
penitus obliviscuntur unde Seneca in de vi. g.
hui. trac. ii c. x. Cupidus orat ut dives fiat
in mundo, nunquam ante dormiens nichil secum af-
feret, aperit oculos suos et nihil invenit etc. Iste
prudentia secundum Tullium est eligendorum et fugiendorum
cognitio. Isidorus prudentia est per quam bona a
malo discernuntur. Sed hoc utique avaris deficit quia
bonum est malum videtur eis, et quod bonum non est
hoc bonum esse credunt. Boetius ubi supra pro. ii Divici-
e non sunt bone, quia persepe habentibus eas
nocent. Ille apud avaros reputantur summa
felicitas, ergo in ipsis non est boni et mali dis-
cretio, et per quod non vera prudentia. Sed ut invenitur
est prudentia falsa que est facilis excogitatio mali,
inventio doli, circumventio proximi, de illa prudentia
dicit Greg. x mor. c. xix Sapientia huius mundi est
cor machinationibus tegere, sensum verbis velare,
vera falsa ostendere, falsa contra vera demonstrare.
Sed istam prudentiam diligentissime secuntur filii huius
mundi et querunt ut excelsi fiant in illa, et
amodo qui non studuerit eam stultus reputatur et apud
alios. Unde illud Job xii deridetur iusti simplicitas.
Greg. x mor. xii c. tractans illud idem dicit hanc
qui sciunt ceteros supprehendendo despiciunt, hanc
qui nesciunt subiecti et timidi in aliis eam mirantur
cupiunt ut et ipsi eam habeant, et est multa et
magna cupiditas et sollicitudo pro acquisitione eius

etiam maior exercitatio ipsius in filiis eam plus
quam in querentibus aut etiam filiis vera prudentia.
Verum igitur est verbum domini filii huius seculi etc. Sed
pro latiori huius declaratione notandum quod triplex est
prudentia ut dicit Robertus Holkot super lib. sap. lectione
Prima est mundialis et illam habent ambitiosi,
2a bestialis illam habent voluptuosi, 3a spiritualis
illam habent virtuosi. Prima est magis ca et de qua
eam dictum est que fallit proximum in negotio et
circumvenit etc. de illa dicit apostolus Si quis inter
vos sapiens est stultus fiat etc. i Cor. iii Quia
enim hec precepit aut elegit vera prudentia sed
pro stultitia reputatur Greg. ubi supra. Hec sibi obse-
quentibus precepit honorum culmina querere, adep-
to temporalis glorie vanitate gaudere, irrogata ab
aliis multiplicia mala reddere, cum vires suppetunt
nullis resistentibus cedere, cum virtutis possibilitas
deest quod malicia explere non potest, vult pacifica
verbo simulare etc. de illa loquitur s. Tho. q. cita
primo dicta hec prudentia non est vera, inquit sed
similitudinaria tamen, suadens et proprie prudenter
agere, sed in malis proposita mala, puta ad finem de-
ducere bonum, sed non verum finem assimilatum, sicut
Sicut latro qui sua scit latrocinia, ita scit deduci
ut ipsius peccatis penam potest evadere sic prudenter
agere creditur. Negociator fallax qui merce sua
aut pecunia potest astute alium circumvenire ut
damno alterius lucrum habeat, hic laudatur quod prudens
sit, hec autem potius astutia quam prudentia dici meretur
unde i. cap. iii allegat apostolus Job Scriptum est namque
comprehendam sapientes in astutia sua et iterum dominus
dominus reprobat cogitationes sapientium quoniam vane sunt
ergo si hanc reprobat non creditur, quia hic eam laudet
sed comprehendendo corripit et arguit dominus filios huius
seculi prudentes sine. 2a prudentia est bestialis quia ut dicitur
habent voluptuosi hec est secundum Holk. ubi supra sed in qua
tota mens totus affectus et conatus hominis in
delectabilia tenderet, sicut bestia que solum temporis
presentis cogitat et querit libidinem. S. Tho. q. preci-
ta xv in sol. unius ac. ii alleg. cap. in li. de animalibus
li. viii dicens quod quedam sunt animalia quibus naturale
innata est quedam prudentia qua ipsis delectabilia
noscunt et prudenter querunt, et alia fugiunt
Videmus asinum libentius vadit ad pratum
quam ad molendinum, sunt equus ad stabulum quam ad
currum, sic homines bestiales diligentius querunt
terrenis delicias ocia quiinia Tertia spiritualis etc.

Triplex prudentia

Mundialis

Bestialis

### In vita philosophorum Socrates

Interrogatus a quodam quo vitam sapientiam acquireret, unde ad veram sapientiam adipiscendam duo tibi sunt necessaria, primo ut taceas, secundo ut loqui discas. Sic adquirentibus iis fuit qui questionem illud proposuit fugienda autem omnibus prudentia et inimica dei vnde prudentia i pedes eorum ad malum currunt vt de illa dicit apostolus ad Ro viij prudentia carnis mors prudentia carnis inimica deo legi dei non est subiecta. Glosa super epistolas pauli recitans illud idem sapientia inquit que secundum carnem est multe mortis causa et inimica dei quia [illegible] hominem a deo qui est vita et a dilectione [illegible] eius ergo fit hostis eius. Tunc enim [illegible] sapiens est homo in crapulis ebrietatibus luxuriis retrahitur a deo vt obliviscatur eius. vnde deutero xxxij Incrassatus dilatus recalcitravit dereliquit deum factorem suum et recessit. In ista pessima vtitur prudentia filii seculi filii hominum excelsi et non laudat eos dominus propter illam, eo quod habetur de illa iterum ad Ro viij et secundum carnem sunt que carnis sunt sapiunt et deo placere non possunt etc.

Spiritual'

Alia prudentia est spiritualis quia humilis virtuosa. Hec non est fallax non ambiciosa non carnalis non voluptuosa sed est humilis et virtuosa. vnde Bernardus comparans eam ad prudentiam in sermone quodam. Sapientia mundi inflat et extollit. Sapientia carnis effeminat et emollit. Sapientia autem dei obedit et humiliter conspicit. De illa dicitur non fallit. vnde Seneca prudens fallere non vult et ipse falli non potest. Secundum non est ambiciosa dicitur vnde idem Seneca prudentis est querere quod potest invenire, id discere quod potest scire, id optare quod licet cupere coram bonis etc. De gloriositate huius prudentie dicit Seneca in morali loco suo post descriptionem mundane prudentie et quantum illa sit subdita, dicens prudentis sapientis est nihil pro estimacione fingere, verbis sensum aperire, vera vt sunt amare, falsa demittere, bona gratis exhibere, mala liberius tollerare quam facere, nullam iniurie vltionem querere, simulationem pro virtute levitatem putare. Item Seneca Si prudentiam amplecteris semper et vbique idem eris et prout temporum aut rerum exigit varietas ita te temporibus accomodes, nec te mutes nec te alteres sed potius aptes, sicut manus que semper eadem est siue in palmam extenditur, et siue in pugnum constringitur. Hec est prudentia que desideranda esset apud deum qui et docuit illam Mt x. Estote prudentes sicut serpentes etc. et de illa dicitur ad Ro viij prudentia spiritus pax et vita est etc. O quis autem sapiens qui custodiet hec. In illa non tenetur se filii hominum. Ipsa gratiosa est in oculis hominum, non solum audiens ab eis. De ea vnde dicitur illud Job vj Divinus hic sermo est quid sit vera amare falsa odire est possibilis homo, et quis inimico absque despectu vltionem parcere potest. Et quis in varietate prosperi et adversi semper idem esse invariabilis manere potest, quasi dicat nullus. Possumus ergo dicere quis sapiens et custodiet hec. Prudentia autem mundi facilis est ad ferendum non gravis, ad illam enim natura semper inclinatur, naturalis condicio semper ad eam tendit, propria voluntas pollet. Ipsam ergo diligentius semper ab hominibus filiis mundi diligentius exercent plus quam vera prudentiam etiam ab hiis qui querunt et habent eam. Dictum est ergo verbum domini non ad laudem sed ad correctionem conducit instructionem aliorum, ita vt ad aliam partem etiam trahantur. Cum dicitur filii huius mundi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt etc.

verbum dni

Cum appropinquasset Jhesus Jherosolime videns ciuitatem flevit super eam Luce xix. Dominus noster Jhesus Christus qui non solum verbo doctrine immo etiam exemplo vite sue voluit instruere nos iuxta illud vnde Actuum i in omnium, cepit enim aliquid facere ipse quod nos facere debemus. Monstrat hodie exemplo actionis sue aliquid novi nos docuit, vt cum in gloria honore aut leticia mundana consistimus siue inopie pauperum non inmemores simus. Sed semper meminerimus tamen voluptatem, tum pauperum miseriam misericordiam, quod ipse hodie cum in magno mundano honore a pueris hebreorum susceptus est non fuit inmemor fallentis huius voluptatis inopie omnium suarum. Jherusalem futuram Jherusalem vastacionem et habitatorum eius occisionem. Sed pro illa bona memoria illius mali misertus et amare flevit. vnde Christus cum sit verus deus iuste in illo extitit quod flevit, iuste non humiliter ipse pro nobis flere dignatus est. Hoc etiam flere dominus omnes iuste magister hodie sue vite humilitatem et in nos inestimabilem caritatem. Humilitatem quidem quod honore huius mundanum florem

De fletu dei

eligendo

eligendo sprevit. Ioh. viij. Non veni ut queram
gloriam meam, sed eius qui misit me. Cantare
autem ad nos quia flevit propter tres homines
quibus cum esset hic homo; cum nostrum dampnum
inimici sui perspicerentur se et non gauderet
sicut Christus de suis inimicis conqueritur Treno. i. Omnes
inimici mei audierunt malum meum et letati
sunt. Ipse autem in dampnis inimicorum suorum non
est letatus. i. Petri ij. Qui cum malediceretur non
maledicebat, cum male tractaretur non comminabatur. Est
unde ipse pro inimicis suis non quesivit ultionem
et quantum ex parte sua fuit voluntate ipse impedire
nitebatur orans pro eis Math. xxvij. post igitur
illius ut Christus autem propter hoc non sit anceps hoc
est ideo quia suam voluntatem patris semper proposuit
servandam iuxta illud Ioh. vi. Non veni ut faciam
voluntatem meam sed eius qui misit me patris
ut. Et hec omnia faciens nobis proposuit in exemplum
ut sicut ipse dolore et tristicia pro suis inimicis
passus est, nos similiter pro fratribus nostris fleamus
et dolore feramus. Unde i. Petri ij. Christus passus est
pro nobis vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia
eius. Et ipse tamen dixit nobis illud Iudicum vij.
Quod me videritis facere et vos omnes facite. Unde
pro illo ultimo attendendum. Ter legimus dominum flevisse
et ex tribus racionibus compassionis, devocionis
racione compunctionis; semel ex parte sui ut
tercia vice, ex parte aliorum hominum ut prima vice,
3o ex parte patris sui et hoc 2a vice. Ipsis tribus
voluit ut et nos ad flendum tangamur. Primo
flevit dominus ex compassione ut in hodierno evangelio
legitur cum venit Ierusalem, futuram devasta-
tionem et ruinam doluit flendo. Sic et nos cum pro-
ximorum nostrorum aut fratrem aut sororem futuram novimus
malam peccatorum doleamus flentes et non
gaudeamus iuxta illud Proverbiorum ij. Cum videris
ruinam fratris tui ne rideas. Item ad Ro. xij. Ut
bo in adversitate proximi gaudeam, sed similiter
cum ipso doleam. Monet apostolus similiter fratres
hec sentiens nimirum concordiam hospitalitatem servantes
gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus. Ideo
ergo sicut eius Christus nobis dampnum proximorum, sed fletus
fratrum nostrorum proximorum miserie simul colligere
ac omnibus pietatis visceribus suis ex quibus lacrime
fiant offerant ut Christus autem sic omnibus pietatis
inopiam compaciamur. Nos observanciam cogit christiane
religionis, sed eum volumus dici christianum et nomine hoc

voluntatem

ter flevit dominus

1

vocari conspicuo hec nobis observanda est. Unde
beatus Ambrosius. Omnis inquit christiane religionis sum-
ma est pietas, scilicet compassionis proximi in miserie
et subvencio eius in oportunitate. Ad apostolum
hec est totius legis perfectio, hac tenta neminem
quicquam aliud tenemini ad Ro. xiij. In hac enim
cum dilectione dei tota lex pendet et prophete, verbo
salvatoris Math. xxij. Hanc qui tenuerit erga
proximum, deum sibi acquirit. Unde verba Gregorii
de s. victo. Qui benignus fuerit erga suum proximum
benignum sibi acquirit dominum deum. Item sanctus
Tho. ij 2e q. clvij arti iiij. In tantum diligit deus
observatam erga proximum pietatem quod propter misericordie
mee magnitudinem vult in nobis habitare.
Quia autem in nobis deficiente vult se a nobis
alienare, unde et i. Ioh. iij. Qui viderit fratrem
suum necessitatem patientem et clauserit viscera
sua ab eo, quomodo caritas dei i. deus est in eo, an
diceret: non est in eo. Debemus ergo cum viderimus
inopiam fratrum nostrorum dolere cum eis toto
animo etiam flendo, sicut et Iob se fecisse
testatur xxx c. sui. Flebam quondam super eum qui
afflictus erat, et compaciebatur anima mea pauperi.
Sic et Christus hodie fecit ut nos eadem facere hortaretur.
2o flevit Christus ex devotione in morte Lazari Ioh.
xj. vidit Martham et Mariam flentes et
lacrimatus est Ihesus, non propter mortem Lazari
quia potens erat suscitare eum, unde Ioh. v. Sicut
pater quos vult vivificat, et dedit filio potestatem
ut quos vult vivificet. Sed flevit pro devocione
orans ad patrem pro suscitacione Lazari. Sed non
ex timore dubitacionis, quia pater eum non audiret
quia ut habetur ibidem dicit: Scio quod semper me audis.
Sed ut nobis orantibus modum orandi ostenderet.
Cum ergo ad patrem orare volumus cum lacrimis
et fletibus orare debemus. De illo fletu hec Thobie
vij. Non dubito quin preces cum lacrimis semper ad
se admittit deus. Item Cesarius in li. de pe. abs-
cond. Nichil enim deo adeo potest nos uni-
re sicut preces in lacrimis facte. Ille namque homo
qui ad intimum sponsus dei fuit ex peccato
per lacrimosum accessum ad deum sibi ...
um in ... magna, que intima ... et ...
deo coniunxit; postquam cum lacrimis ad eum accessit
sibi intima dilecta facta est, et non legimus de aliqua
cui maiora dilectionis signa dominus exhibuisset quam
illi, et io. b. Aug. in li. confess. Lacrima est balneum
amoris, quo anima se abluit, fit sponsa regis

2o

celestis audi igitur quantum conplet dominus flentem
ysa xxx° plorans nequaquam plorabis quasi diceret
Tu qui hic flebis gaudebis, ad dextris fruentes quando
venient illi et erunt tibi in leticiam in hijs non
plorabis, ~~quasi diceret tu qui hic fleberis~~ matthei
v. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur etc.
de hac deuotione lacrima loquitur beatus Aug. O
fortis lacrima, tu vincis invisibilem, tu ligas
omnipotentem, omnia alia habent vim supplicandi
tu sola impetrandi, alia petunt, tu cogis. Et Bern.
O humilis lacrima tua est potentia tuum est regnum
aut tribunal iudicis sola non vereris ingredi, quicquid
ab illo petis impetras, si vacua intras, vacua
non exis, accusatoribus te inuentis tuis imponis
silentium, non est qui te accedere prohibeat dy-
abolum magis cruciat quam Jehenna 3° xpus
legitur flevisse ex conpassione, et hec est ex
se ipso ex suo proprio dolore, de hoc habetur ad heb. v. in
diebus carnis sue preces supplicationesque ad
eum, qui saluare posset illum a morte cum clamore
valido et lacrimis offerens etc. huius fletum iterum
imitari debemus xpum flentes propter nos ex
conpunctione propter vulnera peccatorum anime mee
vnde Tren. i. vigilauit iugum iniquitatum mearum,
circo ideo ego plorans et oculus meus deducens
aquas, hunc fletum diligentissime quasi medici-
nam vulnerum nostrorum querere debemus (capitulo) vbi est
Nulla preciosior est medicina animarum quam compunctio la-
crimarum Bernh. super can. tractans illud cant. i.
oleum effusum, dicit lacrimas esse vnguentum
quo se liniunt anime sancte fiunt Cris. super math.
Lacrima que in dei caritate effluit omnem
mentis et corporis angustiam et tristiciamque abstergit
Si vis hic vt sint fletus in futuro premio eius tergentur
vnde apok. vii abstergit deus omnem lac. ab oculis.
Si autem eas hic non habes ipse in futuro per
singulos dies orare et etiam vix vnum saluare
Luce vi ve vobis qui nunc ridetis quia flebitis. Et
Luce xvi fili recordare quia recepisti in vita tua bona
subaudi tempore debes hic mala, melius autem
est hic modicis fletibus non tedere, vt possis in
futuro gaudio solamen habere, exortatur igitur ad
fletum Tren. ij, deduc quasi torrentem lacrimas
per diem et nocte et non des tibi requiem neque
taceat pupilla oculi tui, quia secundum Xr. vt in perpe-
tua Bernh. dixi, qui in nullo tempore extant
flevit, nos quos mala vndique circumdant quare
flere consueuimus debemus saluatorem xpo suo in
Videns ciuitatem fleuit etc.

harisens stans apud se orabat
dicens, gratias ago tibi deus quia non
sum sicut ceteri hominum raptores
iniusti adulteri et velut hic publicanus luc. xviii
Beatus Aug. in omelia hodierna dicit in huius pharisei
exemplo, quantum superbie morbus noceat
hominibus deus ostendit et quantum humilitas prosit
phariseus enim qui in elatione et timore se
se magnificauit ipse reprobatus est, publicanus
autem qui in humilitate sua se increpat et
veniam postulauit ipse iustificatus est teste
domino, quod hic iustificatus descendit in domum
suam, orationis sue ipse accepit fructum, quia in hu-
militate et simplicitate cordis orauit ad deum
et deus exaudiuit eum sicut iure, humilium
et mansuetorum semper placuit deprecatio et iuxta
Respexit in orationem humilium et non spreuit preces
eorum ps. ci. Oratio autem pharisei ipsa despecta
est apud deum, nullum fructum detulit. Superbis
resistit deus Jacob, cum multiplicaueritis
orationem vestras non exaudiet deus ysa. i. vnde pro illo
vlterius aduertendum in tribus fuit viciata oratio
pharisei, primo quia in oratione sua non deum sed
se ipsum laudauit, 2° orando non se peccatorem et
egentem, sed iustum et perfectum considerauit
3° in oratione suam tum se extulit, proximum vero
dampnauit. Pro quo notandum in oratione iusta
et recta debet precipue includi laus dei vt glori-
ficetur per eam deus. Secundo in oratione dominica
antequam petimus, primo deum laudamus, quem
in celis esse sanctum nomen suum proclamamus
secundo in oratione tanta debet esse gloria dei vt nec
voluntatem aut placito suo non preferat petens
desiderium vnde Bernh. in oratione, tantum debet esse humi-
litas quod in omnibus non sua sed dei preponat
orans voluntatem. Secundo et deus in oratione dominica
omnibus petitionibus preponit voluntatem diuinam, primo
esse pro honorandam, hic autem phariseus nullam
in oratione sua laudem dei optauit, non gloriam diuinam
sed suam proclamauit, vnde Aug. Non venit ipse ad
orandum sed ad gloriandum, non humilia lingua deum
laudantem sed in superbiam superbiendo enumerando vi
que bona que fecit deo suo: quasi indigentiam
fecisset oblationis sermo bis in sabbato, decimas do
omnium que possideo. Hunc phariseo adhuc
plerique similes sunt, qui ad templum, hoc est

ad quodlibet opus bonum faciendum ascendunt non quod gloriam dei, sed sui ipsius edificent. Ista pars varia in modum, de illis habetur Ioh. xij dilexerunt magis honorem hominum quam gloriam dei. Audi quomodo placeant hec bona opera deo dicit damascenus in libro contra errores grecorum Qui flos corde orationem fuderit, deum non reconciliat sed offendit, sic oratione enim pia deo illudit qui opere malo orationem piam polluit. Et non attendit illam deus ut quamquam eterne salutis illis retribuet, qui se non ad honorem suum sed ratione proprie laudis benefaciunt, sed premium illorum reddat favorem hominum et gloriam mundi. Unde Math. vj Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Item Gre. iiij moralium xxiiij c. qui pro laude humana in bona actione se exhibent iniustissime a veritate iudice retributionem bonorum operum spectant, qui dum hec in ostentationem laudis faciunt premium suum ab humano ore perceperunt veritate testante receperunt mercedem suam. O ergo sunt detestandi hy qui in bonis operibus se sic occupant, quod videlicet hi sunt propter Iudei melius fuisset eis quod remansissent quam comedissent, et sanctos ventre concupissent, quando orabant a labiorum minimi motu concupissent ut quod nihil preter salutem divine gratie inde meruerunt. Unde de talibus dicit beatus Bernh. Non modicum stultum est per totam diem laborare et vesperi tantum laudem hominum pro sermone recipere. Hac ergo prima ratione viciata fuit huius pharisei oratio. 2o dixi quod in oratione non se peccatorem et egentem, sed iustum et perfectum consideravit. Omnis oratio recta, que deo debet esse accepta debet fieri in humilitate et cordis contritione Ps. l. Cor contritum et humiliatum deus non despiciet, et propter omnibus debet homo attendere peccata sua quia illa indigentiam eius faciunt ad impetrandum aliquid a deo, etiam ad illam allocutionem qua in oratione fruendus est, sic debet enim omnia peccata petere veniam, et ut dignus fiat gratiam. Unde Gre. id quod petendum nobis est a deo, est gratia in presenti et gloria in futuro. Hic autem phariseus quod peccatorem se non credidit, ergo veniam non postulavit nec gratiam petivit quod sibi eam deesse non estimavit. Tantum gloriam mundi quesivit, quod omnibus meliorem se iudicavit. Aug. in o. Gravi iactantie morbo laboravit qui se non solum publicano, sed et omnibus ceteris hominibus arrogant preferre non timuit. Hic enim iactavit se bonis operibus suis quasi per hec a deo ut honoraretur postularet quasi ipsis meruisset, nesciens tamen quod minimum est pro nihilo vel ad merendum, id quod nos ad laudem dei facere possumus. Unde apostolus non sumus sufficientes ut. Heu quot adhuc similes huic reperiuntur, qui etiam temerarie audent dicere cum vident prosperitatem aliorum, ut quod deus mihi talia etiam non confert sicut illi, cum tamen aut plura bona fecerim quam ille. Sic et econtra in adversitate ut quid deus tanta mala super me sinit provenire cum tamen non feci malum, non fecit sicut illi qui hoc aut hoc fecerunt ut Vana est hec gloria et pessima iactantia, ymo pessima contra deum rebellio nimia. Isti enim hoc pharisei in duobus male agunt primo quod se non peccasse gloriantur, sicut hic dicit non sum sicut ceteri. Audi sapientem, scriptum est in primo accusator sui ipsius et non laudator. Nullus adeo iustus qui de se vere dicere possit quod peccatum non habeat. Unde i Ioh. i. Si dixerimus quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Ergo quicumque iustus quis fuerit peccatorem se confiteatur et etiam maxime omnibus peiorem. Unde apostolus in hodierna epistola Ego sum minimus apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus. Iste phariseus autem hic mendax et sui sequaces publicanum reprehendit, quod peccatorem se non esse probare voluit. Beda ipse a deo reprobatus est, qui se peccatum non habere gloriatus est, et si peccatum autem non habuisset, peccatum tunc sibi acquisivisset. 2o satis agunt in hoc quod bene fecisse se gloriantur, ipse enim quasi melioribus hominibus fuisset melior et sanctior de se gloriatus est. Audi autem iterum sapientem Prov. xxvij alienus te laudet et non os tuum. Item ij Chor. x non qui se commendat laudabilis probatus est sed quem deus commendat. Hi autem similes sunt qui semper se laudant, qui neminem se laudare velle considerat, et dico similes eos quod dicit Cathon. Hoc faciunt stulti quos gloria vexat inanis. Gre. Inanis est gloria se omnibus dignum laude estimare, et si etiam virtutes quid haberet, sed ipse virtuosus per eam gloriam fieret. Unde Aug. 9 di. qualiter quis virtute polleat si inanem gloriam sibi eam attribuat, et de ea famam et laudem humanam querat, eam omnino perdit et penitus annihilat. Iste 2o viciata est eius oratio. Beatus super hoc reperitur Bernh. rege in Sed de tertio nondum in oratione vocari debet esse quod non pro se et pro proximo etiam pro tota ecclesia orandum unde Iac. Orate pro invicem ut salvemini, et non tantum pro hiis qui in ecclesia, etiam pro inimicis ut convertantur pro quibus nos Christus pro omnibus peccatoribus orandum docet Mat. v. Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos. Sic oratio dei ipsi cordi et placet deo unde dicit Beda Preces suas plus valere efficit qui eas pro aliis impendit, quanto enim oratio est communior, tanto est deo acceptior. Sed hic phariseus tantum sui in oratione sua memor est in bono, fratris autem sui in malo omnino reprehendens, et dampnans dicit non sum sicut hic publicanus, non attendens quantam iniuriam faciat deo, quia iudicium dei sibi usurpans, quod unum pater omne iudicium dedit filio ut act. x. Ipse est constitutus iudex vivorum et mortuorum. Ipse autem sed phariseus iudicium dei temerarie sibi usurpavit, seipsum in hoc dampnans ut ad Ro. ii. In quo alterum iudicas te ipsum condempnas. Hos igitur attendentes huius pharisei exemplum ipsum non imitemur hortante beato Aug. in omel. Solicite inquit fratres karissimi perpendendum est quod bona que facimus a laude quam custodiamus, ne hoc quod a nobis recte geritur, intus a mercede evacuetur et fiant etiam verba sua corporis male igitur orabat phariseus

Solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte, Marci vii. Venerabilis Beda in omel. hodierna hunc evangelii hystoriam lectionis exponens tropologice, dicit hunc hominem egrum a Christo sanatum non nisi hominem per peccatum surdum in egritudinem surditatis et mutitatis cecidit, et tandem a Christo sanatus est, recipitur. Dicit enim homo ab auditu verbi dei tunc abscinditur, quando verbum serpentis fallentis contra deum audivit, etiam tunc mutus factus est a laude sui conditoris, quando collocucione usus est sui seductoris, hunc egrotum Christus sua pietate sanavit, et ab omni egritudine liberavit, unde sicut ex auditu verbi serpentis factus est surdus, sic ex verbo salvatoris iterum sanatus est, unde proverb. viii. Beatus homo qui audit me et non qui audierunt me non confundentur. Et item sicut ex auditu, sic et ex collocucione dyaboli factus est mutus, econtra per Christum et conversationem eius reddita est omnibus loquela, unde Math. x. Dabitur vobis etc. in illa hora quid loquamini, de illa sanatione premittit propheta loquens in persona dilectoris Ysaie l. Dominus deus ut audiam eum tamquam magistrum meum, aperuit michi aurem, dedit michi linguam eruditam ut sciam sustentare eum qui lassus est verbo. In hiis verbis tamquam hec utraque sanatio, contra surditatem dicit sibi aurem esse apertam, contra mutitatem linguam eruditam sibi datam. Modo pro primo, quid est aperire aurem, est aurem hominis a verbo et doctrina dyaboli aut mundi abstrahere, et ad sui disciplinam vel verbum inclinare unde ps. Misit verbum suum et sanavit eos, hoc est misit suum verbum eis ad audiendum et sanavit eos a surditate quam habuerunt ad ipsum audiendum in verbum dyaboli, ergo in dicto propheta dicitur ut audiam eum tamquam magistrum meum. Secundo dare linguam eruditam, est os et linguam hominis a verbo seductoris et collocucione eius abstrahere ad loquendum et commendandum in verbo dei unde Ihere. i. Ecce dedi verba mea dicit dominus in ore tuo ut sed loquaris illud in laude mea, et salute morum, ergo in propheta ut sciam sustentare. Sic ab utraque infirmitate mundavit nos dominus. O quam bonus et fidelis medicus qui non tantum partem, sed et totam integritatem egritudinis curavit, unde dicitur totum hominem sanum feci et mirantur omnes Ioh. v. Augustinus Hic medicus Christus non tantum corpus hominis et animam sanat. Ideo non est infirmitas quam curare non posset iste medicus. Si igitur vellet et ego providerem eternaliter possem sic salvus esse. Videmus autem persepe, quod ex lassitudine patientem eum nolunt ea suscipere, quod committunt illi medicus suus, non tamen que per se sunt sanativa contraria, et aut per se infecti secundum primam, ipse incidit in peius morbum, aut per multos sanatus aut liberatus fuisset. Sic et homo qui non custodit promissa sui medici, non timens tamen eadem secundum consilium eius recidit in peiorem graviorem infirmitatem, audi quod precepit medicus Ioh. v. Ecce iam sanus factus es iam noli peccare ne deterius tibi contingat. Ecce peccatum ut caveamus ipse nobis committit illud. Enim primo fuit causa nostre egritudinis, et nisi idem amplius vitaverimus in peiorem infirmitatem incidemus, ad eam per peccatum venire possimus surditatem et mutitatem, a qua curavit nos dominus. Unde de surditate dicitur ps. lvii. Ecce iniquitatem operantur et secundum similitudinem furor illis secundum similitudinem serpentis sicut aspidis surde ob. au. su. que non exaudiet vocem incantantium. Sed de mutitate ipsi ne vi ve michi quia tacui quia vir pollutus labiis ego sum etc. q. d. ego tacui id est obmutui quia sum pollutus et plenus malis, unde ps. xxxviii obmutui et silui a bonis et non aperui os meum etc. Dyabolus enim statim post perpetracionem peccati accipit potestatem super hominem dirigendi eum ut cogat eum ad faciendum et omittendum quod vult et ad loquendum et tacendum iuxta placitum suum. Unde est quod unum petrum christus ad alium. Aut pro utraque parte vel de peccato lingue qui pollutum os suum malicia dyaboli permittit inhabitare in ore suo, et tunc hic acceperit habitare in homine, undique actus suos ligat scilicet manum suam, aures ad audiendum et obaudiendum placita sua, linguam ad loquendum et tacendum placita sua, et non potest tunc loqui que ipse vult eo quod ligata sit lingua eius, et hoc vinculum de quo sonant verba proposita: solutum est vinculum lingue eius. ¶ Pro quo igitur ulterius noscendum dimittendo de sensualitate et de aliis eo quod de lingua sonent verba proposita, vinculum lingue ut in proposito consideratur est ligamentum ex obediencia qua homo dyabolo confederatur, et determinatur loqui tacenda et tacens loquenda. Sic hac descripcione dupliciter tangitur vinculum scilicet ut loquatur tacenda et ut taceat loquenda. Primum enim est vinculum lingue quo ligatur ad loquendum ea que deberet tacere, unde proverbiorum xvii malus obedit lingue iniquae et fallax labiis mendacibus. Sed cum lingua iniqua dyabolus est, cum de eo dicatur Io. viii dyabolus mendax est et pater eius, cum in mendacio loquitur ex propriis loquitur, ipse suadet iniquitatem, et eandem persuadet mentiri et peccatum committere, quod ut malus qui sibi obedit ex illa obediencia ligatus est ad ea mala que sunt mendacium, fallacia, dolus, contencio, maledictio, detractio, periurium etc. Sed quia verba proposita magis sonant ad alteram partem, relinquo illam indeterminatam. ¶ Secundum igitur vinculum lingue est quo ligatur ad tacendum in hiis quibus lingua uti deberet in locucione, ut sunt laus dei, confessio peccatorum, correptio malorum, suscepcio morum. Unde triphares sunt quibus convenit semper loqui, quibus tamen dyabolus per tria etiam vincula ligat linguas suas. Primi sunt doctores, secundi principes aut potentes, tercii cordi orbes dei laudatores. Primis ligatur ~~lingua~~ vinculo timoris, secundis vinculo falsi amoris, terciis vinculo

// s. vane glorie

pigricie aut accidie. Quantum ad primos doctoribus convenit frequenter loqui et non tacere loquenda, unde Ysa. lviii clama ne cesses quasi tuba exalta vocem tuam, et xl tu qui evangelizas Syon clama in fortitudine etc. Jer. i ad omnia que mittam te ibis et universa que mandavero tibi loqueris. Deinde tamen ille dyabolus colligat linguas suas vinculo falsi timoris ut ne increpent malos potentes ne persecuti se faciant, aut quod timeant displicere populo ex proclamacione veritatis consultant eam, unde Ysa. in de pro lo. li. in c. xlv multi sacerdotes metu timoris veritatem occultant, et a bono opere et predicacione iusticie rei alicuius formidine aut prelatis terrore conterriti subduntur. Aut loquitur de hiis: hii sunt mercenarii qui vident lupum et fugiunt, et bene dico fugiunt, quia dum veritatem dicere debeant tacent; veruntamen racionem reddent deo de plebibus sibi commissis, unde Ezech. iii speculatorem te constitui domui Israel, si non locutus fueris ut custodiat se impius a via et iniquitate sua et morietur in illa, sanguinem eius de manu tua requiram etc. Exemplum huius notatur in Hely i Reg. ii. Debent ergo sacerdotes fideles esse doctores sue plebis, ut eos doceant et arguant. Ysa. ubi supra c. xlvi Sacerdotes in duobus debent esse solliciti apud populum suum, ita ut male acta resecent et ea mala que admitti possent ne perpetrentur doctrina. Doctrina sua succrescente precavent. Sic frangitur vinculum lingue eius, ut de eo qui se fregerit hoc dicatur verbum propositum: solutum est vinculum etc. loquebatur recte. ¶ Secundi quibus convenit loqui frequenter et non tacere sunt principes aut iudices et sunt omnes potentes habentes potestatem super aliquos aut puniendi vel compellendi aut corrigendi. De hiis non licet tacere neque sileant verbo neque facto sed correctione quiescant. Ideo Ysa. ubi supra Quod sacerdos non potest sua doctrina hoc suppleat principis per sua mandata. i Reg. xv Triumphator in Israel non parcet. Attamen hiis etiam sepissime ligatur lingua dyabolo etiam manus vinculo amoris vane glorie; hoc enim ut populo non displiceant, iniuriarum scandala admittunt et non corrigunt, sunt etiam sepius ne fiant odibiles simul facientes. Exemplum habetur in Aaron duce Israel, qui permisit populo ut vitulum facerent absente Moyse Exod. xxxii. Pro secundo exemplum habetur in Pilato qui timuit cesarem, attamen etiam ut placeret populo fecit malum Mat. xxvii. O quot adhuc sunt sequaces eius, cum tamen quod dicit ysidorus v° li. iij c. liij principes seculi nonnumquam constituti ut principatus et honoris culmina teneant, sed ut per suam potestatem ecclesiasticam muniant disciplinam. Sepe in ecclesia qui populi sunt conculcant sanctos; quos igitur coercere non potest ecclesie humilitas, ad illos se interponat principalis potestas. Et non debent omnino parcere malis quanto misericordes debent esse bonis, tanto ergo [illegible] malis, sic sanctis [illegible] sunt compungimento lingue verum etiam manuum. Exemplum habemus in Saul, qui pepercit Agag regi; dominus eiecit eum et que sunt vera secundum cor suum 1 Re. xv. Gregorius in pastorali. Sit ergo omnibus rectoribus bene vivientibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitie sit erectus.

¶ Tertio quod inde [illegible] domini sunt omnes laudatores dei, hii semper loqui debent confitendo peccata, et laudando dominum per carmina sua. Unde psalmo xxxiij Benedicam dominum in omni tempore semper laus eius in ore meo. Gregorius: Recte omni tempore me sibi benedicere obligat qui omni tempore bona mihi prestat. Inter omnia animalia nulli tam bestiam deus prestitit honorem et gratiam; ergo plus ipse omnibus deum debet laudare decantare. Unde auctor summe virtutum: Attende homo, quod volucres celi dominum laudant cantu lingue sue; tibi dedit linguam pre omnibus ceteris loquela, propterea plus omnibus debes eum laudare. Hiis ligatur lingua vinculo accidie aut sue delectationis; hoc est quod homo piger sit ad id quod bonum est quamvis nimium delectetur in hiis que carnis sue sunt delectationes, prima que semper sit [illegible]. Secundo isti sunt qui linguas suas offerunt maledictionibus aperientes ut proprie dicam [illegible] dicentes contra blasphemiam dei et proximi. Unde ps. lxviij In me psallebant qui bibebant vinum.

¶ Hoc vinculum rumpere debemus gemitu clamore et labore, in laude dei iugiter psallendo, quo non tantum rumpitur vinculum dyaboli, sed et ipse penitus fugatur. Unde Gregorius in moralibus: homo quando divinas canens laudes, cunctos a se fugat hostes infernales. Cassianus in libro collationum [illegible]: Cunctos a nobis spiritus malignos fugamus dum laudes dei devote laudibus personamus. Quicumque ergo sic hec vincula disrumpit et in laude dei personaverit, ipse est qui per deum a iniquitate liberatus est, de quo dicere possum: Solutum est vinculum lingue eius et loquebatur recte. Mr.

Beati oculi qui vident que vos videtis, Luce x. Dominus hic in hiis verbis beatitudinem in visione dei consistere predicat, eo quod beatos illos oculos dicit qui videre possunt deum non tantum visu corporali; multi enim viderunt, unde sunt [illegible], sed qui visu spirituali per fidem eum cognoscunt. Unde Beda in homelia: Non beatificat dominus oculos infidelium qui corporaliter Christum in carne viderunt, et demum in sua infidelitate persisterunt, sed illos dicit oculos esse beatos quibus sic cognoscere per suam revelationem dignatus est, qui eum hominem viderunt et deum crediderunt. Multi sunt qui eum viderunt oculis corporis, et tamen certum de illis est quod dampnationi eternaliter deputati sunt, ut Iudas, Pilatus, Caiphas; similiter Herodes vidit eum et gavisus est, quia ex multo tempore erat cupiens videre illum; sed non viderunt illum ad beatitudinem consequendam. Unde tamen secundo videbunt eum [illegible]. Unde dicit eis Mt. xxvj Amodo videbitis filium hominis venientem etc. Primi autem eum videbunt cum letitia accepta. Unde Jo. xvj Iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum. Secundum hunc in verbis propositis Beati oculi qui vident, id est videre merentur, quod non ex visione corporali sed spirituali sequitur beatitudo. Quam igitur beatitudinem et nos licet eum videre non possimus corporis oculis, si oculis mentis videmus, consequi valemus. Beda: Hac beatitudine nequaquam et nos fraudabimur, licet oculis corporis eum non videmus; unde dominus dicit in psalmo: Beati qui non viderunt et crediderunt. Joh. xxi. Glo.: Beati sunt qui non viderunt oculis corporis, sed mentis et crediderunt, sic [illegible] in omni scriptura. Unde pro illo notandum et intelligendum duplex est oculus: aut visio corporalis sive et spiritualis. Oculis corporis videre non possumus deum, Jo. iij Deum nemo vidit umquam; Exodi xxxiij Non videbit me homo [illegible] super terram. Aliquis tamen oculi spirituales de illis dicitur [illegible]. ¶ Posuit oculos eorum super corda ipsorum. [illegible]. Anima duos habet oculos spirituales, intellectum scilicet et affectum. Sicut enim oculus exterior discernit, iudicat de speciebus visibilibus corporalibus, sic illi duo oculi faciunt [illegible] visibilia ad intellectuale spirituale. Illos duos oculos semper debemus erectos et apertos tenere ad deum ad conspiciendum illum. Gregorius dicit ps. xxiiij Oculi mei semper ad dominum; hiis eum apprehendo possimus deum, si conspicere eum oculo intellectus cognoscemus eum, si oculo affectus acquiremus eum. Unde Ysid. in de sum. bo. li. ii c. xii, quod ista in corde hominis sunt sciendum est deum gratia sua iam in corde omnium bene prodire. Ecce si scivisti prius est deceptus est in oculos spirituales, sicut species coloris in organo oculi spiritualis. Inter istos autem duos oculos unus est dexter et alter sinister. Dexter est affectus, sinister est intellectus, et dico hunc dextrum i. rectum, quia rectus est intentione eius coram deo et internus apud illum. Unde Cant. iiii. Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Ista Christus ad ecclesiam aut animam fidelem, glossa: in uno scilicet oculi tui, scilicet amoris et dilectionis me vulnerasti cor meum et colligasti in amorem tuum. Alter autem est sinister, quia non rectus est eius intentio, unde intelligere et non amare, errare est. Amare autem et si etiam intellectus desit, bonum est, quia ubi intellectus caligat amor penetrat. Unde etiam intentio huius oculi solius non vulnerat, nec ligat sponsum in amore, autem nec sponsum sui, sicut dexter probatur, ergo homo hoc oculo intueri vult deum, scilicet ut cognoscat eum, scire et scientiis magnis de illo unde Eccl. iii altiora te ne quesieris, fortiora te ne scrutatus fueris, non est necesse te videre oculis tuis que abscondita sunt. Nec nocet igitur plus quam prodest scientia dei, si desit amor ad illud. Oculus autem dexter quamvis ille aliquid solus sit, hoc est homo cor habens amorem et affectum ad deum licet scientiam magnam de eo non habeat, nihilominus tamen prodest. Unde Aug. in de confes. Solus dei amator sua iocunditate amplectitur id quod desiderat. Sed quanto fuerit amor ferventior tanto erit visio planior, quanto desideramus ferventius, tanto intuebimur eum clarius, et quanto quis fortius amat melior efficitur. Sin autem ambo in corde hominis habeantur oculi plus securitas efficitur, quia tunc intellectus affectum dirigit docet quod diligere bonitatem omnem eius quod amat, videtque in quo notitiam rei quam bona nobis aut propria sit magis attente hanc querit aut diligit. Sic et hic qui sinistrum habet oculum, scilicet intellectum cognitionem dei, dextro fortius videre valet, i. fortior sit eius affectus, ad illud dicit ego deus in ...

Samaritano, si scires quis est qui petit a te tu forte peteres ab illo. Hoc est si cognosceres illud integre pertractasses, sibi ut placeres, et inde ab eo gratiam impetrares. Debemus ergo ambobus oculis deum intueri. Sed non satis illuminari queat nisi oculus sinister, scilicet intellectus, erigatur tunc dexter. Hic denique bonum gratie adipisci in diabolus autem summe nititur hic minus sequitur eruere nobis illum oculum dextrum, et impedire visum eius, etiam plus quam alterius. Sciens hunc plus illo sanctitatem acquisitionem. Unde i. Re. xi. Naas dixit filiis Israel in Jabes et Galaad, faciam vobiscum fedus ut eruam omnium vestrum oculos dextros, et faciam vos in scandalum universo Israel. Naas serpens interpretatur et est diabolus, ipse eruit Israel, hoc est videntium deum anime per oculum affectus et intellectus, eruere oculum suum dextrum qui est affectus, ut hoc amplius non videat, et fiat scandalum Israeli. Unde Greg. in mor. Callidus hostis iuste deceptionis malitia fortius impingit ei quem in amore dei et desiderio celestis patrie inhiare cognoscit. Sed pro eruendo sinistro oculo, non multum intrat, quia scit quod habito illo sine recto plus nocet quam prodest. Unde homo sciens si male fecit et deum relinquit magis peccat quam hic qui tanta non scivit. Unde non solum admittit errorem ad discendum sed aliquid incitat et compellit volens per hoc mortem. Unde Gen. iii dixit Eve, in quacumque hora comederitis de hoc ligno eritis sicut dii scientes bonum et malum. Ecce provocat et incitat ad sciendum. Sic autem insidiando cogitat, ut eos per hoc ad superbiam ducat, quia scientia inflat, et per superbiam qua ipse cecidit et illos deiciat. Secundo illo autem est quod homines magis sunt inclinati ad sciendum magis et scrutandum magis, dicere magis de deo, sed non ad faciendum magis gaudent in scientia quam in dilectione dei. Hii intuentur deum uno oculo scilicet sinistro, dextrum autem claudunt ab eo. Hii vacui ceci sunt. Unde Ysid. in de sum. bo. li. iii c. xi. Sermo dei aut scientia dei fidelibus lux est reprobis autem et superbis tenebrescit, et unde illi illuminantur isti cecantur, eo quod scripturas sacras non utuntur ad dei gloriam, sed ad propriam laudem. Hac autem visione qua sic intuentur deum uno oculo non acquirunt beatitudinem visionis eterne. Sed ideo oportet quod ambo oculi sint simul elevati unde non Alexander magnus sicut legitur in historia ista habuit diversos oculos unum sinistrum videntem alium deorsum; hunc omnes sapientes felicem clamabant et hoc esse signum illius, quia uno oculo respexit sursum ad celum, quod sibi obedivit, quia dicebatur omnes planete concordantes clamare te esse felicem; alio oculo vidit deorsum ad terram quam possedit. Sed ista felicitas falsa fuit, quia in brevi tempore et nec celum nec terra amicitiam sibi servavit. Sic si et qui oculos mentis sic habent diversos, dicit Bernhardus est in nobis intellectus et affectus, et hii duo invicem adversantur, ut alter prima alter infima appetere videatur; et credunt ex hoc homines se esse felices, quia habent oculum dextrum super terram, congregando cumulando confidentes sibi non posse deficere. Quia autem sinistrum habent sursum, credunt etiam se cum supernis hereditatem recepisse; sed nolunt attendere quod sinistro oculo sursum suspicientes non recipiunt gratiam dei nisi secundum deum. Si ergo volumus acquirere visionis beatitudinem in futuro ex visione spirituali in presenti, oportet quod ambos oculos sursum teneamus. Unde Ysaie lxi Leva oculos tuos et vide; non dicit oculum, sed oculos. Leva sursum. Psalmus xiii et lii Dominus de celo prospexit super filios hominum ut videat si est intelligens aut requirens deum: intelligens per oculum intellectus, requirens deum per oculum affectus, si illos respexit dominus in hac sancta visione; in hac cognitione consistit felicitas que est vita eterna in futuro possidenda. Unde Joh. xvii Hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti Jesum Christum. Unde deum etiam est verbum [illegible] oculo qui videt vel

Non est inventus qui rediret et daret gloriam deo. Luce xvii. In hiis verbis ingratitudo comprehenditur horum leprosorum qui a domino hodie curam meruerunt et prius dari hec verba, de quibuscumque ingrati sunt qui multa receperunt a deo bona, et minime sunt attenti ut pro ipsis beneficiis gratiarum referant actiones. Dominus namque deus noster qui semper beneficia nobis prestat, et numquam cessat benefacere, solas pro suis beneficiis requirit gratiarum actiones, eo quod nos aliud non possumus sed dignam recompensacionem, tamen laudes et honores cottidie sibi reddere tenemur iuxta illud i Thess. ult. In omnibus semper gratias agite,

quod et dicit S. Thomas in ii-ii q. cvi art. iii in fine dicens: Omnia beneficia facit nobis deus ut sibi inde laus eveniat, quia omnia a deo facta in sui ipsius finaliter laudem facta arguit. Omnis effectus ordinatur in suam causam, eo quod ordinatur in finem sui agentis, sed manifestum est quod beneficiens causa sit beneficii. Naturalis igitur ordo requirit ut sicut ipsius beneficii is qui accipit convertatur ad eum a quo accepit, ut sit per recompensacionem iterum benefaciendo sibi si potest; si non, tamen honore et reverentia gratias agendo ad illum. Sed quia nos innumerabilia a deo beneficia accepimus et adhuc hodie accipimus ut in creatione redemptione unitione conservacione, et insuper cotidiana, tenemur etiam converti ad illum, sed quia non per recompensacionem, quia ipse non indiget redditione bonorum, unde psalmus Bonorum meorum non indiges. Tamen quia non habemus unde dignas gratias possimus ipsi reddi equalitas, debemus in laudacionibus honoribus gratiarum actionibus nos convertere ad illum et gratus erit de nobis. Unde Bernhardus Nihil pro deum dono ab accipiente reddi acceptius, quam si gratiam sint ad quod est sibi gratiam dare [illegible]. Et hoc totum est quod habetur in [illegible] de [illegible] iii: deus omnia in se convertit tanquam causa; unde qui gratus est deo ipse naturali reditu convertitur ad eum a quo venit; ingratus autem ipse non redit, sed separatus est a suo naturali principio, separatur sic a communione omnium creaturarum que similiter ut deum convertuntur ad deum; ipse solus contrarians est illi, unde de hiis sonat dominus [illegible] de pomo et morte et Boetius in de cons. phi iii m. [illegible] de anima peccatrici que non habet [illegible] redeundi ad locum unde venit; per hoc igitur separamur a deo quia ingrati sumus de beneficiis illius. Unde Bernhardus et habetur in flo. Nihil ita est deo in filiis suis ingratitudo [illegible] signum est magne arrogancie, de propriis beneficiis non gratias agere. Cum enim deo gratias referimus eum laudamus et veraciter ipsum dominum deum nostrum creatorem salvatorem protectorem esse cognoscimus et confitemur, et ad quem in omni necessitate confugere possumus sicut milites ad dominum suum regem. Cum autem hec non facimus ipsum dominum nobis esse negamus, et refugium patet in necessitate ad illum. Unde Anselmus in libro de similitudinibus: Vera cognitio domini est reddere [illegible]. Unde cum arrogantius deo similiter [illegible] ipse bona a deo accepta non cognoscit, et si non recognoscit enim tamquam dominum aut regem a quo feudum accepit, ipse vero tamquam inobediens civis a treuma prorsus eius separatur. Ergo dicit apostolus 2 Thimotheum iii: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa, quia homines erunt amantes se ipsos et deo ingrati. Venit igitur de tertia frigiditate progrediendo noto. In triplici genere sunt frigidi ut dicit Holkot super Sapientiam lectione clxxxv. Primi qui penitus obliviscuntur beneficiorum. 2i qui licet memorantur, redditionem tamen abstrahunt honoris. Tertii qui non tantum diminuunt honorem debitum, sed reddunt contumeliam pro exhibitione beneficiorum. Quantum ad primos ipsi sunt, ut ibidem dicitur, qui cum exhibitorum sunt immemores, sed plura accipienda poscunt, non de receptis, sed solum de recipiendis cogitant. Unde et Seneca iii de beneficiis: Summa enim et potissima causa est ingratitudinis et arrogantie, quia nonnisi semper cupiditatibus et cupimus, non quod habemus, sed quod petimus, non in illud quod est, sed in illud quod sumpturi intenti sumus. Et hec pessima est ingratitudo, quia ad redditionem recompensationem requiritur aliquid labor, aliquid etiam largitio; ergo si tertia abstrahuntur, quamvis non est minimum, sed ad retinendum memoria receptorum nihil impendit. Est igitur sola malicia causa oblivionis eius qui nobis bene fecit. Unde hec ingratitudo non ingratitudo dici meretur, sed potius dicitur obliviositas, tales fuerunt filii Israel, qui quamvis maiora et plura a deo acceperint, non fuerunt memores eorum, sed semper attenti ad postulandum plura. Unde postquam liberavit eos de servitute Egiptiorum in manu potenti, in lumine ignis, in protectione nubis, in divisione maris rubri, in occisione primogenitorum, percussione escas dans etiam escas de celo, manna et potum de aquis, non consideraverunt deum, immo dominum dereliquerunt enim et fecerunt sculptilia suis. Unde de eis dicit psalmista: Obliti sunt deum qui salvavit eos. Concupierunt concupiscentias suas tempore deserti etc. O quot adhuc tales sunt qui cottidie a deo bona recipiunt, in gratiarum actione autem pigri ac nolentes, de talibus habetur Ecclesiastici xxix: Ingratus sensu derelinquet liberantem se. Et sicut ipse deum derelinquit, sic et ab ipso derelinquetur, quia secundum Ambrosium gratiarum actio est ad plus dandum invitatio. Sic econtra ingratitudo est ulterioris dationis prohibitio. Si igitur in gratiarum actione essemus, quoniam dominus etiam in ulteriori largitione paratus esset, quia secundum Holkot ibidem. Sicut agricola hunc agrum diligentius colit quem fructus plures proferre cognovit. Et econtra quem nunquam novit ferre minus convenit eum colere. Sic et dominus quem minus videt facere fructus laudis et directionem huius nunquam largiri vult munera sicut glossa. Unde Seneca: Non est dignus dandis qui non est gratus de datis. 2i frigidi qui licet memoriam habeant receptorum beneficiorum, honoris tamen et reverentie debitum non reddunt. Et sunt omnes illi qui non recolunt prius benefactoribus facere recompensam, aut beneficiis aut honoribus secundum quod potentes sunt, quia sicut in primo dictum est et habetur Actuum x et Ecclesiastici c. viii. Qui nequeunt retributionem facere sibi benefacientibus, iuxta condignum saltem gratiarum actionem exhibeant, ut recompensando se ostendant habere voluntatem. Est enim gratiarum actio quedam retributio exhibitionis voluntatis in eo qui tribuere nequit ad valorem. Et hanc tenemur et debemus, et etiam bene possumus. Unde beatus Augustinus: Nichil melius est dicere, nil melius mente gerere, nihil letius exclamare quam deo gratias. Qui autem secus faciunt, secundum Holkot ipsi similes sunt porcis qui sub arbore glandes colligunt, arborem autem a qua receperunt ipsi nunquam respiciunt. Sic illi qui munera in esca[?]lia a domino acceperunt, sed ad regratiandum et laudandum non redeunt sicut sonant verba proposita. 3ii frigidi sunt qui non tantum laudes et gratiarum actionem benefactoribus abstrahunt, sed et eis malum pro bono reddunt. Unde: Recordare domine quod steterim coram te pro eis bonum, unde autem fodierunt foveam anime mee, nunquam redditur pro bono malum, Ieremie xviii. Sic sunt multi qui contumelias faciunt contra deum his donis etiam ipsis ab eo datis contra deum pugnando ut dicit Holkot. Ea que dedit eis in suum honorem convertendo ad pugnandum contra ipsum operantur. Unde dedit dominus fortitudinem pro defensione veritatis, sapientiam pro doctrina et divitias pro sustentatione pauperum. Verbis unde ad eos qui habentes donationem dentes, qui loquitur, sic loquitur in exhortando, qui tribuit, sic tribuat in simplicitate. Sed heu istis donis mali homines abusi sunt, sapientiam pro deceptione, facundiam pro contumelia, divitias pro sola delectatione, fortitudinem pro pauperum oppressione. Quicumque sic deo exprobrantes suis donis, nequaquam bona, sed mala agere cogitant

Holkot lectione lxxxix ponit unam auctoritatem longam Bernhardi pro materia illa valde aptam

patrinis verum eorum ipsius unde Seneca epistola xxiii nos et dominum Christi de divitiis accepere donis

Quid aliud faciunt, nisi pro suis donis contra deum pugnant. Idem in omelia super illud Luce xxi Cum audieritis prelia etc. magis apte illud dicat: omnia que ad usum vite accepimus, nos ad usum culpe convertimus; tranquillitatem quippe humane pacis ad usum convertimus securitatis, salutem corporum ad usum mutamus viciorum, sed et habundantiam ubertatis ad perversitatem interserimus voluptatis. Videns igitur ob tam multiplicem ingratitudinis speciem multe reprehensionis meritum a domino dicere: Non est inventus qui rediret etc.

## Non potestis deo servire et mamone

Math. vi. Dominus noster Ihesus Christus qui in precedenti dominica verbis suis arguit de nostra ingratitudine, inducens nos in amorem suum ut in gratiarum actione manentes sedulam sibi exhibeamus servitutem, volens quod eius amorem in nobis conservare eiusdemque impedimenta eradicare, dixit in hodierno evangelio omnem alienum amorem excludere, et sui solius dilectionem consuadere, ab omni nos servitute liberare, et sibi pro servitio inhiare. Dicit enim Ovidius in de remedio amoris li. ii: Secta bipertito cum mens discurrit amore, Alterius vires abstrahit alter amor. Nisi enim amor dei fuerit solitarius non potest esse perfectus. Unde Augustinus in libro confessionum: Minus te domine amat qui aliquid tecum amat quod non propter te amat. Ex quo patet quod illud alienum amatum dividit vim mentis amantis et abstrahit partem amoris que alias etiam dirigeretur in deum amandum, et plus diligeretur. Unde Crisostomus: Verus Christi amor totum illum se transfert quo eum sui amoris intentio ducit. Et inde est quod dominus dicit adolescenti Math. xix: Si vis perfectus fieri vade vende omnia que habes et da pauperibus, veni et sequere me. Sed quia alicui servituti aut dilectioni fuit ligatus, statum perfectionis attingere non potuit, ea que habuit relinquere noluit, abiit tristis. Sed sunt aliqui qui ad perfectum amorem dei pervenire cupientes nichil voluerunt in mundo diligere ut perfectius possent deum amare. Unde Gregorius: Sunt enim omnino hii duo amores aut due servitutes contrarie, qui enim deo servit, ipse ad bonum tendit, quia mundo hinc dyabolus qui princeps huius mundi est Io. xii omnem maliciam suggerit quia servientes suis prave semper contradicit. Sed ergo Augustinus in omelia: Hec duo valde sibi contraria sunt que deus precipit et que dyabolus suggerit; deus enim ad virtutes vocat, dyabolus autem ad vitia trahere festinat. Sicut lucis et tenebrarum nulla est eius societas. Servitus etiam dyaboli dura est et aspera, iugum autem domini leve. Unde Alanus poeta in parabolis: Duo sunt que non possunt intrare cor unum, hic amor mundi, verusque amorque dei. Recte ergo dixi quod docet dominus omnem alienum excludere amorem, si sui dilectionem volumus attingere, cum dicit: Non potestis deo servire etc.

Pro illo namque advertendum sicut quod isti duo amores, vel hec duo servitia sibi invicem contraria sunt, notandum quid tamen dominus pro suo servitio requirit, et quid dyabolus suis servis suggerit. Requirit enim dominus a suis servitoribus exhibere se in sedula humilitate quo ad se ipsos viles se estimando, in caritate etiam quo ad proximum ipsum diligendo, in sancta timorositate quo ad deum ipsum formidando.

Pro primo igitur qui vult esse servire in humilitate sua debet se exhibere eo quod ratio servi sit esse humiliatum sub domino suo. Unde dicitur Iudith viii: Humiliemus in conspectu domini animas nostras, humiliati servientes illi flendo dicentes: Fiat nobis secundum misericordiam tuam. In serviendo deo nos viles et opus nostrum servitio suo magnum estimare, sed illius servitio nos indignos reputare; nichil quo illo servitio temerarie presumere, quasi ex debito servitii premium sedem clementiam domini expectare. Unde Bernardus: Cum quis homo facit deo suo servitium sicut debito facit quia quod dat non a se habet sed ab eo cuius servus est. Quid ergo das quod non debes eo iubente totum quod es, totum quod habes, totum quod potes debere. Debet enim homo deo simplicitatem in vivendo, veritatem in loquendo, et simplicem voluntatem in omni agendo. Sed ille Christus terminum quid pro meo servitio postulas, aliquid temerarie dicens: Hoc et hoc feci, dominus non dampnabit me. Cum tamen nemo scit utrum amore vel odio dignus sit, Eccl. ix. Debet ergo humilitas esse rectrix operis nostri ut placitum sit coram deo. Crisostomus: Nemo celsitudine extruxerit bone operationis, nisi fundamentum subiciat vere humilitatis. Gregorius: Perit omne quod agitur nisi humilitate bona opera vigilentur. Sic servat qui vult deo servire, sed istam servitutem non patitur dominus mamone sed dyabolus. Divitiarum enim habundancia vix dimittunt hominem humilem absque eo quod non inflent mentem eius tumidus sunt, ut ait Ysidorus in de summo bono libro iii c. lxii. Multi plerumque sunt divites quos superbos facit ipsa copia rerum, ibidem. Vere qui opulentiorem opibus quanto quisque maior est tanto minus liber a peccato est. Divites namque in omnibus eo quod agunt querunt famam cum nostrorum laudem gloriosam, despectum pauperibus. Pernitiosam legem de romanis quando Roma nunc habebat tanto magis virtute et humilitate pollebat, quod cum augmentatum divitiarum venit in eam omnis iniquitas quod cum superbie apparuit et in aliis malis habundancia, quod omnis peccati initium est superbia Ecclesiastici x. Dives enim etiam si bonum fecerit, quod superbie commixtione bonitatem enervit, vertit ad ostentationem cum tumore, in ostentatione apparentum ut videantur ab hominibus Math. vi. Item id quod facit magnum estimat, quasi deo indigeat. Hoc scriptum patet in phariseo qui iactavit in conspectu domini bene se fecisse, ut Luce xviii. Nescit autem quod non deus operis pondus sed tantum, sed et qualitatem operis attendit. Modicum opus non tantum in fortiori aut potentiori gratum sed sicut ab eo qui egenus est gratanter suscipit, ut patet in vidua que in modico totam substantiam suam misit in gazophilacium Luce xxi. Magis ergo est apud deum meritis humilitatis aut cordis tantum acceptum quam operis aut domi magnificentiam. Salomon in edificatione templi magnum opus fecit, tamen dixit ei dominus quod in humilitate et simplicitate cordis sui velit suscipere. Si autem ab illa decesserit, sed nichil opus tuum in abhominationem iii Regum 9. Ergo pro hac parte non potestis simul deo servire et mammone. 2º verus servitor domini debet se habere in caritate quo ad proximum illum diligendo, huic amicitiam proprie in necessitate se exhibendo. Super hunc laborem fundata est tota conventa nostra summa, si hoc facere non amplius a nobis requirit dominus. Servi sumus ad Romanos xiii: Nemini quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis, qui enim proximum diligit legem adimplebit. Hic labor etiam servos domini nostri esse nos reputat ab omnibus aliis servis distinguit, sicut unum artificem negotiatio ab alia operatione distinctum ponit, unde Jo. xiii: Mandatum novum do vobis ut diligatis invicem, in hoc cognoscent omnes homines quia mei estis discipuli. 3º hic labor nobis favorem domini nostri facit, sicut diligens opera servi fidelis, unde i Joh. iiii: Si diligamus invicem deus in nobis manet. Et qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Qui autem non diligit ipse manet in morte, ibidem. Hoc nomine Math. xviii servo cui dominus misericordiam fecit, et ipse noluit conservo suo misereri, et domini sui amicitiam perdidit et in indignationem eius pervenit. Ergo (Ysidorus in de summo bono libro iii c. ph.) Egenum toto corde miserendum est. Misereri si vero potes. Si non potes pecuniam, tu gratiam. Qui in presenti miseriam egenti non impertit, in futuro fructum gratie non invenire poterit. Exemplum de divite qui micas negavit Lazaro, guttam aque postulavit et non data est sibi. Ergo dico deus a suis servitoribus hanc caritatem requirit. Sed contraria est ipsa hiis qui serviunt mamone, in divite nulla mora caritatis. i Joh. ii: Nolite diligere mundum neque ea que in mundo sunt. Si quis diligit mundum non est caritas patris in eo. Sunt namque plerique divites mundi proximis nocivi, vellent neminem vivere ut possent soli cuncta possidere, omnibus invidiam, nulli in necessitate compaciuntur, unde primus in de vi. con. hu. trac. ii c. xvi. Avarus non pacientibus compatitur nec miseriis misereri, offendit deum, demque serpentem, nam deo detinet debita, proximo denegat necessaria, sibi subtrahit oportunum, deo ingratus, proximo impius, sibi crudelis. Item in eodem c. i: Radix omnium viciorum est cupiditas; hec sacrilegia committit, furta rapinas exercet. Non potest ergo deo servire et mammone.

3º debet se servitor domini exhibere in timore quo ad deum, ut in omnibus que agat malum caveat, bonum denique sic ordinet ut deo non displiceat, unde ps.: Servite domino in timore, sed quo ad fugationem mali, et exultate ei cum tremore quo ad ordinationem boni. Si enim bonus et fidelis servus habuerit timorem domini sui, cavet omne malum ne quicquam horum faciet que offendunt dominum suum, unde Eccl. i: Timor domini odit malum. Item timor domini expellit peccatum. Item Eccl. xv: Qui timet deum faciet bona. Etiam bonus servus illud quod in servitute domini sui agit sic agit ut acceptum sit coram domino, prudens quod nichil offensionis immisceat. Sic et nos cum servire deo volumus debemus providere ne aliquis sed intentionem appetitus laudis operationis nostre immisceamus

sic exultemus cum tremore / scdam phm / quali
enim intencione bonum a nobis agimus tale
et a nobis apud deum deputamus / qui ergo hic
de bono laudem querit aut premium appetit
spem perdidit / et gloriam mercedis in futuro non re-
cipiet / sic firmat dei servitor / sed iniquo non sic
agit qui mammone servit / dives enim qui non
attendit aliquod malum sibi esse venturum / de
peccato non timet nullum credit sibi bonum deficere
de bono faciendo non curat / ipse enim totam men-
tem et cor suum ponit in thesauro suo totaliter
confidens in illo math vi ubi est thesaurus tuus
ibi est et cor tuum / Iuxta illud Ecce homo qui non posuit deum
adiutorem suum sed speravit in multitudine diviciarum suarum
ps li Timorem peccati non habet quia non credit
aliquid mali sibi posse contingere Nemo est qui
noceat enim usque in sempiternum Unde holk super
lib sap lecione 107 divites videntur esse sine
timore et turbacione credunt se esse securos et
quod non sit qui noceat illos Exemplum in divite
qui induebatur purpura et bisso epulabatur
splendide luce xvi 2o timorem perdunt boni
non habet sed ut timeret de accione boni / ita quod multa
faceret ex quo intencione sue intencionis / quia ipse
non competit sibi mundum a deo misericordie clementia sed in sua
bonitate presumit sibi nichil posse deficere hic
confidens in thesauro / ad similitudinem gloriatur de multo
pro illo sed quia aliquam buccellam panis pauperi
dedit, non est autem memor eius quod pro illo
in templo premium accepit ab ore hominum se lau-
dancium Non sunt ergo in timore ut bonum faciat
deo / sed securum se credens consolatur animam suam dicens
Requiesce anima mea comede et bibe quia nichil
tibi deficiet omnia horrea tua plena sunt etc
Luce xii Ecce hec omnia et plura similia diabolus hiis
qui serviunt sibi in simulacro thesauri sui Sed
hominem concludere oportet si dei servitores et ama-
tores esse volumus teste verbo proprio Non
potestis etc

num vidisset mulierem viduam flentem
dixit ei ihesus noli flere luce vii c
dominus noster xpc qui est vita vivorum et
resurrectio mortuorum omnium gerens curam vite
et mortis prebens consolacionem / sicut plus
exstat vivus / sic sepius firma fecius est mortuus
ut omnibus quod non sit dolor cui ipse non possit prestare
medelam / et quod non sit genus dolentium quod
si ad eum confugerit consolacionem aut effectum
inveniet / unde math x venite ad me omnes
qui laboratis et onerati estis et ego reficiam
vos Iuxta Ezech xxxiiii / quod periit requiram
quod abiectum fuerat reducam / quod confractum
fuerat alligabo / et quod infirmum consolidabo
et quod pingue est et forte custodiam dicit
dominus Ipse hodie mestam matrem / et gravi do-
lore nimium dolentem / super morte unigeniti
sui, cepit consolari a fletu cohibendo quia
filius eius qui modo mortuus fuit vivit
ante deo hoc est pro honore dei ut deus glo-
rificetur per illum, quod in eius resuscitacione
dominus ostendit In hoc eciam omnibus nobis similiter
doctrinam et certam fiduciam prebuit ne mortem
nostram valde timeamus / nec amicorum mortem
nimium defleamus Credentes quod mortuus
est modo vivit ante deo / unde beatus Ieronimus
plangere de sanctis recedentibus non debemus sed gaude-
re eos a suis laboribus quievisse gaude credentes
Anchi crede michi quod sola incredulitas in hiis
mereret Tull' in de sen' Non est plangenda mors
quia immortalitas sequitur / Ad immortalitatem
enim gloriam non sufficit pervenire nisi per mortem
corporalem unde i chor xv granum quod seminas
non vivificatur nisi prius moriatur / sic et est
glorificacio mortuorum Iuxta Ieronimum o bona mors
per te fructum capimus eorum que fecimus / et per te
que scimus cognoscimus / et enim videbis propter
que mortem exspectamus holkot lecione xxx super
sap lib' fatuum ergo est mortem proprie nimis timere
et alienam nimis dolere / qui timet mortem
ipse timet quod a malo liber sit / et quod boni comes
fieri possit / qui autem amicum suum mortuum dolet
ipse amicos pro dolore et non requie fruet et
inde est quod dominus dolore pro mortuis nimis meste

hodie dissuadet dicens ei Noli flere Certa
finem determinatum posuit aliquis sic obire
dicens, quo possim me a dolore et a fletu
cohibere, cum me natura compellat deplangere
carum meum, nam bos bovem requirit cum quo
trahere aratra consuevit, et se privat cum
et per frequentem mugitum pium tristia affectum
suum quid vero a fletu me cohibeam cum hunc
a viris sanctis ipso sancto dicente didicero
David enim deplanxit absolonem filium suum
2 Reg. xviij, apud Stephanum actuum viij Sepelierunt
eum et fecerunt planctum magnum super eum Sed
et plurimi hoc fecerunt, et quod magis mirum
Christus super lazarum amicum suum planxit Jo. xj
Istud dubium tractat doctor quidam in libello intitulato
de arte moriendi dicens ut habetur xiij q ij pietatis
namque affectu et iudicio mentium mortuos lugere
simpliciter non prohibemus, sicut in multis sanctorum
corporibus pias lacrimas impendisse legimus
Sed cum communis mortuos lugere sit humanum tum
eos lugere temperate est divinum unde Eccli xxij Super
mortuum plora quia defecit lux eius, sed subdit
Super mortuum plora modicum quia requievit, vel
pro illo magis non fiendo. Triplex sit planctus
super mortuos. Sunt enim qui plangunt amicum
mortuum propter amissa beneficia, 2i propter amissa
solatia. 3ii propter commissa flagitia, primus
fletus ut dicit ibidem in tractatulo preallegato est tolle-
rabilis 2us culpabilis, 3us laudabilis, primi
enim plorant sed modicum orant, 2i plorant
et nihil orant, 3ii plorant et multum orant
primi nec prosunt nec obsunt, 2i non prosunt
sed obsunt, 3ii vero non obsunt sed multum prosunt

Pro singulis singulorum declaratione, primi
sunt qui tantum dolent propter amissa bona
hij non dolent de eo quod amici sui mortui nec
meditantur an male vel bene habeat anima
eius in alia vita sed tantum dolent, quod non amplius
eis absunt dona et munera et alia bona que
ab ipsis recipere consueverant, sic plorabant
super discipulam Thabitam actuum ix Circumsteterunt
illum omnes vidue flentes, et ostenderunt
petro vestes quas faciebat illis. Sed quia iste
fletus ex caritate est, ideo non culpabilis omnino sed
tollerabilis est, et quia caritas talis aut dilectio non
est pura sed propter donum habita, ergo ipsa non e

salutaris. Est enim talis dilectio ut illa de qua dicit
dominus Jo vj, queritis me quia comedistis panem
et saturati estis, talis dilectio potius amanti pro-
ficua est et non amato, amanti quia ipse munera
per ipsum accepit, sed non amato qui per eadem spolia- viij eth
tus est. Ideo habetur apud Aristotelem quod non est vera amicitia que sit propter
bonum utile sicut ea que sit propter bonum honestum
Sic amator et amatus mortuus, tunc talis dolent quod
bona perdunt, si recuperarent talia qualia sunt morte ipso
amissa sunt non adverterent quantum mortem
eius. Sic et hoc ostendunt tales, quia cum acceperint
aut adepti sunt consilia, aut cum potius abierint
tramentum eis, immemores sunt amici. Posset
tamen sic ordinari fletus ille, et vera caritate sic
fulciri quod etiam salutaris fieret mortuo ut si ca-
lamentator quis lugeret quod non meruerunt
bona opera in se vel in alio que dicta fuissent
per illum Exempli gratia si iam defecerit salus eccle-
sie vel pauperum, que facta fuissent, propter illud. Hic
fletus etiam sic sit ex vera caritate, et est lauda-
bilis. Habetur ij paralip xxxv. Hieremias et omnes Israel
luxerunt regem Josiam usque in diem hanc, quia
fecit bonum in conspectu domini, et reformavit populum
Israel secundum legem moysi, sic et adhuc hodie lugent
flere illum mortuum qui fuit sustentaculum boni
tradens secum in morte sua, de cuius luctu legitur
in libello de morte beati Jheronimi, planxerunt super
eum fratres eius, heu quantus cecidit super nos
dolor, non te deinceps videbimus solem fidelium
heu quid sine te amplius erimus aut faciemus
Cui oras pater tu doctor tu refugium tu forma in-
nocentie, utinam nobis tecum mori liceat, nunc
erimus sicut oves sine pastore, in dispersione eras heu
et malleus hereticorum, gaudebunt nunc et hinc
abibunt populum dei hereditate Christi. 2i autem
ut habetur idem doctor in libello preallegato sunt carnales
homines qui dolent super amissos socios in vitiis
suis cum quibus bene vixerunt in gulis ebri-
etatibus vacantes choreis, et impudicitiis adherentes
de tali habetur Judith xiiij. Cum audissent prin-
cipes virtutis assiriorum holofernem esse mortuum
Sciderunt vestimenta sua, et factus est clamor et ulu-
latus incomparabilis in medio castrorum eorum. Sic
et hodie cum bibuli lusores latrones vel perditi
committos suos adhuc plangunt super eos consimili
planctu hoc lacrimis ut iterum ibidem, non a deo nec
ex caritate sunt, sed ex affectu carnali et diabolo
instigante suggerentium ingerunt fletum constam

coinquinat, quia scriptum est: In bono dedit lacrimas tuas. Hec autem ex bono non prodiunt sed ex mala radice procedunt, ex malo affectu inordinati amoris. Et subditur: Tales lacrime squalore et rubigine animam non purgant quia non orant, quia mortuis veniam non postulant nec merentur. Restringendus igitur hic fletus quia non prodest mortuis; pro hoc fletu non intelligitur dissuadens, sed simpliciter prohibens verbum domini Noli flere. Tertio sunt qui plangunt super commissa mala amici sui, eo quod peccatis suis offenderit deum, et ex illo forsitan male habet anima sua; hic fletus ex sola caritate est, et ideo laudabilis est et perfectus. Talem fletum flevit Ysaias xxii dicens: Recedite a me, amare flebo. Ipse non flevit super morte corporis sed anime, quia subdit: Interfecti tui non sunt interfecti gladio nec mortui in bello. Hec dicit: Ligati et vincti et procul fugerunt. Ligati quidem sunt peccatis, fugerunt procul a deo. Super quod autem flevit sequitur mox: Dominus deus exercituum in die illa vocabit ad fletum, ad planctum, ad calvicium et ad cingulum sacci, quia dicit dominus exercituum: si dimittetur vobis iniquitas hec donec moriamini. Hee lacrime laudabiles sunt et bone quia ex bono corde procedunt et ex vera caritate. In hiis non tantum plangitur mortuus sed et malum quod actum est per illud, et quod illud impedimentum est sibi salutis. Unde est quod David mortuo puero suo, qui innocens fuit, non ploravit, quoniam tamen sibi fuit ut habetur ii Regum xii. Cum autem mortuus fuit Absolon, qui tamen hostis eius fuit persequens illum, ipse amare flevit: Absolon fili mi, fili mi Absolon, quis det michi ut moriar pro te fili, ut habetur ii Regum xviii. Sic etiam plangit mortuos suos sancta mater ecclesia, orans pro eis ad dominum ut a peccatis suis liberentur. Unde Ambrosius in libro de viduis: Flebo ergo pro dilecto meo mortuo, non desperans de venia quem spero contritum suo confessionem et sacramentum viaticum in extremis sumpsisse. Si vel tamen ex intimo cordis affectu suspiro, pro aliquibus purgabilia de peccatis suis velut fenum aut stipulam secum detulit alleviacionem impetrem. Augustinus in libro confessionum: Nemo ad deum flens accessit qui non quod postulavit accepit. Sunt ergo hee lacrime pro defunctis proficue et bone, et verbo propriis

2° dissuadendo et etiam prohibendo

a salvatore non prohibitore. Neque dissuadendo permittitur ut prohibitum dissuadendo sed non prohibendo, quia quidem permittuntur mala sunt. Sic patet et responso ad dubia argumenta, quorum ad primum de nature imitacione et quartum ad eum de precioso protectione. Sed quoad tertium scilicet de fletu Christi super Lazarum ut habetur Ioh xi, quod divina non flevit propter hoc quod Lazarus mortuus fuit, quia potens erat resuscitare illum, sed flevit ut eum qui iam a statu huius miserie requieverat iterum ad eandem revocare deberet. Hoc idem dicit beatus Bernardus: Dominus flevit et doluit Lazarum non dormientem sed resurgentem, quem cogebatur propter alios salvandos periculo renovare. Ecce ergo, homo, dominus hanc vitam ingemiscebat quam tu doles esse sublatam; mirum cum lacrimas eius pugnant lacrime tue, et amor tuus amori eius non convenit. Ille enim nolebat reddere laboribus quem diligebat, et tu amare te credis eum, cui laborem adhuc optas et summum tormentum. Hec ille. Neque apte dicitur de Christo quod flevit sed lacrimatus est, plangendi paucitatem signans. Sed homines aliquem planctum faciunt super carnem mortuus continuant, quod dominus verbo propriis prohibet dicens: Noli flere etc.

diligas dominum deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua et ex tota mente tua, Math xxii. Dominus noster Iesus Christus qui venit in hunc mundum propter nos ut nos traheret ad se et se duceret sibi colligatos post se in vitam eternam, Ioh xii: Traham omnia ad me ipsum. Ipse enim vinculum autem sunt quo sibi colligatos ~~post se~~ insolubili trahere credentes adtrahere dignatus est, vinculum videlicet caritatis aut divini amoris, de quo dicitur ad Coll iii: Habete super omnia vinculum caritatis quod est vinculum perfectionis. Sicut Bernardus in stimulo amoris: O mira et inestimabilis virtus amoris! Deum inclinat ad terram, mentem humanam relevat ad patriam, deum et animam simul conglutinat in gloriam etc. Quo ligamento sed quibus ligamus sunt insolubiles a deo erit, vnde ad Rom. viii Certus sum quia neque mors neque vita neque angustia, neque tribulatio, neque creatura aliqua poterit nos separare a caritate Christi. Istud ligamentum habere sunt nobis adstricte voluit dominus, qui ad suam veram dilectionem nos invitavit ut preciperet in hodierno sancto evangelio, denique ubilibet nobis hunc eundem laqueum velut verus [illegible] [illegible] de nostra captione velut diligens venator in omni actu et loco caritatis latitudine nobis pretendit. Caritas ideo lata dicitur quia in omni actu nobis se promittit simul ut ea tegat que omnium malorum tegimentum sit hoc Petrus in epistola prima iiii c. Ante omnia autem mutuam caritatem in vobismetipsis habentes, caritas operit multitudinem peccatorum. Que autem bona regat Amb. Caritas est mater omnium virtutum, sine qua nulla est vera virtus. Sicut et habemus ex epistola Pauli i Cor. xiii Si linguis hominum loquar et angelorum, caritatem autem non habeam nichil michi prodest. Unde Aug. Ante de homine quadam sit caritas que se despe- fenestra habet omnia que se assuevit, habet omnia vel in se vel in alio. Unde ad Ro. xiii Impletio legis est caritas. Item dilectio proximi malum non operatur, ergo caveat malum sed procreat bonum. Gre. in omelia: Amor dei numquam est otiosus, operatur enim magna si est, si non est operari renuit amor. Sic igitur caritate que sine capimur et deo colligamur, Christus nobis precepit diligere dominum deum tuum. Pro illo vnde advertendum triplex capimus circa caritatem, vel triplex nobis caritas esse vinculum quo capimur. Ipsa viam nostram ad deum dirigit. Ipsa in hospitio cum illo nos inducit. Ipsa nos quasi similitudine aut societate ei coniungit. Primo ipsa per voluntatem ambulare ita ut ad deum veniamus recte, sunt vie caritatis nos oportet ducem ad terminum quem tendimus. Vnde prover. iii vie illius vie pulchre et semite illius semite pacifice, tunc ambulabis ~~pacifice~~ fiducialiter in via tua, pes tuus non impinget, dominus erit in latere tuo et custodiet pedem tuum. Aug. Si per viam caritatis volumus tendere, prius ad patriam possumus pervenire. Caritas enim est via dei ad hominem et hominis ad deum. Que dei est ad homines iam dixi verbo Bernardi: Ipsa traxit deum in terram ubi prop. prover. viii Ego diligentes me diligo, quasi diceret: eadem via per dilectionem qua ad me appropinquant homines et ego occurro illis per dilectionem. Hic erunt ad me et ego obviam illis, sicut diligo eos. Que autem caritas est via hominis ad deum certum [illegible] habendum est, et hoc Gre. super Ezech.: quanto quis plus amat, tanto ad regnum dei plus appropinquat, quantoque plus diligit, tanto ad deum appropinquare accipiat.

2° dixi caritas nos cum deo in hospitio conducit ut per similitudinem loquar, vnde si volumus convenire aut cohabitare cum deo, primo conveniamus cum caritate, nam ubi illa habitat deus illic commoratur. Unde Joh. xiiii Si quis diligit me et ad eum simul veniemus et mansionem apud illum faciemus. Item i Joh. iiii Qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Hoc alibi: qui caritatem habet deum habet. Auctor de litera et spiritu: O inquit inestimabilis et ineffabilis caritas, que es via dei ad homines et hominum ad deum, tu ita familiaris es deo ut mansionem habere non velit nisi ubi fueris. Subdit postmodum: ergo assis tu nobis nec nos deseras. Nam per te habemus deum, habemus in eo per te maneamus, ad quem nos tam diligentissime et ardentissime tendimus. Ut ergo dixi ipsa est que recte quo capimur a deo.

3° caritas nos deo plurimum quadam aut societate unio et conformissime coniungit, hoc est per virtutem caritatis efficimur deo familiares, item filios, item sibi consodales. Familiares eo quod secum agere didicimus quod per ipsum factum est. Similes eo quod induimus illud quod in eo est. Consodales quia per caritatem efficimur quod ipse est. Vnde ad [illegible] hoc i Cor. viii Si quis diligit deum ipse et cognitus erit ab eo deo, scilicet quadam familiaritate, de qua iam [illegible] [illegible] ubi dicebatur Ita familiaris est deo quod deus habitare non vult nisi ubi caritas fuerit. Item Joh. xiiii Si quis diligit me et sermonem meum diliget, enim. Item alibi: Si quis diligit me honorificabit eum pater meus qui est in celis. Sic caritas nos deo facit honorabiles et dilectos, quia ut iam dixi, ipsa nos in agendo deo efficit conformes; ipsa est quia si fecerimus fecimus id quod dei opus est. Unde i Joh. iiii In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. 2° caritas efficit nos deo similes, eo quod per ipsam induimus id quod in deo est; deus enim caritas est.

Ipse enim ab eterno diligit nos. Sicut igitur et nos diximus et inducit caritate similitudinem dei inducimus. Unde ipsa est signum dei quo sce-

nos suos signat ut cognoscantur. Unde dicit Ioh. xiii: In hoc cognoscent omnes homines quod mei discipuli estis si dilectionem habueritis. De ista similitudine quam facit in nobis caritas dilectio ad deum dicit Lincolniensis in ser. de pastoribus: Sicut cera mollis per calorem mollificata sigillo fortiter applicata recipit omnem formam figurarum sigillo insculptarum et pulcritudinem ipsius sigilli, sic anima vinculo amoris deo fortiter copulata omnem pulcritudinem eius cum summa imitacione in se recipit. Efficitur namque sic anima conformatam decoris speciem et sapientie pulchritudinem secundum modum conformacionis, que potest esse in persona facie creature rationalis. Hec ille. Secundo quia vi- [illegible] b. Greg. super Ezech. omelia ii: Hec similitudo adepta ad sublimitatem et beatitudinem efficit, tractat illud Ezech. i: Et similitudo hominis erat in eis. Sic inquit ut surgere ad superiores virtutes valeant ad similitudinem huius hominis tendunt. Sancti enim non essent si huius hominis similitudinem non haberent. Ut ergo dixi caritas deo nos similes faciens ad sublimitatem sibi nos capere aut perducere.

Tercio dixi ipsa nos deo efficit consubstantiales, hoc est in unum nos coniungit cum deo unum nos faciens cum eo. Et pro primo non mireris quod dico nos unum fieri posse cum deo quia dicit dominus Io. xvii: Sanctifica eos pater ut sint unum in nobis, sicut ego et tu unum sumus. Hec autem unitas per caritatem fit unde i Chor. vi: Qui adheret deo per amorem unus spiritus fit cum eo. Deus enim ut dicit Ioh. in epistola caritas est. Cum igitur in caritatem incorporari studeamus, deo incorporamur. [illegible] hoc est quod sequitur in verbis Ioh.: qui manet in caritate in deo manet et deus in eo. Quod bene. Unde in simili amoris: O vim [illegible] et ineffabilis vis amoris: deum facit hominem, et hominem iam facit deum, eternum facit temporalem et temporalem facit eternum, immortalem conditorem mortalem eternum facit, summum [illegible] abhominabilem facit gloriosum. Et subdit post pauca: O amor quid te nobilius, quid te iocundius, denique quid te potencius, quid tibi tribuam tu me scripsi deum. Ergo de amore multo ante dictum est, ipse est rethe per quod homines deo capiuntur, deo coniunguntur, quod videtur adhuc consonans verbo sapientie Sap. vi: dilectio que est custodia legum dei, ipsa ducit ad incorrupcionem et facit proximum esse deo. Ad quod rethe ut transeamus capiendi dulcius enim venator nos tempus verbo proposito diligas deum dominum tuum etc.

//[illegible]

Recumbe in novissimo loco. Luce xiiii. Verba hodierni ewangelii in missa. Omnes philosophi et sapientes complacent et vicem omne dicere esse ad honoris culmina in conatu tendere. Invenimus autem defectum esse dicere honore quo quis dignus sit extimare. Christus autem dominus noster verbo et exemplo suo docuit honoris celsitudines contempnere et ad humilia semper anhelare, quia sicut apud illos honoris contemptus pusillanimitatem efficit, sic apud Christum ad exaltacionem gloriam humilitas conducit. Unde philosophus iiii Eth. loquens de magnanimo dicit honore enim magni maxime se ipsos dignificant secundum dignitatem. Qui autem honore quo dignus est non querit pusillanimis est et dignitate deficit. Sed Christus dominus docet quomodo ad gloriam pervenire desiderans honorem primum repudiat, quia querentem honorem honor subtrahetur, contempnentem autem ipse tribuetur. Hoc est quod in ewangelio hodierno dicitur: omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltabitur, sicut et ipse Christus dominus qui se humiliavit exaltatus est. Unde ad Phil. ii humiliauit semetipsum formam serui accipiens et propter quod et deus illum exaltauit. Lucifer autem qui honoris culmine consistit ipse humiliatus, vnde dixit: ponam thronum meum ad aquilonem ascendens et similis ero altissimo. Sed humiliatus est, vnde apocalypsis xii proiectus est draco ille antiquus in terram et angeli eius. Ecce igitur honoris inquisitio facta est honoris perditio; sed sola humilitas nescit ruinam. Vnde Seneca in epistola ad lucillum: Ad yma et humilia redige te o lucille, sic quidem non cadere posses. In humili enim vita nulla accidit ruina. Alanus in prouerbiis: ymbres et venti turres et moenia vertunt; qui iacet in terra non habet vnde cadat. Hospes hospite suo de loco aliquo deiectus pro eum qui in nouissimo loco resedit alterius amouere non potest. Ergo in omnibus exquirenda est humilitas, ne immineat casus. Hoc est quod docet dominus verbis propositis: Recumbe in nouissimo loco vbi prius.

Circa huius verbi et thematis expositionem dubitaret aliquis et quare dominus honorum amationem ita diligenter dissuadet, nunquam vitium esse credere possum, cum multi immo omnes philosophi et sapientes ponerent eam esse virtutem, vt habetur iiii ethicorum, aristoteles dicit eam magnanimitatem, et sanctus doctor ipsam virtutem esse docent, sanctus thomas in 2a 2e q. 129 de magnanimitate, item q. 133 de pusillanimitate, docet quod magnanimitas que est circa amationem honorum virtus est. Pusillanimitas que est in contemptu honorum peccatum est, vt ibidem. Et quod magis amationem et habitudinem honorum virtuosam et bonam esse adeo confirmatum est, primo regum vii dicit dominus dauid: feci tibi nomen grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra, firmabo regnum tuum in gloria, et post te firmabo ipsum solium tuum. Item iii regum iii dicit dominus salomoni: feci tibi secundum sermonem tuum, dedi tibi sapientiam quia nullus ante te fuit nec vnquam post te veniet, dedique tibi et quod non petisti diuitias et gloriam vt nemo fuerit nec vnquam erit tibi similis in cunctis regibus. Ecce dominus dedit gloriam et honorem et conferuntur eam propter illos; si vitium sit honorandi aut amatio eius quo data sunt mala a deo.

Pro illius intellectu notandum honorem indiscrete habendi sunt et etiam contemnendi, querendi et etiam fugiendi. Querere non tamen vltra quam liceat, contempni etiam non tamen plus quam deceat, ita quod in appetitu sicut etiam in contemptu medium teneatur. Si virtuose querantur virtus est magnanimitas dicta. Si autem decenter contemnantur humilitatis dicitur est. Sin autem immoderate fiat quodcumque vitium erit. Ex illo patet quod non est contraria doctrina christi doctrine virtuosorum virorum sapientum aut sanctorum. Quia illi honorem quo quis dignus sit ex sua virtute docent non esse contemnendum nec excludendum. Apostolus autem docet hoc honore quo quis dignus non est non esse appetendum. Vnde aristoteles in ethicorum quarto ad doctrinam philosophorum dicit: Magnanimus est qui dignificat se honoribus quibus dignus est secundum rationem sui meriti et sua virtute, vnde dicitur ibidem simpliciter est sine bonitate esse magnanimum. Similiter beatus thomas vbi supra de magnanimitate: Si homo magnam habet virtutem vel alia magna dona, ex donis magis se dignificat ex illis. Sed christus quo ad suam doctrinam suadet illum honorem non esse assumendum quo quis ex virtute aut merito dignus non est, vnde circa verbum propositum subditur: Recumbe in nouissimo loco ne forte veniat honoratior te et dicatur ad cedendum illi, quasi dicat: Non preferre te debes in honore hiis quibus ex merito et virtute preferendus non es, qui et te honoratiores sunt. Non tamen contendit quin honorem eum quo quis dignus est merito tenere possit, et ob id sequitur in textu: Et veniet qui te inuitauit et dicet: Amice ascende superius, et erit tibi gloria coram simul discumbentibus. Habere igitur honorem moderatum et mediatum non est peccatum neque ante deum displicens, verum etiam virtus est vt ante ostensum habetur. Item anselmus in alto alium non querere nihil deo carius, verumtamen etiam aliud quod sequitur nihil apud homines etiam carius. Quod sibi hoc vult quamuis habere honorem et superiorem esse possit, vix tamen sine vitio et raro sine culpa esse potest, vnde ysidorus: Sepe per honorem homines mutantur et mores. Caueas igitur honorem quo vix sine culpa teneas. Item Sublimitas honoris magnitudo est scelerum, vbi enim est honor maior, ibi imminet periculum. Non mireris igitur homo cur honorum amationem dissuadeat dominus. Ipse enim saluator noster in omnibus prouidus docens quo pericula preterfugere possimus, sic honores et statuum magnitudines, quantum possibile fuerit fugiamus, ut post ipsorum periculosam acceptionem decorem in futuro eternam gloriam et exaltationem possidere valeamus. Dicit Recumbe in novissimo loco. Unde igitur pro illo amplius advertendum, ex quo quod multo et licere huius preter se salutem sine culpa habeatur. Notandum quot modis igitur contingit peccatum circa habitudinem honoris, et specialiter tribus modis: primo quod sine modestia honor appetitur; 2o quod habitus ex eo nimis superbitur; 3o quod tamen plus iustus et non divine gracie attribuatur.

Pro primo namque sciendum: honor ut habetur 4o ethicorum querendus est secundum dignitatem cuiuscumque querentis, ut ille sibi assumat et querat honorem qualem ex virtute et merito dignus est et non excedat, quod superhabundantem appetitus honoris vitium est, et tales ethicorum chaymos dictos etiam fatuos appellat dicens: Chaymi et insipientes seipsos ignorantes ad honorabilia conantur et deinde redarguuntur. Holkot super librum sapientie lectione 164 tales vocat ambitiosos dicens: Ambitiosus est appetens honorem ultra meritum, querens a quibus non debet, et quod non debet. Unde dicit appetens honorem ultra meritum. Dicitur Ecclesiastici x: Fili mi in mansuetudine serva animam tuam, et da illi honorem secundum meritum suum. Secundo dicitur querens a quibus non debet. Honor enim exhibendus est maiori ab inferiori, vel etiam aliquando ab equali; ibi est voluntarius exhibitionis. Unde Ecclesiastici 4: presbitero humilia animam tuam, et coram magnato humilia animam tuam. Etiam exhibendus est seniori ab eo qui iunior est. Unde Levitici xix: Coram cano capite consurge, et honora personam senis. 3o exhibendus est sapientiori ab eo qui minus sapientia pollet. Unde Proverbiorum iiij: Arripe sapientiam et exaltabit te; glorificaberis ab ea cum eam fueris amplexatus. Ideo si quis hunc modum preterit, ita ut a maiori a seniori et sapientiori honorem requisierit, illum huius honorabilem eum ipse secundum predicta ambitiosus et insipiens factus est. Tertio dicitur etiam quod non debet; debet enim prelatus secundum temporis varietatem honorem recipere et ostendere humilitatem, ut quod sit tempore correctionis austerus, tempore consolationis humilis appareat. Unde Gregorius: Sit rector discretus in silentio, utilis in verbo, sit bene agentibus per humilitatem socius, sit male agentibus zelo iustitie servidus et erectus. Ergo si modum in appetendo et querendo honorem servaveris, aut tenere volueris, salubriter tibi est dicere: Recumbe in novissimo loco.

Quantum ad 2m contingit peccatum circa honorem acceptum nimium ex eo superbiendo. Unde enim prelatus qui ad honorem mundi exaltatus est ipsis honore fungi potest, ita ut ex eo in superbiam non decidat. Unde Ecclesiastici xxxij: Ducem te constituerunt, noli extolli. Idem ysidorus in de s. b. li iij c xlviij: Qui recte uti volunt honore vel mundi potestate ita preesse se omnibus oportet, ut quanto magis celsitudinis honore claret tanto magis se humiliet. Iustus si potestate aliqua cingitur non sub illa curvatur, ut superbus timeatur, sed ei per se subicit ut et humilis permaneat, et sic subditi plerumque dum in culmine honoris aut potestatis venerint in apostasiam confestim labuntur, tumoreque se tumore cordis extollunt, ut ceteros subditos in sui comparatione despiciant, eosque quibus preesse contigit non agnoscunt. Et ideo propter hoc summovendum, ut narrat Valerius li vij. Olim quod rex coronabatur antequam diadema capiti suo imponeretur diu illud quod eum teneret, considerans et dicens: O magis nobilem et felicem, quem multiplicium honorum mentis sollicitudinibus et periculis subiaceret. Hec omnia ei faciunt ut merito inspicians mentem non extollat in prosperis. 3o etiam subditi sciant ysidorus ubi supra: quanto quisque magis honoribus seculi sublimatur curarum mundi maioribus occupatur, tanto facilius vicio premitur, quia si non potest vitare quod pondus, quanto magis non potest qui eius est seculo deditus. Et inde est sicut et ante dixi, ut possit dominus hos prius facere nobiles tantum, cum solicite et frequenter reprehendere mundi honorem aut potestates etiam divitias. Quare dicitur: Recumbe in novissimo loco etc.

3o contingit peccatum habitum honorem cum sibi tamen et suis meritis ascribit, immo gracie dei vel cuius largitione eos accepit. Sic fingit permanens. Unde Jacobi: Omnis potestas a domino deo est. Deus qui secundum quod vult dedit dona hominibus, inter cetera etiam honorem et gloriam mundi aliquibus tribuendo, ut per ipsos sicut per alia bona accepta negocientur et duplicatum faciant

talentum. Si per se ipse homo ex presumpcionis
temore hoc donum non ex deo, sed ex sui
ipsius gloria putet credat advenisse, non ad re-
generacionem, sed ad sui boni operis honoracionem,
sic neque ex gracia, sed quod multo credidit se acce-
pisse, et manet ingratus deo, sibi soli suum
attribuens honorem, et hec est vana pre-
sumpcio. Presumunt enim de duobus male illi
presumentes, primo presumunt se tamquam ex se quod pos-
sint aliquid benefacere, non attendentes illud
apostoli, non sumus sufficientes a nobis tamquam a nobis
aliquid cogitare. Greg. super Ezech. omelia ix
Sine omnipotentis dei gracia ad bona quidem opera conari
possumus, sed hec implere nisi iuverit hic
qui iussit non possumus. Ergo male presumunt
se aliquid fecisse propter quod accepturi sunt
[illegible] Greg. Sicut mala que fecimus
solum nostra sic bona que egimus dei omnipotentis
agentis in nobis et non nostra sunt etc. 2º pre-
sumunt quod hec opera bona que faciunt accepta sint
coram deo omni tempore, non attendentes illud Ecclesiastes
nescit homo an amore vel odio dignus sit. De hac
presumpcione loquitur beatus Augustinus dicens: illa presump-
cio periculosior est quod sic de iusticia et sanctitate sua
superbire, sed per hoc quod bonorum mundi hodie homini
noceant, et ad peccatum inducant. Ergo quamvis nichil
sibi se non sint [illegible] sed [illegible] ut dicitur
est tamen hiis semper latentibus peccatum sunt et fugi-
ende sunt docente domino in verbis proposito. Reliqua
in nomine loco etc.

[E]t quod malum cogitatis in cordibus
vestris. Math. ix. [illegible] in hoc verbo etc.
Dominus noster Ihesus Christus venit in hunc mundum
reformare omne quod peccavit et periit per
peccatum. Ezech. xxxiv: quod peccavit reparabo,
quod abiectum fuerat reducam, quod infirmum fuerat
consolidabo, quod confractum alligabo etc. Propter
et iam non tantum malum quod exterius est sua
vult auferre reformacione, sed et omnem maculam
exteriorem et interiorem conatur eradicare, non
tantum actus exteriores corporis, sed et cogitaciones
cordis interiores vult expurgare, ut mente
et corpore reformati perfectam possimus deo exhibe-
re [illegible]. Non enim sufficit se actibus mundum
preparare, et corde immundo deo appropinquare. Ysaie
lv: derelinquat impius vias suas, et vir in-
iquus cogitaciones suas, et revertatur ad dominum
et miserebitur eius, quia perverse cogitaciones separant
a deo. Sap. i. et Greg. Tot enim gressibus anima
a deo longe quot malis cogitacionibus ipsa de-
cessit. Cavende igitur cogitaciones in corde latentes
et occulte sunt, parate tamen nocendi, non cessant
nocere enim latentes mordent. Greg. xxxi moralium
tractans illud Job xiii: vestimentum quod comeditur
a tinea. Sicut tinea mordet, et quamvis sonus non
videtur, non tamen nocere non desistunt. Ieronimus: Longe
gravius peccatum mentis cogitacione
quam exterius actuali operacione, quia peius est pec-
care in corde per meditacionem quam in opere per
perpetracionem etc. Et quamvis apud homines iudicari
et videri non possunt, deo autem occulta non sunt, quia
homo videt in facie, deus autem intuetur cor.
Debemus ergo docente apostolo in epistola, et arguente
Christo in ewangelio prius mundare cor et interiorem simul
non opere mundificare, et prius anima conspectum domini
apparere. Dicit enim apostolus ad Eph. iiii: Renovamini
spiritu mentis vestre et induite novum hominem
qui secundum deum creatus est. Dominus arguendo ut
dixit intimus mala cordis nostri retrahere vito
proposito, et quid cogitatis mala in cordibus vestris.
Pro quo advertendum sic in Holkot super lib. Sap.
lectione iiii tractans illud Sap. i: Perverse cogi-
taciones separant. Quatuor sunt genera pessimarum
et malarum cogitacionum, que a deo separant,
que a mente et corde excidende sunt, scilicet mali-
ciosarum, voluptuosarum, ambiciosarum et infi-
ciosarum. Primo ad primum genus habetur ps. li:
Quid gloriaris in malicia qui potens es? tota
die iniusticiam cogitavit lingua etc. Tales sunt
cogitaciones que habitant in mente dolose, cum
tamen exterius in ore locucio sit amicabilis et
bona, hoc est in specie boni occultacio cum dolo
quo nocere velit quis alteri. Tales cogitaciones
legimus habuisse Saul i Reg. xviii, quod David vo-
luit dare filiam suam, postulans centum preputia phi-
listinorum, cogitavit David sic tradere in manus
philistinorum. Sicut et adhuc multi sunt qui
[illegible] quidem pacifice loquuntur, in ira autem dolos
cogitant. Si audi quid illis erit. [illegible] ps.
[illegible] Propterea deus destruet te, evellet te

de terra vincetur sed in summo tempore eternaliter. Hoc sepissime supini eis retribucio usque in futurum, sed et hic fiet eis in psalmo retribucio unde dicitur xix Reddite ei sicut cogitavit scilicet etc.

2m genus est cogitacionum ambiciosarum ut quando in omnibus que agit homo, sibi laudem acquirere festinat, cupiens placere hominibus, sicut bonum intuitum vel cogitans malum. De talibus dicitur Luce ix. Item xxii Intravit cogitacio in corda discipulorum quis eorum esset maior. Item apostolus loquitur de eis prohibendo eas ad Gal. v Non efficiamur inanis glorie cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes et dicit non sitis invicem invidentes quia maxime hec ambiciosa cogitacio invidiam parit in corde unde Gregorius xxxi moralium c. lxxiiii Inanis inquit gloria dum subiectam mentem corrumpit, mox invidiam gignit, quia nimirum dum vani nominis potenciam appetit, ne quis alius hanc adipisci valeat tabescit. Unde cum sit hec invidia Augustinus in sermone est odium aliene felicitatis respectu superiorum ne sibi ducentur, respectu inferiorum ne sibi adequentur, respectu parium quod sibi suppeditentur. Ecce quot mala agit ambiciosa cogitacio si exterius nunquam illud ostendat, fingitur tamen adeo hoc genere peccati unde Bernardus in de vita com. hu. Ambiciosus homo pavidus est attendens ne quid dicat aut faciat quod hominibus displiceat. Hoc est quia sua malicia ad cor cognoscitur, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exercet, tamen semper sua preciosa mente fundit. Tales cogitaciones legitur habuisse Absolon ii Re. xv, qui stans in porta simulavit iusticiam, et pietatem sua ipsi donet ad se sua malicia traheret ad se universum populum; decepit et persecutus est David patrem suum etc. Sed pereuntibus versa est gladius sua, sic certa omnibus in actu sibi placitis, convertuntur gladius ab eis sic conversus in scandalum unde Osee iiii gloriam eorum in ignominiam commutabo etc. 3m genus malarum cogitacionum est cogitacionum voluptuosarum. Et iste sunt secundum quas homo inclinat se et cupidus delectatur in meditacionibus luxuriosis gaudiosis crapulosis etc. De illis dicitur Gen. viii dicit dominus ad Noe Sensus et cogitacio hominis prona est ad malum ab adolescencia sua. Iste cogitaciones faciunt maculam anime et facile vincendi igni prioris mali unde dicitur Alb. tract. ii libri ii Sicut extinguitur candela et non penitus et me ad presens modicum post sulphureis ad carbonem eius facile reaccenditur. Sic malum aut peccatum quod prius delevimus per penitenciam fuerat, sed tamen radix cogitacionum ibi remanet facile ut aliquid viderit aut senserit incensivum illius peccati statim accendatur. Unde Gregorius xiiii moralium dicit sulphur ignem nutrit, et fetore magnum in se tenet, et ob id recte in eo peccatum carnis intelligitur quod dum perversis cogitacionibus quasi fetore mentem implet in terram incendia fovet. Cavendum igitur est omnibus penitentibus ne de preteritis cogitacionum aliquas recordaciones admittat, quia ad malum per dyabolum suggeruntur holt. Leoni iiii dyabolus cum nescit suos viros sibi resistere, eos non posse ad facta inducere per suggestionem extrinsecam, incipit eos cogitacionibus impugnare fingens eis quod in parvis cogitacionibus non sit, sed certe mendax est, quia in primis cogitacionibus aliquid in sensitivas delectacionem admittit unde subdit per simile Sicut parvulus latrunculus qui ab aliis per foramen aut fenestram immittitur ut aperiat ianuam ceteris magnis furibus intraturis ipse est ad omnes depredacionem illos facit. Sic hec cogitacio cordi immissa aperit per delectacionem sensum hominis et appetitum quibus tunc gravissima ingrediuntur crimina unde Gregorius xxv moralium Sepe mens in culpe recordacione ita graviter ut ad perpetracionem illius longe gravius quam cum capta fuerat urgeatur. Ergo dicitur Ecclesiastico: Cave ne te surripiat mala cogitacio, surripiat si in te commorando, et delectacionem generando. Non enim generaliter peccatum in eo quod male cogitaciones surrepunt sed quia morantur unde Ysaie i usque quo morabuntur in te cogitaciones noxie. Istam autem tractat Bernardus Cap. xxvii moralium d. non reprehendit quod cogitaciones veniant, sed quia inmorentur in corde bono cogitaciones male veniunt, sed morari prohibentur. Sermo ii Sunt excludende dum adveniunt ne delectacionibus continuantur testante Iheronimo ad E. Dochimi dum parvus est hostis interfice, nequicia elidatur in semine ne dilatetur et crescat etc.

Quartum genus malarum cogitacionum est cogitacionum infructuosarum. Hec sunt quibus utilia et non vilia, quibus vana et non fru-

fructuosa

totum quod legimus in scripturis sacris intus quidem fulget etiam in cortice sed dul
cius in medulla est qui edere vult nucleum frangit nucem / revela oculos meos
et considerabo mirabilia de lege tua. Si autem spiritualiter tenebras ignorancie parve pendes et
pene lateri inspice nocte vicendum / hoc autem velamen non solum in facie moysi sed in evangelio
et apostolo dictum est turbis in parabolis loquebatur / et gestis mysticis etc. quod loquebatur ambas
qui habet aures audiendi audiat / hoc
apertum secundum misteria que scripta sunt
ab eo qui habet clavem david qui aperit
et nemo claudit claudit et nemo
aperit nullo alio pandente

senectuosa meditamur demum non latent do
minus sit cogitationes hominum quoniam vane sunt
Infructuose dicuntur quia sine fructu premii
sunt in illa die peribunt omnes cogitationes
eorum hoc in die mortis omnes vane et mun
dane cogitationes terminantur sine fructu et
utilitate O quam terribile hoc verbum dicitur de
omni verbo ocioso danda est racio / inquit
terribilissime inutiles cogitationes non tantum
ad reddendam racionem cogunt / ymo et ad
iudicem venire non permittunt / quia separant
a deo ut dictum est Et consistit ut hec co
gitacio circa curam temporalis vite cum simus
nobis proponentes longum tempus et spacium
vite nostre / a quo utrumque multa mala sequun
tur scilicet commissionum / audacia peccandi / cura
pro temporalibus / dilectio mundane commoditatis
Sed hec omnia vana sunt et infructuosa
patet in divite / qui cogitavit horrea sua
ampliare / sperans longam vitam proponens
laute vivere letari et gaudere Sed quia
peccatori se credidit / tunc inopiate ce
cidit / in illa die possum dicere / perierunt
sine fructu omnes cogitationes eius Simul
tales cogitationes habuit amon filius
manasse ut legitur in Regum xxi / qui excogitavit
malicias peius patri / proponens se stulte facere
et tempus commissionum suarum usque ad extremum differre
Ipse autem cecidit in domo sua a propriis
servis interemptus / ergo de illis inutilibus
cogitationibus dicitur Proverbiorum xx declinaverunt in te
mala cogitationes quod non potest stabilire / ut igitur
domino piacam exhibere possimus summe
debemus cor et mentem ab omnibus peccatis
et oculis emundare docente apostolo Reno
vamini spiritu mentis vestre / et augmente domino
verbum proponit Quid cogitatis mala in cordibus vestris

Misit servos suos vocare invitatos
et noluerunt venire Math. xxii
Luce xiiii verba hodierni evangelii in
quibus dominus noster Ihesus christus ostendit suam maximam
dilectionem / quam habet ad nos / nostram etiam pes
simam maliciam et ingratitudinem quam habemus
ad illum / quod ipse in sua magna pietate ad
se trahere vult nos / nos autem contemnimus
ad fruendum bonis vocare vult nos
nos autem spernimus / Ipse nos diligit nos
eum odio habemus / Ipse tamen nos autem
persequimur illum Unde Tullius in libro de ami
citia Quatuor maxime sunt defectus amicicie
quorum primus est / quod ad propositum conveni
ens / quia aliqui sunt qui ab amicis suis
amantur et tamen amicos suos non redamant
ingrati existentes de beneficiis / licet omni
bus constat esse amiciciam erga se / ipse quidem
nos diligit / qui amicos suos nos sibi
fecit / Joh. xv Iam non dicam vos servos
sed amicos / velut amicus suus multa
bona nobis exhibet / sed nos ingrati per
inobedienciam rebelles et contrarii sibi sumus
ingrati quidem de bonis que exhibet
Unde Matth. xxiii / quociens volui te con
gregare gallina congregat pullos sub alas et noluisti
Contrarii autem / quia contra dilectionem eius odio
+ obviamus Unde Psalmus 108 / posuerunt adversum
me mala pro bonis et odium pro dilectione
mea / pro eo ut me diligerent detrahebant michi
Quod non autem contingit deum odio habere
habetur secundum Thomam in secunda secunde q. xxxiiii ar. i. pri
mario et per se odio deus non potest odio
haberi quia secundum dyonisium in de divinis nominibus deus
est primum et maximum bonum plenissime optimum
et primarie pre omnibus bonis diligendum
tamen odio secundario et per accidens tamen
deum habemus / quia per beneplacito et
voluntate contemnimus / Unde qui diligit me
sermonem meum servabit Joh. xiiii Gregorius
super omelia ibidem deum non amat qui precepta
eius non servat / tunc igitur deum odire
dicimur / cum contra voluntatem eius potenter et ma
liciose reluctamur / Sicut et in hodierno
dominus ostendit / quomodo bonum nostrum velit Nos
autem contra voluntatem eius conamur ad malum
Ipse requirit nos ad vitam / nos autem tendimus
ad mortem Unde Proverbiorum i vocavi et renuistis
extendi manus meas et non fuit qui aspiceret
spiritum ypa. vlt / vocavi et non fuit qui re
sponderet / locutus sum / non fuerunt qui audi
rent / fecerunt malum in oculis meis et

primi

et quod nollent elegerunt / hoc est quod in verbo proposito dictum est, misit servos suos vocare invitatos et noluerunt venire / Pro quo advertendum, triplici differentia sunt hii qui ad nuptias venire recusant / primi venire nolunt / 2i volunt sed negligunt / 3i non tantum nolunt sed et nuncios cum contumeliis afficiunt / de primis dicit venire nolebant, de 2is dicit abierunt, alius in villam alius ad negociacionem et neglexerunt / de terciis dicitur / reliqui tenuerunt servos eius contumeliis affectos occiderunt. Quantum ad primos / primi sunt hii qui vie diuturnitatem et longitudinem sibi proponunt et nolunt venire / de hiis habetur in sermonibus xxj tedere cepit populum itineris et laboris / isti autem dulcedine et labore suavitatem nuptiarum celestium non noverunt / quia si ponderarent quantum sit dulcium in labore non haberent. Gregorius in omelia super hoc quidem / augent spirituales delicie desiderium in mente / quo sapiuntur quo magis eorum sapor percipitur tanto amplius desideratur / quod quis amat ignorat rup. hol. super lib. sap. lectione 169 Cui de vie longitudine non pertimescit qui bonitatem bravii cognoscit, agricola non horret laborandum qui vult agri fructus expectare / Operarius pondus laboris non timet qui premium accipere debet sic et in hoc labore sit / unde Bernardus. Si labor terret merces invitet / quia unusquisque secundum suum laborem mercedem accipiet ut paterfamilias dicit voca operarios et da illis mercedem Mt xx / non dicit ociosos sed illos arguit / sic et cursor qui tardus est bravium non accipit 1 cor ix Omnes quidem currunt unus accipit bravium. Sicut et nos si volumus accipere bravium corone fructum et premium eterne glorie oportet nos laborare, quia ingl ingo opus est sine gravi labore / unde qualia ibi sint dicit Gregorius in omelia de x virginibus. O qualia et quanta erunt ibi premia electorum gaudia qui merentur eum videre / a cuius conspectu elementa contremiscunt / ad que merentur ad nuptias intrare, ubi eius sponse gaudentes visione et amplexibus merentur fruentur / quod dicit ineffabilia et inestimabilia sunt unde apostolus 1 cor ij Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se Et si tam amena, nunquam eciam pro hiis adipiscendis modicum paciendum est / unde inducitur ad Ro viij Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis Et quamdiu igitur fatui illi, passionem diuturnam sibi proponunt, suavitatem autem nuptiarum non attendunt / Nam ut acquiratur tanta dulcedo dulcescere debet omnis amaritudo, allevianda omnis gravitudo unde Jheronimus in epistola / Nullus labor durus est, nullum tempus longum, quo gaudium celestis vite acquiritur. Item Mt xj / tollite iugum meum super vos iugum enim meum suave est et onus meum leve / quia per illud quod subditur invenietis requiem animabus vestris. Hii autem qui hoc facere non volunt / ad requiem pervenire non possunt, dixi igitur pro prima parte qui timent vie longitudinem nolunt venire ad nuptias suavitatem / quantum ad 2os ipsi sunt qui quidem volunt et proponunt sibi ut velint venire, sed nimium procrastinant et ad aliena negocia et commoda declinant negligunt / unde dixi de eis dicens abierunt unus in villam suam alius in negociacionem, quod exponens Gregorius in omelia hodie, in villam ire, est terreno labori immoderate instare in negociacionem ire, est ad mundana lucra et lucra terrenorum actuum inhiare / ut sunt unus immoderatis laboribus deditus / alius mundanis delectacionibus comprehensus, iuste unde huius incarnacionis pensare, et secundum illud vine distillant, ad celestes nuptias introire negligunt / Et illud proprie in tribus contingit. Sunt nonnulli se racionem invenientes excusationem longum tempus sibi promittunt, Alii racionem paupertatis obiciunt, pretextus nuptias venire non possunt. Tercii clamant se debiles ad portandum pondus penitencie, fingunt se impotentes / de primis dicitur in holkot lectione c xj / Sunt hec tria in multis hominibus, somnus ocii amor male societatis et Elacio vane presumptionis / presumunt enim de corporis fortitudine valitudine plurima et breve vite pre longitudine, propter illa omnia que agere presumunt, credunt nihil tempus adhuc deberi

primi

superesse / Sz de 2° no volo intelligi de pau
peribus egenis aut egentibus / quibus ut dr
math v· ipsorum est regnum celorum Sz de
pauperibus auaris de quibus dicit Eccus v·
Auarus nunquam saciatur pecunia / et qui diligit
pecuniam no accipiet fructum ex ea / nunquam
hic pauper est / qui saciari nunquam pt / et ex
eo quod hz / fructum capere no pt / hic itaque quantum
sibi faciendum est pertrahit / donec melius
hz magis attemperare possit / de tercijs nz
volo hoc intelligi de infirmis et egrotis
infirmitate seu inanitate quadam laborans / Sz de hys
qui ad bonum agendum debiles sunt quamvis
veloces sunt ad omnium malorum perpetracionem
de illis dicitur ysaie · i · ve genti peccatrici populo
gravi filiis sceleratis a planta pedis usque in
verticem capitis no est in eo sanitas Oe
caput languidum et oe cor merens [etc] Quique
hy facere debent semper no sunt fortes ipsis
deest facultas / Non est malum tam graue
quod ad illud perpetrandum sufficientes sint · Dico
ergo quod ipsi ad alia negocia ad alia co
nuiuia sz mundana declinauerunt / gustare
delectantur mundi delicias / quoniam dei sermo
vnde Hug· lecon 110 Quatuor sunt qui
conuiuia preparant et inuitant / dyabolus · mundus
xr et deus / Sz primi duo fallunt suos con
uiuas et sunt mali hospites / xr autem
et deus copiosissima et optima ferunt con
uiuia / primi no saciant / at cibo malo
et venenoso cibant / mundus enim quos
ad conuiuium suum vocat / promittit saturitatem
sed esurientem permittit abire / promittit n
diviciarum honorum et deliciarum saturitatem
sed nunquam prestat prouerb· xxvij Infernus et
perdicio nunquam replentur / sic insaciabiles
est oculus hominis Inno· iij de vili· condi·
O ignis inextinguibilis insaciabilis cupiditas
quis unquam primo voto contentus fuit qui
sic adepto uno optato concupiuit aliud
Et si possibile est quod saciat ad sufficientiam
fastidium tamen generat Grego· in o· / mundane
delicie non habite desiderium faciunt sed ab
habite fuerint fastidium ex sua sacietate
efficiunt Sic et 2° malo conuiua dyabolus

ipse cibo pessimo et venenoso saciat quo co
medenti corpus et animam / anime sensum et
intellectum ac racionem et tandem ad perpetuam
salutem intoxicando aufert de suis cibis
dicitur sap ij venite fruamur bonis scelerate
rt ubi tria fercula proponit / primum est cra 1
pula hec corpus et animam intoxicat prover
xxxvij In multis escis infirmitas / propter
crapulam perierunt multi / De peccato anime
et sensus dicit Tull· Recta mente no potest
uti / qui semper vult cibo et potu repleri
2m est ebrietas de illa dicit Seneca epla 2
lxxxiiij Quid est ebrietas nisi voluntaria
insania Ebrius enim facit quibus sobrius
erubescit 3m est luxuria hec secundum aug· est 3
fetor ascendens in celum / destruit corpus
dampnat animam / ergo dico mali et infideles
hospites sunt illi de illorum conuiuio dicit Eccus
vij melius est ire ad domum luctus quam ad domum co·
Sz tercius hospes xr et deus hos pro uno
accipiam / ipse preparauit optimum et suauissimum
conuiuium vnde Ber· sup Can· ser· xxxij xpus
vocat ad speciosa deserti / ad flores rosarum
ad lilia conuallium / tandem ad secreta cubi
lia hec sunt (subdit) vite pascua / hec sim
iniperie in refectionem animarum sanctarum separate
ibi est sacietas absque fame Grego· cenam
preparauit que eterne dulcedinis sacietatem facit
sicut ps Saciabor cum apparuerit gloria tua In
illis cibis est sanitas eterna absque omni in
crimento Quod ibi nec luctus nec clamor
nec ullus dolor que prima abierunt apoc vlt
Ibi perpetua suauitas sine omni fastidio Grego
In hoc mundane et celestes distant delicie
quod hee fastidium faciunt iste autem ulterius / hee
no habite desiderium faciunt habite fastidium
generant Sz ille no habite fastidio sunt
cum autem habentur absque tedio ullo perpetuo
possidentur / denique humana sacietas ad prima
magis delectatur rec conuiuia que uocat
uocacionem eorum plus audiui Hug v° b lecon
xyx Invitatorum conuiuiorum mundi et dyaboli
solent tam dulce audire invitatorem
autem xpi sicialdo valde et sine melodia pro
nunciatur / per strepitum fori et negociacionum
audiri no permittitur / dico ergo quoad 2° abiciendum

3m pre hz Re in fine de sanctis symone
et Juda

Nonne oportuit te misereri conservi tui sicut et ego tui misertus sum. Matth. xviii et in presenti ewangelio. Dominus suam misericordiam nobis proponit in exemplum, ut sic et nos misericordes simus, commendans eum hoc. ii. et nos proximis nostris misericorditer dimiserimus eum quod caveamus in nobis, ne nos misericordiam nec dimissionem nostrorum peccatorum percipiamus, dicitur enim Math. v. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur, pro primo. Item Jacobi ii. Judicium sine misericordia fiet ei qui misericordiam non fecit, hoc pro secundo. Intueri igitur debemus quomodo dominus erga nos misericors patiens benignus et multum sit ad ignoscendum Johel ii et psalmus. Volo. Sic debemus et nos erga proximos nostros exhibendo. Et non tantum est exhibendum opus misericordie in datione boni, sed et in dimissione mali. Unde Aug. in Enchir. vocat elemosinam spiritualem et ingentem. Multa sunt genera elemosinarum, sed que precipuum est, ut dimittamus quod in nos quisque peccaverit, ad dimissionem impetrandam nostrorum peccatorum multum valens est. Sicut igitur de corporali elemosina, sic et de hac spirituali quandoque dicitur per illud Eccl. iii Sicut aqua extinguit ignem, sic elemosina peccatum. Et ut verius dicatur plus est quam prima; ipsa etiam non exhibita plus impedire impetrationem dimissionis peccatorum. Cuius ratio est, quia sine prima potest quis esse perfectus et salvus fieri ut pauper qui dare non habet, absque illa vero nullus. Quoniam oret quis semper det elemosinas innumerabiles si non habuerit caritatem proximum diligendo sibi dimittendo, nihil est, nec illa accepta sunt apud deum, Matth. v. Si offeres munus tuum ad altare etc. Item I Cor. xiii Si linguis hominum loquar etc. Item Matth. vi, quando docuit nos dominus orare pro dimissione peccatorum, nos dominus orare docuit, qualiter et nos dimittimus, hoc ut respiciendo nobis etiam dimittet. O et si nos non dimiserimus, certo nunquam et dominus dimittet nobis, sicut ibidem dicitur: Si dimiseritis hominibus et pater meus dimittet vobis. Si autem non dimiseritis etc. Aug. de eisdem verbis quibus dominus nos orare docuit et propria hec una est ut dimittamus que quisque adversus nos peccaverit. Isid. in de summo bono li. iii c. xxviii. Quidam enim in suis malis confidentes, pigre delinquentibus in se dimittunt. Sed nihil proficit eos esse illibatos a culpa, nisi fuerint parati pro danda venia. Frustra enim deum placare sibi querit quem placari proximo suo negligit. Hic tardius sibi deum placat qui se tarde fratri reconciliat. Aug. in Enchir. Qui peccanti et penitenti et roganti proximo suo non dimittit, nullo modo estimet quod suorum peccatorum dimissionem a deo impetret. Nam veritas ipsa dicit que mentiri non potest: Si ergo homo cupis veniam consequi tuorum malorum attende verbum salvatoris: Nonne oportuit te misereri conservi tui.

Proquo ulterius attendenda tria sunt ultra hanc dei imitationem iam dictam, que et movent et suadent nobis ut dimittamus. Prima debiti gravitas, secunda quam prius debemus caritas, tertia dei benignissime dimittentis placitas. Quantum igitur ad primum noto: Si consideraret debitor quantitatem sui debiti quod ipse deberet, et quantum ab ipso tolleret, esset fortassis paratus etiam ad alterum. Unde Greg. ii mor.: patienter iniuriam tolleret ab aliis sibi illatam, si in se pie recordaretur quantum tollerat. Erubescit enim alii non parcere qui se dolet sepe nec deo nec proximo nec sibi ipsi parcendo peccasse. Sed ut frequenter homines estimant illud quod contra se agitur, non autem attendunt et quod ipsi contra deum perpetrant, estimant quanta in se dignitas et magnitudo sit lesa, et non advertunt quod dei immensa infinita et incomparabilis bonitas et dignitas lesa sit. Unde quia sub comparatione infinite maius est debitum nostrum contra deum quam proximi contra nos. Unde Cassio. super hoc dicit: Tanta est distantia inter debitum quod deo tenemur et quod nobis conservus tenetur, quanta est inter magnitudinem et valorem decem milium talentorum et centum denariorum, sicut et in verbo domini hec comparatio facta est. Sicut igitur in

in maiori petimus dimissionem, quam in
minori sed denegamus dimissionem. Ecc. 28 Di-
mitte minima et deus maiora tibi dimittet.
2º nos hortatur proximo debita caritas Mt. 22
diliges proximum tuum sicut te ipsum. Sicut
igitur sibi iniuriam ab alio non vellet, nec alteri
faciat, et sicut sibi dimitti cupit offensam
et ita alteri dimittat in quibus est offensus.
Qui autem odit fratrem suum, non caritas
dei in illo est. Caritas enim benigna est,
paciens est, omnia suffert, omnia patitur, non
agit perperam etc. 1 Cor. 13. Item dilectio malum
non operatur, ad Ro. 13. Et ita viri inspirati
dei non operantur scelus. Ad secundam igitur
caritatem non habet locum aliqua ira aut indignatio
sed libentissime debet fieri alterutrum dimissio. 3º
nos monet dei equitas, quia ipse maior
est et multo ad ignoscendum, debemus et nos
sui esse sequaces. Aug. in de ver. dom. Dominus
dicit ut dimittas alter alteri quia et ipse
dimittit. Dicit namque dimittendum si dimiseritis
q. d. dimitte et tu quia ego prius dimisi
tibi. Deus enim dimittit leniter, liberaliter et
integraliter. Leniter quia ad solam oracionem
et contricionem, unde dicit: Dimisi tibi quia ro-
gasti me. Item liberaliter non unam partem vel
mediam debiti, sed totum debitum, unde dicit:
omne debitum dimisi tibi. Item integraliter,
hoc est irrevocabiliter, Ezech. 18: Omnium iniqui-
tatum eius non recordabor. Sed homo cum
proximo suo dimiserit, non ita lenis, non
liberalis, non ita tractatus est, quia namque
vix ad multas preces, ad multa obsequia
dimittit; non liberaliter, dimittit enim minora,
ea que sibi apparent magis dimittere dissimulat;
item dimittit culpam quia ad vindictam
reservat vel in animo invidiam, et si non possit
malefaciendo inimico, tamen si ab alio sibi ma-
le fit gaudet [illegible]. Item non dimittit
irrevocabiliter, quia facile revocat per subsequentem
iram [illegible]. Hec omnia patent in Saul cum
David: sepe petivit et requisivit bonum in
bono, spopondit dimittere furorem, semper
servavit et sepius revocavit, 1 Re. 24
et 26. Sed audi verbum Aug. in de verbo
dom.: Si tu dimiseris et ego dimittam, si tu
renovaveris, et ego quod tibi dimisi reno-
vabo et replicabo. Patet hodie in evangelio:
fratrem dominus misit et eum in carcerem. Deus
ego totaliter dimittere, nullam quero vindictam.
Deut. 32: Mihi vindictam, dicit dominus, et
ego retribuam. Item ad Ro. 12: Si esurierit
inimicus tuus, ciba illum; hoc faciens congregabis
carbones super caput eius, dicit ego dominus
verbo proposito. Nonne oportuit etc. Hic moveri
possit unum dubium, quare tamen tam diligenter sua
doctrina patientem et tollerantem iniuriarum, quasi
vindicacio sit peccatum, cum Tullius in sua retho-
rica habet quod vindicacio sit virtus, quia quis
libere aptius est nominum [illegible], et de
illis [illegible] solutionem et [illegible] illius que-
re in 2a 2e sancti Tho. q. 108 de vindicacione
articulo 2 et 3, utrum sit virtus etc.

Reddite que sunt cesaris cesari
et que dei sunt deo. Mt. 22, Lu-
ce 20, verba hodierni evangelii. Deus et dominus
noster [illegible] non ignorans qualiter ad sa-
tisfactionem omnimodam debiti solutionem insuffi-
cientes sumus, ipse quidem fecit ex gratia et pietate
nos illud habere quod ex virtute et merito
nequimus obtinere, dimittendo illud quod persolvere
non valemus non pretermittit. Ipse quidem in evangelio
precedenti docuit homines debitorum misericordes
esse, sicut et ipse est erga suos debi-
tores, id quod ex inopia et egestate non
possunt exsolvere, ex sua debent ipsis pietate
dimittere; nunc quidem docet et ipsos qui
debent ut non super sola ipsa dei misericordia quam
in se habet et in alios se requirit, sunt re-
mittendi ex hinc omnem debiti solutionem et eam
quam bene solvere possunt negligunt, sed tamen
quantum ex sua facultate, ex sua possibilitate va-
lent solvant et nullo modo pretermittant, quamvis
enim homo ad impossibilia non sit astrictus, neque a
possibilibus est absolutus. Non enim est intentio
ut dimittatur debitum ei qui habet et qui potest solvere,
etiam si quis sic dimiserit, ipse male agit,
nam deus sicut ut Mt. 18 non habere unde red-
deret procidit ad pedes domini et dimisit ei

debitum / Crisostomus super mt qui misericordiam facit egenti et petenti pius est / qui negat crudelis est / Si quis autem non egenti nec petenti negauit crudelis non est / et si sibi fecit propius est / deus enim qui ita inobens est vt ad titum iij non ex opibus que fecimus nos sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit / deinde nisi optinuerimus et secundum posse nostrum laborauerimus nihil saluti nostre indulgencia prestabit nobis Aug. qui creauit te sine te non saluabit te sine te te scilicet volente posset preuenire / preuenire autem non nostra condignum sed secundum facultatem / vnde mt xx voca operarios da illis mercedem / non dicit operosos Sed quia nostra condignum meum meri pl / id quod deficit supplet gracia dei Inde est quod dicit volo et huic nouissimo tamen dare sicut et tibi primo Nos igitur qui dimissionem nostrorum debitorum cupimus et in possessionem vite eterne primo in satisfaccionem in debiti solucionem nos ostendamus quantum possumus deo primo et proximo reddendo et soluendo in supplere queramus diuinam pietatem / hoc est ad quod nos monet apostolus ad ro xiij reddite omnibus debitum cui tributum tributum cui vec. vectigal cui timorem ti. cui ho. honorem etc ad quod et intelligo verbum propositum reddite que sunt sunt

In hijs igitur verbis sic intellectis ad duplicem debiti solucionem exhortamur / sicut et duo sunt domini quibus obligamur / quantum ad propositum sufficit primus est terrestris 2us celestis primus nominatur cesar 2us est deus et proponitur terrestris celesti / non quia dignior vel excellencior sed quia minus mitius aut minus parcens vel dimittens vt videmus tales in monendo sequendum preuenire / sic proponitur et primus sic monito duo michi quo duo celi Quantum igitur ad primum quid debeatur cesari, vel cuius placeis celesti / quia nomine cesaris quod magis placeo secularis nomine est volo signifficari dicit 1 Re viij hoc est ius regis qui imperabit vobis faciet vos sibi sub tributo / vos eciam serui eius filios et filias vestras tollet a vobis faciet sibi seruos et ancillas Boues et agros vestros tollet a vobis vt arent sibi etc Ecce dicit dominus hoc est ius eius quod hoc tenemur duo tercium sed quibus verbis nominantur tria / obediencia reuerencia et tributum / obediencia et reuerencia quia tenemur seruientium sibi / ad quod pertinet reuereri dominum et obedire sibi / Tributum autem quia oues et boues agros et vineas / hoc est possessiones temporalium aufferet a nobis Pro istis attendendum propter quod ethi. princeps dicitur quasi primam tenens vel capiens / et est caput populi Caput autem habet potestatem regendi imperandi et tuendi cetera membra / quam omnia debent sibi seruire Sic et princeps ante omnes prelatus florere debet sapiencia iusticia et fortitudine Sapiencia regit Justicia puniat fortitudine tueatur / quam igitur populo debet sibi seruire / pro ~~hospite~~ sapiencia honorem pro iusticia timore aut obedienciam pro fortitudine tributum Si enim princeps debet in defensorem populi indiget certum indiget stipendiis Si quia nemo tenetur propriis stipendiis militare debet populo temporibus et seruitus ipsi se ostendere Aristoteles vera cognitio dominum est tributo temporis et seruitutum / qui enim seruire et dare negligit regem dominum suum esse non cognoscit Ce debetur sibi honor obediencia autem quod quia secundum apostolum ad ro xiij minister dei est et vindex in iram ei qui male agit / qui potestati resistit deo resistit / vij. in de sum bo. li iij c xxviij Si sine metu tolerit esset quis nam a malo quopiam cohiberet Ideo a deo reges et principes constituti sunt / vt terrore populos a malo cohiberent et recte viuendo legibus dei subderent / vnde igitur ipsis obediendum est et per illam obedienciam ad salutem peruenitur et sicut et per inobedienciam ad dampnacionem peruenitur sicut dicit apostolus vbi supra qui re. potestati deo re et dampnacionem sibi acquirunt Ar i. rethor x c. In legibus est salus ciuitatis / qui obedit regi obedit legi et per illam salutem accipit secundum iiij poll. Sicut anima est vita corporis sic rex salus regni / tamen enim omnia membra corporis obediunt et subiacent regimini anime et racionis salus est toti homini / Econtra si non fuerit sequitur dicit iiij poll. c xxxv magis non frangere preceptum medici / quod ex consuetudine non fuerit preceptum

principi aut prelato Tercio debet sibi su
mor aut reverenciam / eccl iiij / presbytero inclina
caput tuum et coram magnato humilia ani
mam tuam / et da illi honorem secundum mandatum suum
holk xxxix super lib sap omnis prelatus ex
suo officio / ex sua potestate honore dignus
est et honorari debet / etiam si malus fuerit
i pe ij Obedite prepositis vestris non tantum bonis
sed et discolis / racio quia omnis potestas a deo
data est ad ro xiij / et iste honor quem debetur
prelato non debetur sibi quo ad propriam personam
sed ex prelatura quam a deo accepit et eius
vicem gerit unde math xxv quod uni ex
minimis meis fecistis mihi fecistis Illud et
obprobrium non est eius / sed dei cuius vicem gerit
unde i re viij Non te sed me abiecerunt
dicit deus samueli / debemus igitur illis qui
a deo constituti sunt honorem et timorem
et maxime desiderium salutis eorum reddere
debemus docente domino reddite que sunt cesaris
cesari quo ad primum / Quantum igitur
ad secundum advertendum Si tanta tenemur
reddere prelato nostro super terram / et quanta
tenemur domino nostro super celos qui non tantum
dominus noster est / sed et dominus rex et pater deutro
xxxij Numquid ipse est pater tuus qui possedit
te fecit enim quia dum nichil est quod ipsum
aliquid facti sumus / possedit nos velud
subiectos / nos enim servi et subditi eius
sumus habentes ab eo feudum omne quod
habemus intra nos extra nos et circa nos ipse
habet potestatem super nos non tantum in vita
et possessionem / sed et vitam et formam corporis
et animam et omnia que in nobis sunt math
x Reges terre occidunt corpus animam
non possunt / sed dominus eum occidit corpus
habet potestatem et animam mittere in gehennam
hic est igitur verus dominus noster Augustinus in soli
loquiis deus meus et rex meus dominus meus pater
meus causa mea salus mea res mea
spes mea decus meum patria mea lux
mea vita mea Numquid igitur illi tenemur

fecit creavit
et

servicium et tributum Sicut quidam credebant
se in custodia fidei obediencie et fidelitatis
regis aut principis sui hec omnes homines
omnem nobilitatem / etiam omnes virtutes
quibus deo in nullo fidem servant nec obedienciam
Sed inquit apostolus petrus / obedire oportet deo
magis quam hominibus Si namque ut ait dominus
est regi exhibetur honor timor et tribu
propter sapienciam iusticiam et fortitudinem
aut propter timorem gubernacionis et appro
ximacionem / et hec omnia in deo sunt et i
eo esse probantur holk lect c deus est
infinite bonitatis sapiencie et potencie iusticie
ex bonitate creavit omnia sapiencia gubernat
omnia iusticia appreciat omnia Est ergo propter
suam bonitatem summe diligendus propter
sapienciam maxime honorandus / propter
iusticiam valde timendus / debemus igitur cesari
hoc est prelato nostro sic reddere debitum ut
non pretermittamus etiam deo reddere suum et
quod alii simpliciter hoc illi debemus in te
mplo Sicut alteri tribuimus censum in bono
corporum nostrorum / reservemus huic quod est optimum
nostrorum animam scilicet nostram hanc requirit
primo et quicquid habemus non preciat nos dare
pro illo / quoniam unde Augustinus attende quanta
deo debeas / omne quod habes omne quod
potes omne quod ipse es debes / reddentes
cesari que cesaris sunt non obliviscamur
et dare deo similiter que eius sunt id est animam
applicabilem ad illam tamen in holk lect
170 / deo debemus racionem debitam racionem bonorum
et temporum etc

Confide filia quia fides tua te salvam
fecit math ix marci v luce viij
Statuit nobis dominus deus ut quicquid gracie et
salutis ab ipso possimus / ab ipso fide crede
do / spe confidendo impetremus / quod si di
mittimus nec graciam neque salutem accipimus
quod patet quod dominus noster factus est credentibus et
confidentibus in se victus et gloria contempnentibus
autem et derelinquentibus se maledictio pp

i petri ij Scriptum est ecce pono in syon lapidem angularem electum et preciosum et omnis qui credit in illum non confundetur / vobis credentibus honor / non credentibus autem lapis offensionis et petra scandali Item ps · xxiiij si qui sustinent te non confundentur / deq meq i te confi non erubescet · confundantur autem omnes iniqua agentes etc Si igitur aliquid a deo cupimus / in ipsum solum tamquam eum per quem omnia possumus omnia perficimus si confidamus ij cor · iij fiduciam talem habemus per xpm ad deum quod non sumus a nobis sufficientes sed sufficientia nostra ex deo est Item Bernardus super in eo domine spes mea / per te scio et possum quicquid agam quod declinem quicquid etiam optare debeam / tu omnium promissionum mearum vna causa / tu causa omnis mee expectacionis / prodit ille nudum se ferre / ille pondus diei et estus se portare / ille in sabbato bis se ieiunare etc mihi autem adherere deo bonum est ponere in domino deo spem meam Item bernardus q d · non in meritis meis mihi propicit sed in tua gracia / sine te non mereor / sine te nihil est quod operor / Aug in Ereth d · maledictus homo qui in homine ponit spem suam / vel qui confidit in se ipso / non nisi a deo petendum et expectandum est quicquid petimus siue cupimus quidue speramus Si quid etiam summus operati / si etiam pro ope premium adepturi sed Bern dicit Si premia mihi debentur / per te domine spero obtinenda / si exurgunt aduersum me prelia / si seuiat mundus / si fremat malignus / si etiam caro aduersus spiritum concupiscat / in tuis sperans in te superabo / debemus igitur in deum confidere ad heb x · nolite amittere confidentiam que remuneracionem magnam habet / et i / ... tes fiduciam accedamus cum vero corde con... tenentes fidei indeclinabilem quia fidelis est qui promittit etc Si igitur fidelis est / non defraudabit nos / si verax est / non mentietur nobis / confidere debemus ipso hortante Confide filia etc pro quo igitur aduertendum quod confidere in deum est nobis intima racione trium que in nobis sunt / trium que deus nobis circa gerit holk · lectio c · liij confidere debemus in deum / quia pondere peccatorum premimur / quia tribulacionibus temporalibus impugnamur / quia timore dampnacionis eterne perturbamur In hijs tribus deus et dominus noster curam maximam habet a peccatis liberando / in tribulacionibus custodiendo / in dampnacionis timore saluando / confidere igitur semper debemus in illum / Quantum igitur ad primum dico in aggrauacione peccatorum nostrorum confidere debemus in deum / quia per ipsum liberabimur ad ephe · i · In illo habemus redempcionem per sanguinem eius in remissionem peccatorum secundum diuicias gracie sue / que habundauit in nobis / et non tantum secundum penam redemptor qua a peccatis nostris sua morte nos liberauit verum quociens adhuc peccatis premimur in passionis eius merito confidendum remissionem merere etc ij Quis vnquam inuocauit illum et despexit eum / pius et misericors est in tribulacione dimittit peccata et protector est omnium sperancium in se exquirentium se in veritate / aug de fide ad petrum Talem dedit deus penitentibus securitatem quacumque hora qua etate quantumcumque homo aggrauatus redierit in conspectu domini lacrimas non tantum corporis / sed et cordis effuderit bonis operibus mala diluere curauerit mox indulgentiam omnium peccatorum suorum habebit Quia per prophetam verbum hoc promisit Ezech · Si conuersus fuerit et ingemuerit saluus erit Item fili si peccasti / non vltra adicies pro preteritis deprecare et dimittentur tibi Aug Non sufficit oro pro peccatis indulta nisi per ea esset indulgentia peccatorum tribuenda dico autem si peccatorum inde sumi in deum confidendo liberemur Sed dico / vltra aduertendo / confidere debemus in deo sed non presumere debemus / audi verbum prophete fili si peccasti non adicies iterum sed quere ingemuerunt. Si volueris igitur reuersionem ex gratia sua accipere confidentes veniamus non tardantes, conuersi ad deum non protrahamus conuersionem nostram presumentes de dei misericordia. Unde iterum Aug. Nullus homo debet negligere credere a peccatis suis puniendos sibi de misericordia sua, tales enim qui sic conuersionem negligunt et de misericordia dei sibi promittunt sepe repentino dei furore preueniuntur ut nec conuersionis tempus nec beneficium remissionis inueniant. Ponamus igitur vnam differentiam inter confidentiam et presumptionem. Confidens querens est sed presumptuosus negligens. Ille enim dicitur confidens qui intellecta misericordia dei se conuertit ad illam confidenter querens. Unde ysa. xl. qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem assument pennas sicut aquile et currunt scilicet conuersiones sua festinantes. Sed alii sunt presumentes qui audientes misericordiam dei esse magnam non corde capiunt ut se conuertant ad illam et licet sperent eam, super illa se dimittunt negligentes querere illam vsque in extremo vite sue proponunt inquirere eam obturantes corda sua. Cum tamen dicatur per prophetam hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Sic hoc est scilicet cum audieritis eum in misericordia vocantem et gratiam conuertentem non obtineretis cor vestrum sed mollificetis ut aptum sit pro susceptione eius, quod exponit iterum Aug. obduratio cordis, qui conuersi negligunt desperans de misericordia dei et indulgentia peccatorum suorum vt Cain, nec tamen ille sed qui sperat illam tamen in peruersitate criminum suorum vsque ad extremum vite sue permanet, ergo dico hic non dicitur confidens sed presumptuosus in deum et obduratus in se ipsum, de quo dissuadens loquitur apostolus ad hebreos iij. Videte ne quis vestrum habeat cor incredulitatis malum discedendi a deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur in verbis et ne obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Et qui diceret, non debetis scilicet obdurare corda vestra presumentes de dei misericordia et multitudine dierum vestrorum sed cottidie vos ipsos hortari debetis vt velitis apprehendere illud hodie quod audiatur et corde capiatur a vobis misericordia dei promisso. Dixi ergo non presumendum sed confidendum sit, non omnino sperandum sit, sed et metuendum etiam cum hoc sit. Aug. Diligere debemus dei misericordiam, etiam tamen metuere iustitiam quia sicut deus misericordiam suam non dimittit nec suam iustitiam, sicut misericordia suscipit conuersos et absoluit ita punit et punit obduratos. Hic de presumptione dictum, hec non est propria salus eius, sed si confidens fueris confidentiam habentes in deum nos conuertendo salui erimus. Verbo proposito.

Quantum autem ad secundum dixi tribulacionibus impugnati, illud sit nobis refugium, quid nisi ad deum xpistum dominum in hoc inueniemus solatium et liberacionem. Ergo in omni tribulacione et necessitate ad dominum semper precipue recurrendum est, in ipso enim sine dubio omnis spes et salus consistit. Ecclesiastici ij. Scitote quod nullus sperauit in illo et confusus est, nullus in mandatis eius permansit et derelictus est, quis enim inuocauit illum et spreuit eum. Vt propheta ecce ipse promisit psalmo xc. quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum quia cognouit nomen meum. Clamabit ad me et exaudiam eum, cum ipso sum in tribulacione, eripiam. Et ad hebreos vlt. ipse dixit non derelinquam te neque dimittam te, quomodo iterum fiducialiter dicamus dominus adiutor meus. In ipso sperauit et adiutus sum, non timebo quid faciat mihi homo. Ergo dico, quecumque tribulacio ceciderit super nos, ipse est liberator sperantium in se. Liberabit eos ab inimicis. Ezechiam ab infirmitate, Danielem a leonibus, Joseph a fratribus, Susannam a scandalo, hodie filiam principis a morte liberauit, mulierem a fluxu sanguinis. Nunquam deficit custodia et receptio confidentibus in se. Et si in vita non liberauit vsque ad mortem derelinquens, et in morte tamen et post mortem consolatus est. Job. Etiam si occiderit me sperabo in eum. Unde dicitur Hebr. Iusti et sancti quecumque tribulacio venit super eos, aut fames aut persecutio

inimicorum aut incursio mundanorum aut in
firmitas aut mors, semper confisi sunt
in domino, et quanto maior materia timoris in-
cubuit tanto in eis maior spes exurgit
et quamvis reatum sibi cognoverint, ipsum dominum
non deseruerunt de spe aut confidentia despe-
rantes de misericordia eius scientes quod in ira eius
non deest misericordia abacuk iij Cum iratus fueris
misericordie recordaberis postquam etenim et punit
denique custodit ut placet bernardus [illegible] sed [illegible]
o prima in fine ducibus [illegible] veteris testamenti
et ad hebreos c in sermone [illegible]
quae hic dimitto, et ibidem concludit quod sicut
mater aut pater castigat filio suo, sic nobis castigat
deus ipse punit et flagellat, denique custodit
protegit si quid adversitatis sibi acciderit
sic et deus noster ipse nobis pater est, et plus punit
et magis diligit nos ysa xlix Numquid obli-
visci potest mater infantem suum, et si illa oblivi-
scatur ego tui numquam obliviscar sic eius [illegible]
et verbo proposito nos filiam suam vocavit
dicens Confide filia fides tua te salvam fecit Quantum
ad tertium dixi, salvari debemus per ipsum
ideo confidere debemus per illum psalmista Qui
salvos facis sperantes in te sicut sunt in te domine
speravi non confundar in eternum. Per fidem etenim
et confidentiam illam nostra est nos omnes
salvos fieri misericordia vult Qui non crediderit [illegible]
[illegible] alibi Qui perseveraverit in finem hic salvus erit.
Nullus enim ad vitam eternam ingressus est
nisi per fidem et confidentiam in deum apostolus
ad hebreos xi et x iustus ex fide vivit Abel
Enoch abraam ysaac iacob moyses raab
meretrix david Samuel omnes qui in deum
confisi sunt et crediderunt salvi sunt sicut
unde psalmista In te speraverunt patres nostri speraverunt
et salvi facti sunt et non sunt confusi Est
enim spes anchora anime, sicut anchora sal-
vat navem, sic spes firmat et salvat animas
ad hebreos vj Qui confugimus ad propositam
nobis spem, quam sicut anchoram habemus tutam
et firmam Bernardus Si videris te fluctuare
in mari huius mundi, noli oblivisci ancho-
ram [illegible] mittes in portum, fluctuat na-
vis si non longe a terra proiciatur, non multum
fluctuabit, si ad ipsius fluctuat, dixi
ergo si timor nos concutiat hec sit nostra
anchora, maneamus in confidentia, spes sal-
vabit nos. Si autem desperaverimus in eternum
peribimus. Unde applicabile [illegible]
holk lecon xxxv quod confidentia nostra
est [illegible] navigantibus et infirmantibus
que quasi per solitudinem ad propositum quietis
quia nos hic velut in agone contendimus
nos in mari huius mundi periclitamur
Nos infirmitate peccatorum premimur sed omnes
salvat sola spes, et de labore ad requiem
de periculo ad gaudium, de infirmitate ad sani-
tatem, de tristicia ad [illegible] perducit
abstergit omnis timor, sic ut curramus ad
anchoram nostre salutis spem et confidentiam
quod ipse dominus liberabit nos custodiet nos
et salvabit nos, promittit [illegible] verbo
proposito Confide filia etc.

## De sancto Andrea apostolo

Invenimus messiam quod est
interpretatum Christus. Dicit Andreas
sed pro sermone ita scribitur Io. primo capitulo.
Sanctus Andreas apostolus congrue nobis iam
in doctrina proponitur ut eius exemplo discamus
venientem Christum suscipere, et qualem nos erga
illum debeamus exhibere. Ipse enim quando a pre-
cursore Iohanne audivit Ecce agnus dei etc.
statim credidit et statim ipsum intravit / ut se-
cutus est. Sanctus enim Andreas primus fuit
qui Christum credidit, cognovit, sequebatur, confitebatur
et ipsumque predicavit, sicut intellige in disci-
pulos et post Iohannem baptistam. Hic sit nobis
exemplar ut quando audivimus a Iohanne, hoc est a
predicatore ecclesie, quando adest adventus domini
credamus, confiteamur, sequamur, et recognoscamus esse
ipsum. Ecce Andreas statim credidit, et plus quam
audivit credidit. Audivit enim hic est agnus
dei, confessus est Invenimus messiam. Ecce dominus
Christum eum vocante mox ad vocem domini secutus
est Math. iiii. Discamus et nos. Sed audi quid
dicat Greg. in omel. hod. Ad primam vocem
domini ex missione non mirabilia videntur nec prima
comprehendunt audiverunt secuti sunt dominum. Scientes
nos vocantem signis, initiantem humanis, dicentem
ad hanc vocationem sequi compelluntur. Sedulo post
pauca. Sed quia sancti apostoli natalicia colimus
id quod colimus sequi debeamus. Si enim sancti
fuerimus et ipsum similiter invenire poterimus
cum eo gaudente de inventione eius et dicere
verbo proposito Invenimus messiam etc. Unde pro
illo advertendum sit hoc adventum Christi tria
debemus discere a beato Andrea, que ipse
primitus adventum Christi exhibuit. Postquam enim
a Iohanne de adventu eius audivit primo ut ii requisivit
eum conspiceret, nosceret, prae haberet, quo
viso vel cognito intravit quo enim sibi
reservaret, quod detento secundo recto quod
eum aliis contaret; primum nescire in eo quod secutus
vocatus est eum. Secundo in eo quod de habitatione
eius requisivit secum cupiens habitare
ut non sit separatus ab illo. Tertio in eo quod fratrem
suum invitavit quibus et ipse veniret et illud
querere disceret. Sic et nos secundum Andream ipso sanctus
Revertamur ad primum quia audivimus eum ve-
nisse, gavisi sumus statim querere debemus
noscere invenire illum, et invenimus a nobis
quod dicitur eccl. ij. Quis unquam invenit illud
et derelictus est, quis quesivit illud et gl.

eum quasi diceret nullo, querere ideo semper
debemus eum. Iam enim habemus tempus et
locum ac modum querendi quo inveniri possit. 1
Tempus enim habemus quia in illis diebus con-
versus est deus ad nos, ad Ro. xiii. Nunc propior
est nostra salus, nox precessit dies appropinquabit.
Item ii Cor. vi. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce
nunc dies salutis. In hiis igitur diebus diligenter
inquiramus quia iam dominus prope est. Ad hoc
nos ideo hortatur propheta Ysa. lv. Querite dominum dum
inveniri potest, invocate eum dum prope est.
Item habemus locum iam dominus ad nos se convertit 2
apud nos habitat; non oportet per multas dis-
tantias viarum et spatiorum requirere eum quia
prope est dixit. Unde Aug. in de trin. quid per
celorum sublimia, quid per longa terrarum
spatia discurrimus querendo eum qui apud nos
est, et bene dico quod apud nos sit quia ipse con-
vertit se querere nos etiam plus quam nos eum que-
rimus. Apoc. iii. Ego sto ad ostium et pulso etc. 3
Item habemus modum quo queramus non
per graves labores non per multas occupationes
sed per solum cordis affectum inveniri possit
unde Beda super Io. hoc est vere invenire deum
amore eius frui. Item Greg. in o. vel Aug.
in festo pentecostes utique legitur. Impossibile
est ut quis deum amet, sed quod eum quem amat
non habeat, et eo est quod eum amat per
caritatem quia hic amat caritas autem deus est.
Item Aug. alibi. Vere modestia amatur ad
commoditatem amplecti ad quod cum sanctitate despi-
ceatur. Ergo dico si per tempus locum modum te-
nuerimus querentes inveniemus eum. Sed
quia nec modo nec loco non tempore recto querimus
ipsum raro invenimus. Unde super xiiii mirabiliter
deum querendo et invenire volentem sed non valentem
Super illud dicit Holkot lectione ... Deus non
invenitur in lascivis voluptatibus. Unde Iob xxviii. Non 1
invenitur in terra suaviter viventium. Item Cant.
iii. In lectulo meo quesivi sed non inveni illum. Item non 2
in divitiis pecuniarum. Ozee v. Vadent enim in gre-
gibus et armentis querere dominum, sed non inve-
nient illum. Item non invenitur in consortiis 3
consanguineorum, hoc est quod dicit in dilectione que est ex
consanguinitate i. carne vel humana con-
similitudine unde dicitur Luce ii. requirebant eum
inter cognatos et notos etc. et non inveniebant
illum. Sed si volumus querere Ihesum, debemus eum
querere in templo primo, unde Luce ii. Invenerunt

infantem pannis involutum positum in presepio. Presepium quod spectivum est penitentiam per illam invenitur unde Isa. lv. Derelinquat impius viam suam et revertatur ad dominum multus est ad ignoscendum. Invenitur secundo in domo munde conscientie unde Math. ii Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Igitur domum conscientie stella gratie dei signate ire. Item etiam invenitur in templo celestis contemplationis unde Luce ii Invenerunt eum in templo inter doctores etc. Ubi et nos eum querere debemus et invenire eum possumus ut gloriose dicere Invenimus messiam. Quantum ad secundum postquam eum distamus quod consimiles eius et simul commorantes nunquam separemur ab illo et antequam curremus venire ad habitationem suam primo distamus quod consimiles eius et simul commorantes nunquam separemur ab illo, et antequam curremus venire ad habitationem suam primo distamus ut et eum in nostram habitationem conducamus, si autem volumus eum hospitare, oportet ut mundam domum aut hospitium sibi preparemus, quia in malivolam animam non introibit nec habitabit in corpore subdito peccatis Sapientie i. Pensate igitur dilectissimi inquit Gregorius in omelia festi pentecostes quanta dignitas sit in hospitio cordis nostri adventum dei suscipere. Si enim in domum vestram dives aut potens quispiam intraret certe tota domus vestra cum festinatione mundaretur, ne fortassis aliquid esset quod oculos eius offenderet, tergat ergo homo sordes prave operationis qui deo vult preparare domum sue mentis. Item Leo papa in sermone de adventu domini, totis viribus studiosissima devotione cum magno ipsius debemus nos preparare. Latebras animi nostri conspicite, ne forte aliquod malum a peccatis sit absconditum, quod aut domum nostram confundat aut oculos eius offendat. Sicut enim hospitem offenderet, si vel videret aut sentiret aliqua immunda, odoraret fetorem, audiret impudica, sic et Christum si in domum nostram intret. Dicit ergo Ysaie i. Lavamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, et non sufficit etiam mundare domum, sed oportet ut etiam decoret vel ornet. Ergo hunc gloriosum hospitem, qui dicitur gloria et divitie in domo eius, quia domum tuam decet sanctitudo, debemus preparare et promissionibus bonorum disponere erga eum, sed non debet esse hic ornatus in vanitate nec pomposo in temporalibus in crapula. Illa non amat hic hospes, unde ad Ro. xiii Non in comessationibus et ebrietatibus sed induimini Christum. Bernardus super adventum domini sermone ii. Sunt nonnulli qui vestium gloriam ciborum delicias in sollempnitate domini preparant, ac si deus quereret illa et his sua ac si gratius ingrediatur ubi illa sibi ab hominibus exhibentur. Sed audi inquit quid dicat superbo oculo et insatiabili corde cum hoc non edebam. Quid enim in sollempnitatem meam tanta ambitione vestes preparatis, sed quam detestor ego superbiam non amplector. Quid ex ciborum habundantiam reponitis crapulam anime et delicias non accepto. Unde non igitur ut sit primo apostoli: abiciamus opera tenebrarum et induamur arma lucis etc. Item Augustinus in sermone de adventu: preparemus nos in omni castitate et in omni pietate ad admirabilem domini nostri Ihesu Christi adventum, qui totum mundum sui adventus luce perfudit. Leo papa in sermone: oportet nos igitur esse preditos sanctitate, mundos puritate, mundos honestate, ut qui sollempnitatem domini suscipere volumus et orationis accedamus. Sic disposita domo nostra gratus erit hic hospes assumptus in ea, unde Ysa. lxii Non amplius vocaberis derelicta, nec terra tua desolata, sed vocaberis voluntas mea in te, et terra tua inhabitabitur, quia complacuit domino in te. Sic quidem gloriari possemus cum apostolo dicere Invenimus messiam qui dicitur Christus. Quantum ad tertium debemus discere a beato Andrea. Postquam ipse quod cognovit et invenit sibi ac si sunt thesaurum celavit et alios illum cordare, sic et alios ad suam scientiam vocare, quod secum fratrem suum invitavit, sic et nos in invicem invitantes ad laudem dei, alter alteri predicantes famulam domini discamus augmentare et multos ad obviandum Christo venienti convocare, unde propheta in psalmo: Ecce deus noster veniet, congregate illi sanctos eius etc. Item in ortu eius in sermone eius convocate plures ut multi sint laudantes nomen domini, sic per omnia sancti dicere possumus cum Andrea apostolo Invenimus messiam. Rogemus etc.

## De S. Barbara

Amator factus sum forme illius Sapientie viii. Christus dominus noster qui est sponsus et amator omnium fidelium specialiter virginum mulierum singulariter, quia dicitur ipse pulcher est et decorus, omnis que voluerit amari ab illo debet esse non deformis sed similiter pulchra et decora. Unde de sancta Katherina dixi, quod quia similitudo dicitur causa facilitatis amoris, dixi Nobilis nobilem, sapientem sapiens, pulcher et amat decora, sic et Christus dominus qui nobilissimus sapientissimus pulcherrimus est requirit sponsam suam similem esse. Quod et de nobilitate sapientia patuit ibi. In consequenter de tertio scilicet de pulchritudine modo prosequendum est, pro quo dico quod sicut ipse pulcher est sic et anima nostra ut pulchra sit decoretur ut digna fiat amoris eius, quia ipse pulcher est. Ps. Speciosus forma etc. Agnes: Cuius pulchritudinem sol et luna mirantur. Hester ii. Mittantur qui considerent per universas provincias puellas speciosas et virgines et adducant eas et accipiant mundum muliebrem et cetera ad usus necessaria et quecumque inter omnes placuerit oculis regis ipsa regnet cum rege. Sed non intelligas ut exterius pulchritudine fulgeat in corpore, sed interius fulgeat ornatu virtutum. Eccl. xi. Ne laudes hominem in specie sua. Item Bernh. Quid est pulchritudo corporis nisi velamen turpitudinis ut dixi de s. Katherina, debet esse non exterius omnia sed interius. Ps. Omnis gloria eius filie regis ab intus in fimbriis aureis circumamicta varietatibus id est virtuosorum ornatuum multiplicitatibus. Hec est pulchritudo quam deus amat et requirit in sponsa sua, quod patet statim ibi quia concupiscet rex decorem tuum. Simile et in hiis verbis que ad propositum:

Amator factus sum forme illius ubi et pro illo namque advertendum, quam pulchritudinem deus in sponsa sua requirat et quam non vult. Secundum Tho. in 2a 2e q. 145 arti. 2 ubi querit et tractat de honestate duplicem distinguit pulchritudinem, unam dicit corporalem aliam

i autem spiritualem. Corporis quidem est que in dispositione corporis vel membrorum exteriorum consistit, illius habitus in se simpliciter neque est laudandus neque vituperandus, neque virtuosus neque viciosus, sed secundum usum illius accipitur. Pulchritudo vel virtutum ex gratia dei, vel ex dono dei est. Fallax gratia est et vana pulchritudo. Prover. ult.

2 Alia est pulchritudo spiritualis. Hec consistit in dispositione virtuose et honeste conversacionis et secundum similitudinem ad priorem. Nam secundum Dyo. iv de di. no. c° ad racionem pulchri sive decori concurrit claritas et debita proportio. Tho. ubi supra. Sicut igitur pulchritudo corporalis consistit ex debita proportione membrorum cum claritate coloris sic et pulchritudo spiritualis consistit in recta ordinacione sive dispositione actionum et conversacionum cum claritate spirituali rationis, hoc est sapientia vel prudentie lucentis in facie omnium actionum quas deus dirigit per eam, ubi actiones pro membris, sapientia pro coloris claritate accipitur. Dicitur enim Eccl. viii. Sapientia lucet in vultu hominis et faciem eius commutabit. Sic debet esse ornata ea sponsa que a Christo amari velit. In hac pulchritudine reddunt laudabiles virtutes sapiens ubi supra. Sed mulier timens deum ipsa laudabitur, ac si diceret hec mulier que in corpore vivit non est a pulchritudine sua laudanda, sed que ex timore dei et amore eius in mente decora sunt honesta pura pudica casta verecunda discreta benigna ipsa laudabitur. Et inde est quod beatus Aug. in lib. lxxxiii q. illam pulchritudinem vocat honestatem, honestatem inquit voco intelligibilem pulchritudinem, hoc est spiritualem, exponit Tho. Hec discant adolescentes magis sibi eligere honestas et pudicas quam pulchras, plus quam divites, plus quam nobiles, nam hec omnia ipsa spiritualis pulchritudo precellit. Unde Sapie. viii. Super salutem et omnem pulchritudinem dilexi eam. Proposui pro luce habere eam quia inextinguibile est lumen eius. Aurum et argentum non comparari ad eam. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa, et innumerabiles honestates per manus eius etc. et propter hoc et Christus fuit amator eius hanc amavi etc. et amator factus sum. Pro illo ulterius advertendum illud que debet esse preciosa ista pulchritudine debet tria in se habere inter que unum modo determinabo debet esse pudica casta et operosa. Hec sunt que mulieres habentes ea ex timore et amore dei reddunt amabiles vel laudabiles. Quantum ad primum quod iam sit pertractandum dico quod debet esse pudica id est pudicitia esse ornata. S. Thom. in 2a 2e q. 151 arti. 4 ubi agit de pudicitia et castitate sic ait pudicitia a pudore dicitur quo verecundia nominatur, et est verecundia de hiis que honesta vel licita aliquando non sunt, et est maxime circa venerea, et

et accipienda sit hic generaliter pro mensura sive verecundie et honestatis in omni actione et figuratione. Hec ut pudicitia sit virtus inclinans verecundari de inhonestis ad fugiendum ea et delectari in honestis ad amplectendum illa. Ista maxime debet esse in mulieribus, quia illas non decet in omnibus per omnia semper omni loco et omni modo pertractare quecunque audire videre loqui aut agere. Scire debet proinde quid attendat, quid dissimulet, quid taceat et quid loquatur; unde sapiens ecclesiastici xxvi: donum dei mulier sensata et tacita. Sensata hoc est que noscat agenda licite vel honeste; tacita que noverit quid loqui aut tacere sibi conveniat. Et cum mulier hoc suo tempore vel loco loqui audire videre adesse vel quecunque facere ipsam offendi virtute vel honore nomine vel fama debet, igitur hec omnia in ea verecundia vel pudicitia mensurare. Unde dicit Bernardus super cantica: verecundia est specialis decor conscientie, fame custos, vite decus, virtutis sedes ac insigne habitaculum totius honesti. Jeronimus de vidua: Est in feminis pudicitia vel verecundia flos morum decori. Sed sit specialiter in tribus consistit illa verecundia. Pudica namque sit vel verecunda primo in verbo, in respectu, in apparatu. Primo in verbo debet sepe tacere mulieres quod alios iuvat loqui. Jo. Chrysostomus super matheum: mulieres non possunt omne quod audiunt vel vident secundum sapientiam considerare, non licet eis igitur singula pertractare. Debet esse cauta in loquendo, item vera, item discreta, item benigna. Primo dico caute ne levis iudicetur. Proverbiorum vii: mulier stulta et clamorosa sedet in foribus etc. Pro. vii: vidi mulierem ornatu meretricio vagam garrulam, quietis impatiens. Secundo ne de mendacio quod de ea suspicetur. In multiloquio enim non deest necessitas, et precipue indoctis in quo periculis quales ipse sunt. Item ne quis audiens vocis eius offendatur. Ex colloquium enim quasi ignis exardescit. Hugo Holkot super librum sapientie lectione xxii: sicut nitor corporis mulieris visus offendit intuentem, sic amenitas vocis nocet audientem. Tertio etiam dicta

2

debet esse discreta: verba eius non sint scurrilia de luxuria, de immunditiis et huiusmodi, sed semper honesta debet esse eius locutio. Nam Christus eius voce obstruere debet verba omnis immunditie, quanto magis ipsa Christi voce talia non loquatur; unde reprehendit illam impudicitiam sapiens Proverbiorum vii: ecce mulier garrula occurrit ornatu meretricio ad capiendas animas multis sermonibus et blanditiis adolescentem trahit quasi bovem ligatum. IIIo debet esse benigna, 3 non loquatur verba rixosa, verba iracunda, sed pia debet esse erga notum et ignotum, alienum extraneum et hospitem; nam mulieris pretius solamen est viri cohabitantis, ut videmus si in domo mulier letam se exhibet omnes pariter letantur. Si iracunda est cetere omnes turbati sunt; unde dicit Ecclesiasticus xxv de malitia eius: Non est malitia aut nequitia super malitiam mulieris. Commorari igitur cum leone et cum dracone magis placet quam cum muliere nequam. Cor humile facies tristis plaga mortis est mulier nequam. Et Ecclesiastici xxvi: gratia super gratiam mulier bona, beatus vir qui habitat cum illa, duplex est numerus annorum illius. Patet igitur omnis mulier esse benigna et ex natura sue complexionis inclinata est ad benignitatem, ut [illegible] nam sicut hec bestia crudelior efficitur. Denique non dico ut sit benigna sic ut signa amoris et dilectionis neque familiaritatis signa exhibeat. Seneca in de iiii virtutibus: Eris omnibus benignus sed paucis familiaris. Et tunc de pudicitia illa que in eius verbis consistit dicitur. Secundo

Secundo

in mulier debet esse pudica in respectu vel attentione; sic puto ut non ad omnia respiciat vel attendat, non omnia videat nec audiat, sed videre aliquid et audire dissimulet; nam facile ex visu inhonestis et auditu impudicis mente vel pudicitia offenditur. Chrysostomus super matheum, quod et superius tangitur: iuventus in mulieribus est incautus et mollis. Incautus quia non omnia que videt vel audit cum sapientia considerando potest quo contineret, quo etiam a se respectum propellant. Est etiam mollis, idest fragilis, quia facili obiecto decipitur. Non igitur debent respicere quod hanc portet sub pena sua vitiis, non attendant quid bibuli in talibus consideret inhonestatis protractent. Item mulier cum debet hanc ut verba et mores sic gerat in presentia aliorum ne mentem ne offendat. IIIIo debet esse pudica aut verecunda

Tertio

in apparatu suo. Sicut enim ipsa intuitu alterum offendit, sic et ipsa alterum visa oculis videntis offendit; unde ecclesiastici ix: averte oculos tuos a muliere compta, propter speciem eius perierunt multi etc. David visa Bersabea in aqua carpitur libidine ii Reg. xi. Debet igitur mulier moderare tegere ornatum suum ne quem offendat dominum eius propter angelos et castos intuentes. Caveat igitur quod appareat quo tempore et loco et modo ut nulla fiat offensio vel etiam in hoc loco tempore vel illo modo apparere, offendit vel se vel aliud, scilicet aut virtute aut mente aut fama et nomine. Unde Proverbiorum vii: Ecce mulier ornatu meretricio preparata ad adolescentem discurrit in angulis platearum, et eum deprehendit ex illicito tempore scilicet noctis, item loco in angulis platearum, item modo in ornatu meretricio. Debet ergo mulier raro apparere et in locis honestis, non hinc inde vaga discurrere. Unde Ambrosius super: Exurgens Maria, discite virgines et Marie pudicitiam et humilitatem, que abire festinavit ne diutius in viis vagari videretur. Item mansit in domo cognate Elisabeth tribus mensibus, non quod rapina delectaret domus aliena, sed quia timuit sepe videri in viis. Sic et filie mee raro et honeste apparere discite. Dicit enim quod raro debetis apparere, non audeat et impudica. Ecclesiastici xxvi: Impudicitia vel fornicatio mulieris in extollentia oculorum et in palpebris eius agnoscetur. Item pudica debet esse in vestitu, ne modum et mensuram excedat, de illo capitulo in se. Vide Elisabeth in 2a parte. Item debet esse pudica in occultatione pudendorum scilicet de mamillis, item de, item de collo, in quibus dicuntur abominabilia mala; nam ex tali apparitione, nullus in se malum non queratur, intellige ad, aliud offendit. Unde de Elisabeth est velandum et tegendum est. Quarto ad propositum dico in omnibus adhibenda est et verecundia. Unde Ysidorus: pudicitia vel verecundia est bone spei, bone indolis index, virga discipline, soror continentie, fundamentum simplicitatis columbine, testis innocentie, lampas mentis caste et certe omnis honeste. Ecce hec est pulcherrima quam amat. Ita pulchra fuit beata Barbara: amator factus sum forme illius. Reliquas partes iam dimitto usque in diem

## De s. Nicolao

Iustus quasi leo absque terrore, Proverbiorum 28. In hiis verbis beatus Nicolaus quantum ad tria commendatur, scilicet iustitia, soliditate et securitate sive fortitudine. Quantum ad primum dicitur Iustus. Augustinus: Iustitia vera consistit in innocentia, beneficentia et humilitate vera. Seneca: Iustitie due partes sunt, nulli nocere, omnibus velle prodesse. Tertium addit christiana religio, scilicet humilitatem tamquam fundamentum omnium. De prima parte dicit apostolus 1 Chor. x: Sine offensione estote et omnibus sicut ego omnibus per omnia placeo. Item Actuum xxiiii: Studeo conscientiam sine offendiculo habere coram deo et hominibus. Ex illius commendatur beatus Nicolaus; unde de eo dicitur illud Ps: Innocens manibus et mundo corde. De 2a parte dicit beatus Aug.: Debetis tenere benefacere, et precipue egentibus tribuere, flagellum in factis qui non benefaciunt egentibus. Hoc item de s. Nicol. dicitur, qui tribus virginibus pro conservatione earum honoris aurum et terre multiplicavit. Unde dico de eo: dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius. De tertia parte habetur Math. iii: dicit dominus: Sine modo, sic oportet nos implere omnem iustitiam. Item nisi habundaverit iustitia vestra plus, Math. v. Hoc dicitur de simplici quia specialiter iustitiam in humilitate custodivit, et de nullo aliquam laudem mundanam requisivit, et quando ad maiora conscendit non minus humilis fuit. Unde pro illo tria sunt que solent humilitatem et gratiam honoris minuere, scilicet dignitas, prosperitas, etas. 1 Chor.: cum essem parvulus loquebar sapiebam ut parvulus; et hoc est in bono et in malo homo ascendit. Unde dicitur de malo: Angelus in annis. Item dignitas mutat mores. Solent sepe qui exaltati sunt ad honorem eos qui ante sibi pares fuere et sepe eos quibus contingit vilipendere. 3o prosperitas temporalis oblivionem est. Sed per nullum illorum mutatus est sanctus Nicol., sed perfectus permansit immobilis sicut sol. Non etas; unde de eo dicitur illud Ecclesiastici xxiiii: sicut dies, sic et. Item secundum dignitas. Proverbiorum. Primi: te constituerunt, noli extolli, sic et non. Dimisit eum possessionem ut placeret deo. Quantum ad 2m, de commendatione

ᵃ Leo
Nobilitas. Ubi enim dicitur leo est animal nobile
et dicitur rex bestiarum ^ In nomine eius com-
prehendo hic nobilitatem hominis sancti Nicolai
qui etiam nobilis fuit nobilitate quidem gene-
ris sed nobiliori nobilitate virtutis. Sed de prima
iam dimitto, magis intuendum est de nobi-
litate spirituali. ᵃ Ieronimus in epistola quadam positum
est hic: apud deum nostrum genus nobilitas nostra
nulla dignitas sed quemque fidei devotio et vite
probitas recommendat. Nobilis quidem a quadam
libertate dicitur. Sed nobilis genere serviens
crimine non est liber, secundum etiam Petrum ii: a quo
enim quis victus est huius servus est. Unde Tull(ius)
in de officiis: liber non est qui aliquid turpitudini
servit. Unde Io(hannes): ¶ Qui facit peccatum servus est
peccati. Ergo Ieronimus: Sola hec est libertas liber-
um esse a crimine et clarum esse virtute. Unde no-
bilis hic est quem nobilitat sua virtus, quamvis
iam precessimus et teneat quod nobilis est ille
quem nobilitavit sua virtus nisi vero qui illo re-
commendatur quia a libertate dicitur nobilis. Singulis
a tribus criminibus debet esse liber qui vult esse nobilis:
debet esse expers falsitatis, invidie et avari-
cie. Quo ad primum dicitur Proverbiorum xvii: principem non decet
esse labium mendax. Unde i Re. xv. Ieronimus in ii c.
initate vere nobilis omnia quecumque dicit sine
ambiguitate veniunt. Sed modo multi e nobilibus
multa loqui, pauca vera, multa promittere,
pauca adimplere, contra quod dicitur Proverbiorum xxv:
Nubes et ventus et pluvia non sequens est vir gloriosus
promissa non implens. ¶ Secundo debet carere invidia
per similitudinem de animalibus que nobilia sunt
et nobilia invida odio habent. Unde invidia dicitur:
Leo non amat sociam sicut sus. Sed modo nobiles
volunt esse nomine vocabulo armato, tamen
omnes invidie huius fornicationis adulterium.
Sed dicitur per apostolum ad Ephesios v: omnis fornicatio,
omnis etiam invidia non nominetur in vobis
sicut decet sanctos. Tertio debet esse expers avari-
tie, sicut nobiles decet esse liberales, ut de
Alexandro magno qui postea se plane dedit
unam civitatem dicens quod non decet ipsum
modica dare. Sed modo raptores et questores
sunt pauperum proceres. Proverbiorum xxviii: Leo rugiens et ursus
esuriens est princeps malus super populum pau-
perem. Sed qui odit avaritiam longi fient
dies eius et in salute terre sue. Hec omnia
in beato confessore Nicolao respondent ad opinionem per
per singula membra potest historia eius ap-
plicari. ¶ Unumquemque ad textum beatus Nicola(us)

laudatur a securitate quia dicitur absque terrore
fuisse, unde ipse fuit absque terrore in vita, in
morte et post mortem. In vita quia mentis
securitatem gessit nihil conscius sibi de malo
quo puniendus, unde secundum Securitas mentis
quasi iuge convivium. Quia volumus aliud quam
volumus intellectum conscientiam perhorrebamus de ipso
vulnere et insecuritate dicitur Proverbiorum xxviii:
Fugit impius nemine persequente. Iustus autem
quasi leo absque terrore. Item ipse fuit securus
in morte. Sicut impius fuit in refugio enim.
Audivit enim hic et vidit angelos dei sibi
astantes et complantes se unde ipsum in de pro-
bo h e t e vult finem istorum vocans tranquilla
commendat quod hora sua absque timore sentiunt,
quia eo quod sanctorum iam dicimus hic consortium
angelorum, unde ibi quidam in extremis se
hilaresunt in contemplatione eternorum bonorum.
Tertio sanctus Nicolaus fuit securus post mor-
tem quia nulla sunt que ipsum terrent
in futura vita. Tum propter suorum meritorum ha-
bundantiam nihil sui operis tunc manet re-
muneratum, tunc considerat quid accipiet
ibi eternam mercedem sicut tamen reddet deus mer-
cedem laborum sanctorum suorum. Tum propter angelorum
consortium hic eius statim accipiunt animam
iusti in sui tuitionem. Luce xvi: Factum est ut mo-
reretur mendicus et portatur ab angelis. Item
Psalmus xc: angelis suis deus mandavit de te ut custodiant te.
Unde Psalmus: Confirmantia hinc eius habere
has animas commendatas dicens: In manus tuas
commendo spiritum meum, ut legitur de sancto Nicol(ao).
Sed quia nullus potest capere de manu dei, ut in evangelio:
Nemo rapiet de manu patris mei, Ioh(annis) x. Sunt
bene custodite sicut dicitur Sapientie iii: Iustorum anime
in manu dei sunt et non tanget illos tormentum mali-
tie. Et sic patet eius securitas. Unde dicitur: Iustus
quasi leo absque terrore.

ᵃ de qua dicit

Sicut impius
fuit in morte

## De conceptione virginis glose

Dominus possedit me in initio. Prover. viii. verba hodierne epistole. Deus et dominus cum ipse est inhabitator sedium et mundarum mentium, ut requirit denique adiuvat per impulsionem gratie sue ad preparationem ut digna sue habitationis efficiatur. Inter unam sibi specialem et singularissimam habitationem elegit et diligentissime sibi eam preparavit ab omni turpi mundando et omni genere decoris adornando, unde dicitur: Sanctificavit tabernaculum suum altissimus. Nam si ipse et domos cordium nostrorum in quibus habitare vult tantum per gratiam, vult habere preparatam et mundam, quanto magis hanc domum uteri sanctissime virginis in qua non tantum per gratiam, sed et per essentialem sui presentiam dignatus est habitare requirebat esse mundam et ab omni macula immunem. Ulla ad inhabitandum per gratiam non impedit turpe fuisse, sed tantum mundum esse. Ihere. iii. Tu polluta et adultera tamen revertere et ego suscipiam te. Ad inhabitandum autem per gratiam et presentiam requiritur a principio mundum et nunquam pollutum fuisse. Dicit ergo Aug. in ser. de ass. Ioh. bap. et apostoli et martires sanctitatis honore per successionem etatis adepti sunt ad annos discretionis pertingentes deum cognoverunt et fidem eius susceperunt, sic quidem digni facti sunt inhabitationis gratie dei, et non impedit quales ante fuere, exemplum de Petro Paulo Matheo Maria Magdalena. Sed Maria non dum ut illa dignum dei fieret thalamum et tabernaculum ante sanctificata est quam crederet aut cognosceret antequam nata est digna digna dei habitatio preparata, unde de ea dicitur in figuris: Hec est virgo et puella quam dominus preparavit filio domini mei. Et ipsa a principio sui ortus est preparata per gratiam dei inhabitantem eam, et tenentem in omni via innoxiam, ne aliquo turpi sit polluta ad recipiendum hunc hospitem fieret indigna. Et hoc est quod ipsa de se dicit verbum propositum.

Dominus possedit me in initio. Circa verba ista occurrit quedam dubitatio, quam Maria dicit dominus me possedit, cum tamen omnia que sunt et non tantum ipsa possessa sit a domino, cum ipse dicat: Meus est orbis terrarum et plenitudo eius. Et ad illam dubitationem tractat dominus ix Augustinus in de presentia dei, deus presens est et comprehendit omnia, si diversimode est in uno et in alio. Est quidem in se et in mentibus sanctorum est in universis creaturis. Est etiam singularitate quadam in utero virginis Marie. In se ipso est per essentiam, in sanctis per gratiam, in creaturis per potentiam. In Maria autem est per potentiam per gratiam, denique per suam essentiam, qua in se ipso est in Maria comprehendi quadam corporali comprehensibilitate in ea singulariter continetur. Sicut omnia tenet in omnibus est omnia comprehendit proprium tamen et singulare in Maria quedam habet comprehensionem, non mireris quod ipsa se a deo possessam singulariter denunciat quasi diceret: Licet deus possessor omnium sit, me proprie comprehendit possidendo, ad sanctificationem, ad preservationem, ad singularissimam mei inhabitationem. Item habetur et ex dicto beati Bernardi super missus est tractatione illius verbi angelici dominus tecum: O Maria vere inquit tibi dominus tecum, et quamvis nobiscum et in omnibus sit, in nullo tanta copiositate presentialitatis est sicut tecum, tecum quidem in corpore tecum in opere, tecum in ventre. In corpore per gratiam, in opere per virtutem, in ventre per essentialem comprehensibilem presentiam. Non est ergo mirum(?) quod a celis comprehensus deus sed in utero virginis in hymno viii celi celorum hunc capere non sufficiunt, hic Marie utero comprehenditur, quod autem cecinit ecclesia: Quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti. Non mireris ergo quod se quasi a deo possessam, et ab initio se possessam dicat, quia ad fiendum digna a principio est gratia dei preservata illius copiosa inhabitationi dignificata. Propter hoc natus est in ea ipse summus caput(?) ... glo ipse homo xpistus ihesus, qui natus est in ea propter suam inhabitantem gratiam quam fundavit disposuit sibi dignam preparavit. Unde pro illo ulterius advertendum hanc singularem possessionem eius in ipsa specialiter operatam est sua gratia, a malis preservationem, in bonis habundantissimam edificationem, virtutem spiritualem in deo exaltationem, de illis per ordinem agendo proprie sic ratio de primo de quo magis prodiit mentio est.

Quantum igitur ad ipsum dicit quod gratia dei ipsam eius possessione tam a nullo ne in aliquod caderet nec aliquo maculare contingat. Rudolphus(?) super librum sapientie lectione clx: xpistus Mariam matrem suam ita stabiliter confirmavit multisque gratiis ita fundavit ut nullo modo in aliquod desistere posset peccatum, exponens de ea illud ps. Fundavit terram super stabilitatem suam. Hec est terra que illa benedicta que dedit fructum suum / fructum quidem illum benedictum de quo dicitur luce primo benedictus fructus ventris tui Jhesus. Hec est terra quam benedixit deus ut germinet salvatorem virentem / Item florem et fructum florem de quo ipse dicit ego flos campi / fructum de quo saciatur omnis terra / Sed non potest bonus fructus crescere nisi de radice bona / o benedicta igitur terra et radix est hec purissima virgo maria ab omni defectu pura / Aug. in ser. Quid possum in hac sanctissima eius anima vel carne esse locus mali aut peccati que ut dignum dei templum esset tota est a deo benedicta / Item non tantum eius ortum deus sed et totam vitam eius sanctificavit / ut peccati ab omni peccato semper mansit immunis / quod cuilibet inter natos mulierum donatum est decuit / quod sponsum ut tantum vita pura duceret quod templum et habitaculum altissimi esse deberet ut dicit qui docet de in tract. de mar. dicit Ecce ipse est agnus dei qui venit in mundum hunc ut tolleret peccata mundi / sed secundum carnem suam de immaculata non assumpsisset / ipse agnus dei immaculatus et pro ablacione peccatorum non fuisset dignus / ergo non conveniet nisi cogitet in maria aliquod peccatum actuale aut naturale nisi preservatum / sed omnibus ipsa preservata fuisset. Aug. in libro de na. et gra. allegatur in gemma iij sent. dist. iij Excepta beata virgine sed omnes sancti et sancte cum hic viverent interrogati fuissent utrum sine peccato essent omnes una voce clamassent Si dixerimus quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus Excepta inquit hac virgine sanctissima / de qua propter honorem domini cum de peccatis agitur nullam prorsus volo habere mencionem etc. Unde igitur vincamus nobis de sanctificacione huius virginis Item Thomas in par. iij q. xxvij arti. i sic inquit / De beata virgine quod sanctificata fuit in utero matris antequam nasceretur nichil in scriptura canonica continetur / que etiam de eius nativitate nullam mencionem facit Sed sicut Aug. argumentatur de eius assumpcione rationabiliter quod cum corpore et anima sit assumpta de quo tamen scriptura etiam nichil continet / sic et de eius preservacione argumentari possumus / unde sicut arguitur de assumpcione non decuisset ut hoc corpus pateretur corrupcionem in quo deus requievit Sic et non decuisset etiam ut hec anima et corpus subiaceret pollucioni in qua requiescere debebat deus dominus quod pollucio mentis maior est turpitudo apud deum quam putrefactio carnis Item hec pollucio fuisset ante conceptum Christi / alia ante post Sed illa pollucio mentis que est ante generationem prius est offensiva honori filii / et non que post / deus autem qui absque omni macula extitit non habitaculum ullo modo pollutum habere potuit ergo dicit anselmus in tract. de conc. marie virg. / decuit ut illius hominis scilicet Christi conceptio de ea matre fieret que tanta puritate niteret qua maior sub deo intelligi non potest Sed manifestum est angelos absque omni crimine esse et creatos fuisse Si maria numquam fuisset sub peccato etiam originali non habuisset maiorem puritatem post deum Item argumentacionem arguitur sicut arguitur de assumpcione / deus multis aliis sanctis tribuit honorem assumpcionis et incorrupcionis sed marie corpus dedisset corrumpi non fecisset iniuriam et suam matrem filius non honorasset / sic et in pluribus pluries in utero matris sanctificacionem fecit de Jheremia legitur primo priusquam te formarem in utero novi te et antequam exires sanctificavi te Item Johannem baptistam luce i spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue / Item non fecisset huius prerogacionem credendum non est Item si illi duo ideo sanctificati sunt ut essent digni ad prophetandum ad indicandum Christum prophetando multo magis sanctificata est hec non que non nunciare sed et portare et generare debuit Unde sanctificavit tabernaculum suum altissimus Item Ego puto quod copiosior sanctificacionis benedictio quam in alios sanctos etiam ab utero sanctificatos in mariam descenderit. Concludit ergo Thomas tenendum igitur credi debet quod beata maria virgo sanctificata fuit antequam ex utero nasceretur etc. Item quod magis dicimus non tantum sanctificata immo ab omni macula peccati est conservata sed originali non umquam iacuit sub mola illius cum tamen in placitis et solucione bonorum in oppositum iam derelinquo cum licencia / solum tendendo in eius mundiciam et puritatem / Unde scribitur Sap. vij Sincera est et nichil coinquinatum incurrit in ea Item in cant. tota pulchra es amica mea et macula non est in te Item Bernh. in sermone Non eius nativitas festis laudibus honoraretur nisi sancta fuisset antequam nasceretur Item si in utero sanctificata non fuisset eius nativitas celebranda nobis non esset Item illud ...

dico de eius conceptione si omnino mihi non fuisset
eius conceptio Indecens esset illius celebratio. Ma-
nifestum est autem non habens cognicionibus
fuisse incepturi quod huius sanctissime virginis
agitur festum. Sed dimittendo omnes scriptores
in concilio Basiliensi diffinitum tractatum con-
clusum diffinitum est quod sancta virgo mater absque omni
originali peccato concepta est. Sic sub obediencia
sancte matris ecclesie ab omnibus christifidelibus tenendum
credendum et predicandum sic et non sic aliquis con-
dicit, quod et tunc illud festum plene confirmatum
et mandatum est et date sunt indulgencie pro il-
lius diligenciori veneratione, omnibus qui interfue-
rint matutinali officio centum dies de vesperis
et de missa. Et de sermone qui devote audierint
laudem huius conceptionis etiam. Et hec modo re-
deamus ad primum. Si igitur hec virgo mater per gratiam
ita preservata est sanctificata est, et ab omni ma-
cula preveniendo custodita est, multo magis gra-
ciliavit hiis verbis propositis: Sic dominus possedit me in
initio viarum suarum, Prov. viii. De 2o principali et 3o que dicere sincerum
materiam non resumimus ego tamen dimitto. Item de
sanctificatione in aliis sermonibus habes quomodo de corpo-
rali presencia in de assumptione, de spirituali con-
ceptione de annunciatione et visitatione require

## De sanctis lucia et otilia

Adducentur regi virgines post eam. Ps. xliiii

Rex dominus qui est amator et sponsus
animarum nostrarum postquam ipse requisivit ut preparent
sibi sponse sue ut digne fiant amore eius tamen
casto ad se ferre et ducere dignatus est ut quem
hic amat, et eum secum quando eterne det.
Sponsus enim qui elegit sibi sponsam ipse gaudet
commorari cum illa, Sapientie viii: non habet tedium
convictus eius, sed gaudium et leticiam habet in amplexu
eius, sic et Rex delectatur ut nobiscum moretur et
gaudet igitur et festinat honore maximo gaudere
et adducere ad se eandem sponsam suam. Cant.
iii. Introduxit eam in cubiculum matris sue
et ex commansione illius delectatus est. Unde dicitur
est verbum propositum quod dixi: adducentur regi vir-
gines post eam. Pro illo igitur advertendum triplex
adductionem anime nostre ad Christum regem, scilicet in eius
servicium nunc, in amplexum gratie, in cubiculum
aut palatium glorie. Prima adductio est in servicium
quod anima nostra peccatrix, sic antea a sponso suo
corrupta per peccatum ipsa reducitur et iterum suscipitur
a sponso suo. Marci xi: Solvite et adducite
mihi, scilicet asinum alligatum. Hec asina est peccator
oneratus sarcina aut onere gravissimo peccatorum.
Ps. Iniquitates mee supergresse sunt caput meum
et sicut onus grave etc. Hinc asinum iubet
dominus solvi ab onere peccatorum et adducere sibi sed
iniquitur debui et solvere illam quam colliga-
vit Sathanas, Luce xiii. O magna dei pietas
que et nos petiit a se aversos et apostatas
adductos suscipit et adducere iubet et ipse
facit. Ad Rom. ii: Sola benignitas dei adducit
te ad penitentiam. Hec adductio anime nostre habet
figuram in muliere apprehensa in adulterio quam
adduxerunt, Johannis viii. Ecce quod fecit dominus
Iesus cum illa, adductam suscepit ab accusato-
ribus defendit a morte legis liberavit. Hec
est anima nostra. Iere. iii: Tu fornicata es et adul-
terata cum amatoribus multis, ut supra; cum tamen
soluta fuerit et adducta suscipit et salvat
dicit tamen revertere et ego suscipiam te. Ideo
Sed dominus benignissimus Ihesus qui primus
est in accessu ultimus in recessu, expulsus nos
non expellit, derelictus non derelinquit, sed per-
sequentem ac recedentem semper amat et dili-
gentem se diligit, unquam venit ipsam adul-
teram nostram quotidie ad penitentiam vocat.
Hec est prima adductio. ¶ Secundo ad secundum, 2o dicitur
in amplexum gratie. Hoc est postquam anima nostra

conversa incipit proficere in bonis etiam magis incipit eam diligere sive gratiam amplexus sue dilectionis sibi magis exhibere / de illo amplexu dicitur cantici ii leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me / ubi anima sponsa Christi gloriatur / quod postquam placuit sponso suo et ipse laudavit pulchritudinem eius invenit gratiam coram eo quam diu quesivit et invenit illa ipse in amoris amplexu ostendit invenit illam / leva eius in sustentationem capitis eius ferendo dextera autem sua totam eam complectendo / quod sibi hoc velit leva preteritorum memoria significatur / dextera beneficiorum exhibitionem demonstrat nam ipse amator sponse sue et a malis factus est protector eius et bonorum exhibitor pro primo dicit Seneca In omni amicitia mediante virtute ad deum proprie pertinet referendum est in ipso enim absque dubio omnis solutio et consolatio consistit amicitie / pro 2o dicit Bernhardus Dulcissima hec divine pietatis recordatio que bona nobis largiri nunquam desinit Unde psalmista anima mea noli oblivisci omnes retributiones eius qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis qui sanat omnes infirmitates tuas Hec adductio vel iste amplexus in figura in maria magdalena / que cum a peccato conversa incepit proficere in humilitate et fervore dei a Christo ita amicabiliter amplexa ut singulariter eam amare se exhiberet Joh xi diligebat ihesus mariam etc. Leva sub capite eius tenuit a malis protegendo nempe a pharyseo defendit luce vii a sorore excusavit luce x a iuda tutavit Joh xii Sed dextera suorum bonorum amplexata est eam quam amavit eam Johannis xi laudavit eius opus pietatis elegit luce x ad pedes eius fecit sisti Joh xi ipsa flente et ipse lacrimatus est ibidem Sic et nunc sponsam suam animam scilicet in manu dilectionis amplectitur sub manu sua et aliis suis tuendo et de suis bonis fovendo unde item dicit sponsa anima illa cantici ii Sub umbra illius quem desideraveram sedi hoc quo ad primum et fructus eius est dulcis gutturi meo hoc quo ad 2m / de hoc amplexu dicit et Crisostomus adhuc longe nobis existentibus occurrit et amplectitur et osculatur non accipit de preteritis peccatis dixit et stola prima induere nos iubet Quantum ad tertiam adductionem hec est in eductione ab hoc seculo in vitam eternam postquam eam sic amavit fovit et per omnia sibi comparavit cum gloria / tandem eam ad se ipsum cum gloria adduci iubet ut in proverbiis dicitur unde dicitur sapientie viii proposui hanc adducere mihi ad convivendum / ipsa mecum cohabitabit in bonis in cogitationibus et locutionibus gaudebit mecum Illud est convivium ubi separata est sunt eterne felicitatis gaudia ad quod quidem omnes sermones invitantur precipientem eleemosynas iste sunt virgines de quibus dicitur que parate erant intraverunt cum sponso ad nuptias math xxv Ergo in 2o ibi eternum regis sponsi sui visione fruentur et a suis amplexibus nunquam eternaliter evellentur Ista adductio in figura in hester 2o sui / ducta est in cubiculum regis placuit regi et invenit gratiam coram rege plus quam omnes mulieres fecit eam regnare Sic anima mea si placeret regi scilicet Christo ratione sue pulchritudinis virtutum decoris / quod sine qua ergo regnum celorum regnorum nullus ingreditur // cum decorata fuerit ipsa ducetur in gi mansionem regis et rex amabit eam dicet ei sicut rex assuerus hester dixit Soror mea frater tuus ego sum / unde Augustinus est ordinatissima societas / est convenientissima amicabilitas in illa patria eterni regis visione et commansione eternaliter frui Cantici Veni veni soror mea etc. Sic et hodie adducte sunt hec sancte filie et virgines lucia et Othilia in finem vite eius primus adducte / et in amplexu gratie habite hodie adducte sunt in cubiculum regis ad fruendum eternali mansione sicut potest legenda utriusque ad singulas partes applicari de quibus igitur dixi illud verbum adducentur regi virgines rogemus ergo etc.

Parvulus enim natus est nobis
Ysaie ix. Verba sunt lectionis nostre
scilicet in presenti festivitate. Augustinus
in tertio de trinitate: Maximum inquit impedimentum
salutis humane extitit et adhuc est superbia,
ideo conveniebat humanitate Christi illam extirpari
et sanari. Adam primus parens noster cecidit per superbiam
de paradiso et eiectus fuit de eterne felicitatis
regno, cuius et imitatores nos frequenter superbia id
quod summus tendimus, unde a dei amicitia
et regni eterni sepissime excludimur. Ad procu-
rare deus voluit medelam parare, et prime super-
bie subvenerit per humilitatis assumptionem et
nobis per eiusdem frequentem et exemplarem in
vita sua custodiam. Ipse namque ut morem
totius mundi per peccatum Ade intromissum destrueret,
cum magnus esset fecit se parvum, cum altus
esset fecit se humilem, cum deus et dominus esset
fecit se servum et pauperem, quo nos parvi simpli-
ces exemplo suo instrueret, ut dampnum et mali-
ciam huius turpissime superbie cognoscentes ab
eius amore et in humilis dilectionem traherentur.
Magister in compendio theologie veritatis libro 3o: decuit namque
ut tanta esset in reparatore humilitas, quanta
fuit in prevaricatore superbia. Prevaricator enim
fuit parvus voluit esse magnus, fuit homo
voluit fieri deus. Reparator qui deus
fuit homo factus est, et qui magnus dives et
gloriosus extitit pusillus parvus et humilis
pro salute nostra et reparatione humani dampni nasci
in hunc mundum est. Ad quem sensum hec verba
proposita et in officio ecclesie hodie tractat ecclesia. Et
ego ea nunc vobis propono nobis pro doctrina.

Parvulus natus est nobis. In quibus verbis
humanatus vel natus Christus tria tanguntur: humanitatis
eius magna humilitas, eiusdem veritas, ipsius
fructuositas. Humilitas enim quia parvulus, ve-
ritas quia natus est, fructuositas quia nobis in-
quantum natus est. ¶ Quantum ad primum dicit
Beda: O ineffabilis dei humilitas, qui cum esset
in gloria dei patris ubi sibi familiares erant angeli
et totus celestis exercitus, descendit super terram
ut fieret servus, qui cum esset dives factus est
pro nobis egenus ait apostolus, et quid plura dicam,
non tantum pauper et parvus cum ceteris hominibus
factus, sed et omnibus humilior omnibus minor
factus est. Unde apostolus: exinanivit
semetipsum formam servi accipiens, de quo in verbis
nostris: Parvulus natus est. Unde parvulus et non parvus

dicitur. Parvulus enim diminutivum a parvus est, unde
dictus parvulus plus quam parvus, quia dicitur quasi
parvorum parvus et minimus fuisse perhibetur.
Unde pro illo tempore est huius mundi magnitudo
divitiarum potentium et sapientum, ex quibus
mundus et frequenter hominis honor augetur,
sed certe sicut et ex illarum carentia vilitatem
accepit, non invenitur maior horum despectio
in homine nisi in Christo, qui non solum non
habita non quesivit neque cupivit, sed et
habita in se de se quasi contemptibiliter abiecit
et horum carentia quasi illius amatorem
scilicet humilitatis obtinuit. Unde noto quantum
ad divitias, qui celum et terram possidet, cuius
est terra et plenitudo eius orbis terrarum et universi qui
habitant in ea, voluit tamen quendam locum aut man-
sionem ubi nasceretur habere. Ambrosius: natus est
in via et non in patria, natus est in diversorio
et non in aliqua alia domo suorum, et ita
aurum et argentum et mirram a magis absque du-
bio multa oblata sunt contempsit, et vix pro
victu sibi servavit, ne dives esset. Unde non habet
filius hominis inquit ubi caput reclinet. Si
vero de dignitate aut potestate dicam, audite quod
cum Judei regem volebant eligere et ipse fugit
se in. Similiter de sapientia apostolus I Cor. I: Non multos
sapientes secundum mundum elegit, et alibi: Sapientia
huius mundi stultitia est apud deum. Unde quamvis
in Christo sapientia et scientia magna fuit, hec tamen
dimisit et secundum mundum insipientem et etiam ipse deus
ab ea sapientia que secundum mundum dicitur, de qua
Bernardus. Gregorius in moralibus dicit quod astuta sit
et fallax subtilitas inveniendi in verbis
etc. Unde per omnia dico Christum magnitudinem
humanam contempsit et humilitatem prelibavit,
ut ait apostolus: infirma elegit ut confundat
fortia, ignobilia et contemptibilia huius mundi,
ut non glorietur in conspectu eius omnis caro.
Et mirum an adhuc humilitatem illam potius
humilitatem dicam an pietatem, et certe pietatem
aptius ... esse dicendam. Nam et ipse
deus, qui ante secula cum patre regnans deus et
dominus ... cum pecoribus et servis tam
parvus factus est ut posset per hoc humiliari
se ut equalis et benignus ex hoc esse posset.
Unde Magister in compendio theologie veritatis libro 3o: Magnum pie-
tatis opus quod homo factus sit deus, omnis bonitatis
eius habundantia in illo misterio est manifestata.
Nam magna fuit eius benignitas in hoc quod se

quod se coaptavit deus creaturis suis per essentialem presentiam, maior ex hoc quod homini se coequabilem fecit per gratiam, maxima autem ex eo quod in equalitate nature se mundo exhibuit secundum, Unde ad hebre. ij. per omnia fieri est fratribus equalis ut posset esse misericors, ipse vos fratres vocare non dedignatus est, qui carnis et sanguinis coaptavit, sicut et vos pueri eius communicatis, ut in illo posset pietatis manifestacionem facere etc., quam dixi bene notate eius humilitatem quia pusillus natus esse dicitur qui magnus fuit

¶ Tercium ad quod dixi immutabilis humanitatis eius veritas quia dicitur natus est. In nativitate vero est principium, quod secundum thomam Nativitas est motus in naturam, christus quia homo natus est verus etiam homo esse probatus est Sanctus thomas in iij parte q. xxxi ar. iiij christus quia deus potuisset humanam naturam aliunde quam ex nativitate assumpsisse, ut ex limo terre vel ex nichilo, vel ex aliqua materia preciosi et celesti corpore sibi corpus humanum etc. unus in medio fieri appropriasse si voluisset et non fuisset in utero mulieris quasi immunda habitacione inclusus, et hec fuit firma opinio quorundam hereticorum qui se arguentes credebant deum corpus celeste habuisse et non fuisse conveniens inmundicia et feditate mulieris utero ipsum commaculari, contra quos disputat beatus augustinus in epistola ad volusianum sic scribit

xxiij li. contra faustum qui ille exiguus christus est et idem augustinus

Si omnipotens deus hominem ubique formatum et non ex utero materno crearet sed repentinum oculis inmisisset aspectibus, nonne opinionem illam confirmaret erroris, neque hominem verum suscepisse ullo modo crederetur et dum omnia mirabiliter faceret auferret quod misericorditer faceret voluit enim deus ut dicit magister in compendio in opere incarnacionis christi ostendere potentiam et sapientiam simul et bonitatem, bonitas autem eius ut ante dixi in hoc maxime ostenditur quod nos nostro et similitudine nostra in humanitate progreditur, unde thomas, sublimis xc qui inter deum et hominem mediator apparere voluit, in unitate persone voluit copulare utramque naturam ut solita sublimaret insolitis et insolita solitis temperaret hoc est quod humanitatem divinitate dignificaret et divinitatem humanitatis consortio benigniorem faceret Sic ut non arguentur in humilitate humana aut pusillitas et vilitas, sed non dedignatur sibi eam assumere divinitas, que nobis sola est supra in humanitatis conspiracione vestre hoc est nature ei veritas Et Ambrosius in li. de incarnacione, multa inquit humiliamentis, et secundum naturam et supra naturam sum naturam quia ex muliere natus est, et supra naturam quia ex virgine, ad quod nisi ut duarum naturarum veritatem in se ostendat, quod qui videret eum ex muliere humano more nasci quod non nosceret quod verus homo sit, et si quis eum ex virgine nasci conspicit, quod non nosset hoc non secundum hominem sed supra naturam hominis esse et ex illo exprimere deum ipsum verum esse apud quem nichil non impossibile esse omne verbum

¶ Quartum ad tertium dixi quod tractandum sit de natura illius fructuositate quia nobis hoc est pro nostra salute homo factus est, fuit quidam hereticus Nestorius arguens fictum esse hoc dicere quod deus qui ab initio fuit iam natus sit hoc idem est dicere hoc fuit et iam incipit esse, et contra eum est Cirillus in quadam epistola sic arguens, verum inquit fictum est et mendacium eundem ante secula et contemporaneum patri, iam incipere esse secundum indigentiam vel principio indigere ut sit, Sed quia ipse perfectus semper deus fuit, non indigens ulteriori perfectione, neque naturali neque humanitate, sed propter nos ut nos perficeret, nos salvaret et ad esse et ad vitam veram perduceret, ipse spiritualia nativitate et temporali in mundum natus est, Manifestum est enim quod homo qui in magna perfectione vita et honore a deo creatus est per peccatum in mortem in vilitatem, et in infirmitatem cecidit ubi multos etiam alios defectus consecutus est, sicut hoc magister sententiarum in 2o dist. xxv ante peccatum homo libere et faciliter poterat in bonum et habuit adiutorium in illud, habuit etiam fortitudinem resistendi malo, et nichil fuit quod impelleret in ipsum malum, non poterat ergo seipsum curare aut liberare de omnibus istis et quampluribus, sed nec habebat adiutorium unde venit filius dei qui dignatus est illam infirmitatem post peccatum consecutam destruere et adiutorium perditum restituere, et assumpsit naturam illam in se ut eam melius restituere posset Nam peccatum expurgare et pro illo satisfacere melius non contingit nisi per passionem et pene ipsius toleracionem, necessaria fuit habundo carnis et sanguinis, quia offerret et funderet pro peccatis hominum secundum formam legis per apostolum date, et propter hoc apostolus dicit ad hebre. ix. Non quia ipse passus est et temptatus potens est aliis auxiliari, et ideo omnes penas et defectus pro voluntate assumpsit ut eas in nobis destrueret. Aug(ustinus): ipse passus est ne nos pateremur; ipse venit in tenebras ut nobis fieret lux; ipse venit in miseriam ut nos duceret ad patriam; ipse in tribulacionem ut nos in consolacionem. Item Beda in omelia et Ambrosius super Lucam: Christus natus est in mundum, factus est pauper ut nos divites efficeremur; natus est in via ut nos nasceremur in patria; pannis et fasciis se voluit implicari ut nos possimus stola prima decorari; pedes et manus voluit sibi colligari ut in nobis soluti possimus bonum operari; poni voluit supra fenum in presepio ut nos in mensa eius qui panis est angelorum vellet cibare et satiare. O quid dicam. Iam ergo gaudeamus christiani; cibus enim positus est in Bethlehem, quia Christus natus est in Bethlehem, qui domus panis dicitur. Iam gaudeant vincti ligati, quia Christus vinctus, cuius corpus in presepio comprehensus est angusto; gaudeant exules, quia totum universum iam inhabitatore veri hospitis Christi consecratum fuit; gaudeant pusilli, quia excelsus et magnus pusillus et parvus factus est ut eadem magnificet, ut hic iterum Beda. Christus qui maior est omni laude et quem capere non potuit, iam parvulus natus est ut nos possimus esse viri perfecti per eum. Sic humilitate primum superbia, sic infirmitate reformatur magnitudo, ut dicitur: Parvulus natus est nobis. Rogemus etc.

Stephanus autem plenus gratia intendens in celum vidit gloriam dei. Actuum 7.
Parvulus natus est nobis puer Christus dominus, ut et celi et terre deus, verus deus et homo cognosceretur et crederetur, gloriam suam et in celo sursum et super terram manifestare dignatus est; unde in ipso duplex extitit gloria et magnificencia: una secundum quam ex humanitate sua in mundo gloriosus apparuit, quia nativitate et vita et opera sua pre omnibus hominibus plus magnificavit; alia est qua se non tantum terre et celi deum secundum divinitatem suam se manifestavit. De istis duabus magnificenciis hic psalmista: Excelsus super omnes gentes dominus, hoc est super omnes homines ille homo magnificus est; et super celos gloria eius, hoc est deus fortis super celos est potencia eius. Sed non satis sufficit ut deus et homo verus cognosceretur, nisi quod in humanitate eius magnificencia ostensa est, nisi etiam divinitatis eius potencia manifestata fuisset; ergo sicut heri terrene dignitatis virtutem ostendit, sic et hodie celestem potenciam mundo demonstravit. Heri humanitas eius quod vera sit cognita est, hodie divinitas eius quod recta sit probata est; heri gloriositas eius apparuit super terram, hodie gloria eius excelsa visa est super celos. Unde Origenes in omelia In principio erat verbum sic dicit: O beate theologe, gloriam incarnati verbi vidisti, gloriam humanitatis filii dei vidisti, oculis tuis corporalibus conspexisti, et super hec omnia altissimo mentis intuitu illud verbum, ubi in principio est apud deum, contemplatus es. Ibi de utraque cognicione patet, nam de prima hic dictum est: Vidimus gloriam eius etc. Pro secunda hodie dicitur de beato Stephano: Intendens in celum vidit gloriam dei et Ihesum stantem etc. ubi supra. Ad istud igitur pertractandum noto quantum fuit dignitatis privilegium, quantum gracie munificencia, quantum etiam tandem felicitatis signaculum beato Stephano, qui adhuc in terra positus meruit secreta conspicere celi. Vere ex hoc beatus, quia si illorum oculos qui Christum in terra secundum carnem suam querentes et miracula facientem conspexerunt dominus dixit esse beatos, Luce x: Beati oculi qui vident que vos videtis etc., quanto magis eius oculi beati credantur qui eundem Christum non tantum secundum humanitatis eius formam, sed et secundum divinitatis potenciam, non super terram viventem, sed et in celo iam residentem

conspicere dignificatus est. Unde dicit de eo beatus Aug. in ser. hod. O beata fidei ostinna que tantum hunc sanctum virum dignificasti pre ceteris et exaltasti ut ipse divinam adhuc in carne positus conspiceret maiestatem. Ecce inquit video celos apertos, patuit enim illi sedes dei et sublato aere celorum latentem penetravit, vidit Christum confitens Christum moriens pro Christo pertinens ad Christum, dixi ergo o beatus primo et plus quam beatus, quia quod aliorum oculi sub velo humanitatis conspexerunt hic in maiestate contemplatur respectum intuitus est, quid de illo honoris quid gaudii aut quid tamen dicam. Simeon namque viso in templo Christo exultavit benedixit deum petiit ut nunc in pace dimitteretur. O quantum exultavit hic et gavisus est benedixit deum et glorificavit, quamvis tamen ut in pace illa eterna assumeretur deprecatus est, quia Simeon vidit Christum in forma hominis etiam infantis et impotentis, hic in divina maiestate gloriosum et sublimem intuitus est, quid optaret quid petere poterat amplius certe nec vitam nec a lapidantibus dimissionem absque dubio cupiit mortem per quam id quod cepit intuendo plenius acciperet possidendo. Hoc est enim illud bonum quod sibi habitum sufficit, plenum satiat, et omnem affectionem quietat. Dicitur enim de illo Exodi xxxiii quod petiit Moyses domine ostende michi faciem tuam cui sibi respondit ostendam tibi omne bonum, certe dico qui habuerit illud bonum ipse iam satiatus est. Ps. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Sic omnem dico affectionem quietat. Jo. xiiii Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Sicut hunc cecum qui quesivit dominus a ceco quid vis ut faciam tibi, cui Raboni ut videam lumen, lumen quidem hoc stipendium, quod lucet in illa futura patria nichil cupimus nisi ut illud adipiscamur, hic enim sufficientiam habemus. Aug. Summa felicitas est visio dei. Sanctus igitur Stephanus accepto hoc bono per cognitionem nichil amplius cupivit nisi ut illud possideret, petiit ergo ardenti desiderio, domine Jhesu suscipe spiritum meum, respondit illo verbo advertendum. Iste honor visionis glorie dei propter duo sancto Stephano concessus est, primo viam sibi manifestandam, secundo per securitatem supernam approbandam, quantum ad primum obiecta est sibi hec visio ut esset sibi significativum terminum quo deberet, videmus enim quod quibus ambulare debet per via nova vel incognita nisi habuerit signum aliquod in obiectu eius respectum directive ad terminum facile potest deviare. Sanctus Stephanus per suum martirium attingebat novam viam non bene planam quia in ipsa nisi Christus precessit, sed investigabiles sunt vie eius Ro. xi, ne erraret aut errando timeret in obitum positum est sibi signaculum eius respectum dirigere ad terminum. Hoc est quod dicitur que hodie vidit stantem a dextris virtutis dei, de illo dicit Ys. xi Erit radix Jesse qui stat in signum populorum. Item Luce ii Et hoc erit vobis signum invenietis infantem scilicet Christum, huius intuitu ductus est hodie sanctus Stephanus per novam viam scilicet martirii in patriam regni, ad hanc patriam ante nullus potuit pervenire, etiam hec via quam defuit signum illud unde Aug. super ps. exponit illud ps. c vii Erraverunt in solitudine via civitatis non invenerunt sed postquam intuitu huius signi scilicet Christi domini pervenerunt, unde subditur deduxit eos in viam rectam ut irent in civitatem habitationis. Sicut de se dicit Ego sum via veritas Joh. xiiii, sicut qui sequitur me non ambulat in tenebris viii. Ecce ut in hanc lucem et patriam veniret consideraret et constanter expectaret obiectum est illi signum visionis glorie dei, vidit gloriam dei unde glo. super illud Ne homo lapidandus dubitaret in terra deus homo crucifixus apparuit sibi in gloria. Aug. in ser. hodi. Hoc est signum beato martiri ostensum patefacti sunt celi, sub specie angelorum ostensi velut signaculo aperte sunt porte celorum. Item

Quantum ad secundum Revelata est beato Stephano primo martiri hec visio, ut omnes martires sequentes scirent hunc primum non errasse, et per eandem viam quam sibi revelatam per hoc cognoscerent audacter occurrerent, videmus enim quod aliquis ambulans in via dubia experiens vestigia antecedentis primi, si noverit ipsum in hac via non errasse et viam vie explanatorem fuisse gaudens sequitur vestigia eius ut quo ille pervenit et ipse perveniat. Sic sanctum Stephanum dominus ab omnibus et martiribus suis ut habet antecessorem precessorem sibi rectam viam et vie verum terminum manifeste et per signa revelare dignatus est, ut omnes ipsum vere ambulasse cognoscerent absque metu secuturi. Unde dico de eo illud prophete Jere. vi Probatorem te dedi populo meo robustum et scies et probabis viam eorum. Sic ipse enim constitutus est princeps aut principium regum [illegible] percussione huius inter omnes milites in bello, ad cuius intuitum omnes sequentes fecerunt hoc quod ipse fecit, unde quoniam ipse figuratus est per Gedeonem principem exercitus israel, hic cum multitudine populi cepit pugnare contra madianitas antecedens omnes eos dixit eis quicquid videritis me facere et vos facite dominus deus sic nobis dabit victoriam. Sic et b. Stef. constitutus est princeps exercitus domini pugnantis contra madian, id est contra infideles vel hostes xpi. Madian enim interpretatur contradic. et notat omnem infidelem vel inimicum fidei xpi. hic stephanus robustus hodie antecedebat omnes sanctos martires ut ostenderet quod et ipsi facerent quod ipse fecit scilicet ratione constantie et fortitudinis, unde dicit de eo s. Aug. in ser. hodie. miles fidelis xpi fortis signum fert martirum, post xpm martirum meruit principatum, prior exiit ad certaminis stadium victorie adeptus est coronam ut sequentibus certam ostenderet illam tabulam ipse enim effectus [illegible] pandit celi ianuam, revelavit dei gloriam, per ipsum cognovimus ubi habitat etc. didicimus per quem veniamus ad illum, qui prior venit ad nos scilicet heri per nativitatem. Maximus episcopus in ser. hodie. Oportune datus est beatus Steffanus ad pristinam hesterne id est festivitatis gaudere hec hodierna coniuncta est, ut sicut illa credentes perducit ad vitam sic illa confidentes vehat ad coronam, quod et in persona huius dixi. sicut hesterna nativitate xpi sic hodierna passione steffani gloria domini manifestatur utrumque innuitur quod gloria domini visa est heri super terram hodie visa est gloriosa regnans in celo. unde dicitur vidit gloriam dei etc.

[V]idit illum discipulum quem diligebat ihesus. Joh. ultimo capitulo et in evangelio hodierne festivitatis etc. Ihesus dominus noster qui est amator hominum, cuius amore filii facti sumus ut et nos in suum alliceret amorem eos quos equaliter amat vult et querit, hos omnes sic diversimode amare quomodo distamus quod placere sibi possimus videntes propter que magis suos dilexit et ea in nobis edificemus quibus in amore dei efficaciter valeamus. xpus enim illum diligere dicitur et dilexisse pre ceteris, et non sine causa una erat in eo virtus quam semper et in omnibus sic diligere omnium dominus unde Amb. in exameron Nulla virtus maior, nullum donum prestantius est castitate, illa sola meretur deum. ad se trahere Hugo de sancto victore mens pollens decore castitatis meretur esse templum summe maiestatis etc. patet in Maria, nam dominum huius castitas meruit trahere ad se xpm et hospitare in se illa semper placet et placuit et placebit deo si volumus discere ut placeamus illi, conveniamus cum illa: hanc inquit amavi et exquisivi a iuventute mea etc. sapientie viii. hunc amorem in hoc apostolo Johanne omnium tamen racionum virginitatis et castitatis, sic multas familiaritates exhibuit pre ceteris unde ysidorus in de obitu sanctorum Johannes apostolus et evangelista virgo est electus a domino atque inter. petrus damian. hunc solum et singulariter pre ceteris amavit quod ut pro amore dignus esset decore virginitatis sibi eam dignificavit. Et hoc meruit quod in omnibus nomen eius illud non ut vocaretur discipulus ille quem diligebat ihesus unde per totum suum evangelium, et in verbo iam proposito

[V]idit illum discipulum quem diligebat ihesus ubi sciendum pro illo iam advertendum ut agnoscatur quomodo xpus dilexit iohannem pre ceteris, duplex est amor dei quo diligit homines quantum ad propositum michi sufficit, unus dicitur cordialis alius familiaris, primus consistit in favorabilitate cordis, 2us in exhibitione amicabilitatis per signa. quo ad primum, non intelligitur xpus iohannem plus dilexisse, quia sic omnibus fuit equalis in amando, equale bonum faciendo, tribuendo eundem actum, communicando idem premium, et finem largiendo ut Elegi vos, certe idem finis et amor est ut eatis et fructum afferatis certe idem actus, et fructus vester maneat certe idem ~~fruct~~ finis et premium. Illo etiam amore dicitur xpus omnes

homines equaliter dilexisse, quia non magis unum
quam alterum voluit salutem et redemptionem.
Non pro aliquo singulari descendit de celo
sed pro omnibus, sic et maximo sicut et minimo
exhibuit communem redemptionem morte sua,
et non exhibuit in hoc magis uni quam alteri.
Quod autem magis sit uni quam alteri, scilicet quod non omnes
salvantur, non est defectus in eo sed in nobis.
Unde beatus Augustinus: Si deus vult omnes salvos fieri,
inquit, et quare non fit? Respondet: deus quidem
vult sed nos non volumus, et nostra mala volun-
tas in hoc dei voluntatem superat. Tractat illud
verbum Math. xxiii: quotiens volui congre-
gare quemadmodum gallina etc. Non vult deus
perficere nisi et nos velimus, sed si nos
vellemus ipse paratus est velle et facere. Dico ergo
quod nostra mala voluntate nos facimus indignos
pro amore. Sed studeamus velle quod ipse,
quod vult diligere quod ipse diligit, et placere
sibi possimus et non displicere. Unde dicit Prov.
viii: Ego diligentes me diligo. Item Jo. xiiii:
Si quis diligit me ad eum veniam etc.
Secundus amor est familiaris, et illo amore deus
recedit magis amare unum quam alium, sicut
et homo qui tenetur primo amore amare
omnes similiter nichil faciendo aut faciendo mali
faciendo boni, potest autem amore illo plus
aut minus amare unum aut alium. De deo
enim legitur quod amavit aliquos multum, ut de
Moysen cum illo locutus est ut amicus ad ami-
cum, non quod ipsum habeat specialem voluntatem
in interiore salvationis, sed quia praeter primum amorem
sed quia maiora signa amicabilitatis et familiaritatis
prae omnibus sibi ostendit. Sic et Christus homo
factus, qui ad redimendum omnes homines
venit, secundum familiaritatem plus et minus
hunc vel illum amavit. Legitur Joh. xi: Dilige-
bat Ihesus Mariam et Martham sororem eius et La-
zarum. Item dicunt: quem amas infirmatur.
Illo diligebat et amavit quemadmodum communiorem
sodaliorem secretiorem honorabiliorem eos
exhibendo. Sic et inter apostolos hunc dilectum
suum Johannem magis familiariter adamavit.
Unde Beda in Omelia: Diligebat Ihesus Johannem non
exceptis singulis solum, sed prae ceteris singulariter
unum, quem speciali prerogativa castitatis ampli-
ori dilectione fecerat dignum. Unde pro illo videtur
notandum quatuor speciales et magnas singula-
ritates aut familiaritates sibi exhibuit. Primo
supra pectus suum eum in cena recumbere permisit.
Nam hoc est signum amoris cum quis alicui manum
porrigit, scilicet eum alicui in susceptionem vel vale-
dictionem amplectitur aut stringit ad pectus. Unde
glossa: amica de amico, Cant. ii: leva eius sub
capite meo et dextera illius amplexabitur me. Ecce Christus suo
Johanni, Christus dominus non manum sed cor suum dedit
ut attingeret, et ad pectus suum eum fortiter
astrinxit. O quanta bona ex illo potuit dicere,
ergo valde honorandus est beatus Joh. qui perf-
pect d. iii Ysid. de obitu sanctorum: Super pectus
domini magister recumbentis evangelii fluenta
de ipso sacri dominici pectoris fonte potavit et
quasi unus de quatuor paradisi fluminibus totam
terram verbi dei gratia irrigavit. Item fuit hoc
pectus domini ei mensa deliciarum, fuit fons gaudii,
fuit thesaurus optimarum divitiarum; mensa
quidem in qua venit et gustavit panem vivum
quem nobis exponit Johannes vi: Ego sum et
hic est panis vivus qui de celo; fons fuit de
quo gustum hausit aque vive quia nobis
predicat Joh. iiii: aqua quam ego dabo dicit dominus,
qui biberit ex ea non sitiet in eternum. Item Johannis
vii scriptum est: Flumina de ventre eius fluent
aque vive. Item thesaurarius aut gazophila-
cium divitiarum; mensa quidem in qua venit
et gustavit panem ex quo venit hic thesaurus
qui merces est omnium sanctorum, Apoc. ult.: Ecce
venio dicit dominus et merces mea mecum reddere
unicuique secundum opera sua. Ecce quantum ad hec
tria bona, dicitur de eo bene illud Eccl. quod
hodierne epistole: Cibavit illum pane vite et in-
tellectus, quo ad primum; et aqua sapientie salutaris po-
tavit, quo ad secundum; iocunditatem et exultationem thesau-
rizavit super eum, quo ad tertium. Unde et se-
cundum hanc supereminentem divine gratie
sue gratiam ex illo celesti et divino gazophila-
cio in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei
absconditi, reperit, et non immerito, quia quanto tem-
poris sibi amputavit illecebras, celestium epularum
delicias sentire, et illuc acie mentis attingere
que non propheta, non patriarcha, non denique quis-
quam ab ipso mundi primordio cognoscitur aspicere
hic ille. Ecce prima familiaritas. Secundum signum
amicabilitatis est quod ipsum secretarium suum

fecit ea que nulli manifestare voluit huic manifestavit, quantum autem hoc signum sit amicabilitatis patet Io. xv⁰ Iam non dicam vos servos etc. Amicos sic omnia, ego namque omnia vobis etc. Quantum igitur amicitia illa habita ad Johannem precellebat alias, quia super omnes plura sibi manifestavit et secreta et celestia, ut videlicet patet in transfiguratione Matth. xvii, item in oratione in monte oliveti Matth. xxvi, item in traditoris manifestatione Joh. xiii ubi super omnes meruit Johannes intuitu illorum honorari, unde de traditore dicit Petrus Damianus in ser. hodierno: O incomparabilem virum qui fecit verbum in medium, et totus tacet senatus apostolorum, tacet lingua que facta est clavis celorum, silet Andreas qui statim ad fontem vite fuerat conprimus, tacet Philippus qui patrem postulavit, unde solus Johannes quesivit et meruit revelari illud secretum hoc. Denique et celestia plus omnibus pandit ei et divina, unde Beda in illud In principio erat verbum: Matheus Lucas nativitatem Christi secundum carnem descripserunt, Johannes autem quod est verbum patris explicavit, ipse est qui sicut inter quatuor animalia aquila significatur, hec pre ceteris avibus potens est visu intueri lumen solis, hec et pre ceteris avibus altius volans versus celum tendit, sic et Johannes divine claritatis profunditatem intuitus est, et ad summos celestium respectus altius volavit, alii namque quasi in terra gradientes terrena et carnalia de Christi incarnatione conscripserunt, hic autem supervolans in altis, divinitatis claritate et profunditate intuitus est. Hec ille. Item Origenes super omel. In principio erat verbum dicit: Supervolat itaque beatus Johannes theologus non solum ea que dici ac intelligi possunt verum etiam ea que superant omnem intellectum et sensum supervehitur, extraque omnia ineffabili mentis volatu in archana in unius omnium principii exaltatur in incomprehensibilemque ipsius principii et verbi hoc est patris et filii unitam superessentialem pure dinoscens euangelium suum de ipso inchoavit, ab eterno ex patre nato inchoat etc. Et post pauca subdit: Dic quero tu theologe ita donatum est de gratia dei scire huiusmodi secreta dicere unde Petro, dico alteri quid volunt? Petrus alter autem Johannes, unde de ipsis dicitur: Currebant duo simul, et ipse ille precurrit citius Petro etc. Monumentum spirituale est divina scriptura in qua divinitatis et humanitatem Christi misteria, densitate litere velut quodam lapide signata, acutius namque et velocius apicem divinorum penetrare secreta Joh. patet et experitur. Petrus interrogatus quem dicunt homines esse filium hominis: tu es Christus filius dei vivi. Hic voluit quod Christum deum et hominem iam factum in tempore agnovit. Altius autem ille scilicet Joh. qui eundem Christum deum de deo ante omnia tempora genitum intellexit dicens: In principio erat verbum etc. Hec ille. Ecce huiusmodi secretarium Christi votum specialis amicitie Christi amatum et constitutum.

3^m signum amicitie est quod sibi sub cruce virginem matrem commendavit amicitia est, nam David gloriosus deum in se dilexisse preterea tempore Saul quod synagogam id est populum iudaicum commendavit custodiendum in [illegible] Eligit modo deus plus quam patrem suum misit ad [illegible] uxorem suam, ut sim[ile] super populum suum. Ach quanto magis Christus dilexisse Johannem cum dilectam matrem virginem tradidit custodiendam, unde super in de ebriis dicit: Johannes in loco Christi iubente Christo successit suscipiens matrem magis discipulus, par post Christum est quodammodo dilectus filius, item Petrus de amalphi in ser. in matrem et Johannem unde sua delegavit Christus, quem ad custodiendam matrem quasi alterum constituit filium. Commisit enim Petro custodiam ecclesie, Johanni custodiam Marie, Maria vero Christi, ecclesia autem Petrum, dicit Petro tibi dabo claves regni celorum, Maria fuit celum celorum, quia quem celi capere non poterant suo virginali utero conplexa est. Hic archangelo Gabrieli in custodia virginis matris datus est sponsus ut sicut ille intacta virginem inviolabilem custodiret et iste fornicationis flagitium feminee credentie sue misterium exhiberet, quantoque familiarior cum matre verbi dei conversatur, tanto purior cognitionem verbi dei invenit. Et quod ipse Marie dictus est filius, specialis gratia quedam fecit dicitur est salvatoris, hec ille. Ecce quanta hic est amicitia et signum dilectionis.

4^m signum est quod plurimis gratiarum donis eum pre ceteris dotavit. Origenes

vbi supra. Recte o beate theologe Johannes voca
ris Johannes, vt tue scilicet tibi donatum est
dicit quasi tibi tanta graciarum dona data sunt
sicut Johanni vt supra dictum est, nam dicit
apostolus diuisiones graciarum sunt, alij datur gracia
sapientie prophetie scientie etc., que nam ipsarum est
qua Johannes non gaudeat, hic est propheta inter
prophetas apostolus inter apostolos, martir inter mar
tiribus, confessor inter confessores, virgo inter virginibus
Continens cum coniugatis, viduus cum viduis
vnde iterum petrus damianus, quid in vniuerso est
quo incomparabiliter non excellat apostolus sicut
est in epistolis apostolus, in euangelijs euangelista, in
Apocalypsi propheta, martir denique quia et doloris
gladio martir est corpore tamen consumptus etc. Et ille
sermo Origenis vbi supra, non enim erat Johannes
homo sed plus quam homo quando scilicet ipsum et omnia
que sunt ineffabili virtute sapientie superauit
non enim aliter potuit ascendere in deum nisi
primus fieret deus, vt enim radius oculorum inuenit
spectus rerum sensibilium et colores non prius
sentire, quam se solaribus radijs immisceat, vnum
cum ipsis et in ipsis fiat, sic et sanctus Johannes
in deum transmutatus veritatem percepit deum verum
in deo primum subsistere hoc est filium in patre preo
rdinatum etc. Erat hec quedam diuina amicabilis
familiaritas, qua se amicabile Johanni demonstrat
et postea christi de quibus scilicet quod a morte tam corruptione
corporali preceteris sanctis conseruatus est, cum dis
putacionem nunc tamen breui sermonio et sufficit de his
inquam. Recte sit igitur Johannes apud christum amoris
peculiarem prerogatiue diuinum obtinuisse, et non et sama
amicitie christi hoc, diuinum discipulus ille quem dili
gebat, de quo et in verbis propositis dictum est vidit
petrus illum discipulum quem diligebat ihesus etc.

istum deduxit dominus per vias rectas etc.
Sapientie x. Beatus Anthonius istis verbis
sapientis in canticis et predicacione
sancte ecclesie merito honoratur, in quibus
laudabilis vite progressus et gloriosus exitus
predicatur, quia per vias iustitie, per graciam
diuinam ductus est, adhuc viuens et existens
de peruersi vita in viam rectam, vt inueniret ci
uitatem habitacionis celestis scilicet patrie deductus est
vnde pro illo aduertendum triplex distinguenda
est via, qua necesse est duci per graciam dei ne
3o vie erret, sed vt rectam viam attingat, vna est
in mundum, alia per mundum, 3a de mundo, et in
quamlibet deficit deus coniungit erratum et ad rectam
viam non pertingere, de istis tribus vijs dicit
innocentius in libro de vi. con. hu., quis dat capiti
meo aquas, et oculis meis fontes lacrimarum
vt defleam miserabilem hominis in hunc mundum
ingressum, culpabilem sive conuersacionem progressum
inde horribilem sive dissolucionem egressum
prima Quantum ad primam, homo qui in magna
debilitate fragilitatis ingreditur in hunc mundum
denique nisi custoditus periculo magno subij
vt derelictus a custodia diuina morti tradatur
antequam ad statum sue innocencie et puritatis
pertingeret, quod contingit multis, cum vita
non tantum morte patiens corporis sed et anime
de illa miseria dicit Innocentius vbi supra. Nascitur
homo cum magna miseria, tam infirmitate
et debilitate sine sensu, sine virtute, debiles
sensibus intellectus, paruum a brutis distantes
Et vero minus illis habentes, nam statim alia statim
cum nata sunt incedunt gradiuntur, nos, non solum
non erimus sed et sepe non valemus sed nisi
morti inest periculum antequam vite tempore
resignent, nisi deus condiverit, insecura est via
patet exemplo filij dauidis nati de adulterio
in quem deus percussit propter peccatum, et propter
illud dereliquit illum qui et morti datus est
ij Re. xij. Iustum autem non dereliquit sed per
rectam et securam viam deduxit eum et custodiuit
illum, patet exemplo Johannis baptiste, luce i. Iste
puer erit magnus coram domino nam et manus
eius cum illo erant, 2a via est per mundum hec
via multum erronea et insecura est vt quia per

eam ambulant maximis periculis subiacent
ex multiplicitate semitarum abducentium nisi
dirrexerit dominus. unde de hiis qui in hac vita am-
bulant dicitur illud Erraverunt in solitudine viam
civitatis habitaculi non invenerunt. In solitu-
dine, in nemore magno est valde periculose am-
bulare, ibi sunt vie errontee, multe sunt
paludes et lutose vie, sunt arta spacia
videnda, ita quod non potest quis conspicere
ubi sit sita civitas vel terreis aliqua. Sic est in
mundo unde dicitur hec via illorum scandalum ipsis
sunt sicut est via illorum tenebre et lubricum. Sicut
in nemore vel solitudine sunt multe false semite
quas cum quis sequitur fuerit abductus in errore
sic est in mundo unde proverbiorum xiiii est via que
apparet homini recta novissima autem eius ducunt
ad mortem. Et nisi in omnibus viis hiis affuerit
dominus et dirrexerit de errore, non posset quis pervenire
ad semitas rectas unde psalmus cvi ubi propheta dicit quod dirrexit
eos dominus in viam rectam ut irent in civitatem
habitacionis sunt deduxit eos in spe et non timuerunt
nisi pro quo ulterius notandum quod quatuor sunt vie false — iiii vie false abducentes
abducentes sequentes se de via recta, quidam
abducunt carnali voluptuositate, 2a propria stu-
diosa temeritate, 3a pretiosa familiaritate, iiiia
fictiosa senectute. de hiis prosequendo primi namque — primi
sunt hii qui viam derelinquunt iusticie et recti-
tudinis solum secundum ducatum carnalium et delecta-
bilium carnalis ambulant de illa deductione
habetur proverbiorum vii vidi adolescentem et ecce mulier oc-
currit meretricio blandimentis suis adolescentem illum, duc-
tus est quasi bos ad victimam nesciens quod ad perdi-
cionem trahitur. quid est hec mulier nisi mundana
delectacio que ornatu meretricio id est falsa delectacione trahit
et seducit eum qui se sequitur dicitur in predicto
unde ad Ro. viii si secundum carnem vixeritis moriemini.

1 2i sunt qui derelinquunt viam veritatis non attendentes — 2
iusticiam aut consilia dei aut eorum vel multorum peritorum
sed propriam prudentiam secundum imposicionem ambulant, putantes
suos conceptus omnibus meliores esse. De
hiis errantibus dicit sapiens proverbiorum xxviii qui confi-
dit in corde suo stultus est. Bernardus grande malum est
propria voluntas, quid magis odit deus, quid
magis punit quam propriam voluntatem? unde propria
voluntas si in bono fuerit non est bona sed tamen
ordine mala est. patet de Saul i Re xv obedientiam
dicit dominus plus vult quam victimam. 3i sunt qui hii — 3
secundum propriam temeritatem non ambulant ipsi
sed malos consiliatores audiunt, malos conduc-
tores sequuntur sic in errore ducuntur unde proverbiorum
xvi vir iniquus lactat amicum suum et ducit
eum per viam non bonam unde suadet unde hoc
Boetius i de consolacione prosa iii primum est et unicum
quod sit virtuosis vitandum scilicet prave consocia-
cionis propter fallacias; pretiosa vero familiaritas
ad personas corruptas et infectas per quas
multi innocentes in periculum corruptum et abhomina-
biles facti sunt, non bene ducti sed abducti
primo a ~~sp[illegible]~~ sinceritate sue conscientie et
tandem a sinceritate sue fame, de conscientia
patet quod illa corrumpitur quia cum sancto sanctus
eris et cum perverso perverteris. Ratio est Hugo
de claustro anime: Ea vis est amoris ut tale est te
talem esse quale est id quod amas et cui per
affectum coniungeris et in ipsius similitudinem
dilectionis societate transformaris. De alia cor-
rupcione scilicet fame patet dato quod bonus maneat
qui cum malis habitat, malus tamen ut malus
creditur. Alanus in proverbiis In paleis dum
grana iacent immunda videntur, et similis
est simulans qui manet inter eos. Suadet
ergo Seneca ad Lucillum epistola xvi Si vis pe-
regrinaciones tuas habere commodas compone
prius animum, horrebit tibi avaricia, quamdiu
avaro iungeris, superbia quamdiu superbis conversa-
beris. Quarti sunt qui se super potentes et — iiii
divitias suas innitentes ambulant per viam
maliciositatis sue derelinquendo viam patrum prio-
rum noverunt, eis invident, persequuntur unde dicitur psalmo
li Ecce homo qui non posuit deum adiutorem
suum etc. Sic ambulavit Sennacherib qui con-
fidens in divitiis et potestate sua pugnavit contra Iherusalem
et persequutus est Ezechiam, arguit contra dei po-
tentiam, quod non est potens deus liberare Ezechi-
am et populum suum de manu eius, propter angelus
domini occidit in castris eius una nocte centum octoginta
milia, et ipse evadens a propriis filiis suis inter-
emptus est. dico ergo quod hee sunt vie false
quas putant homines esse rectas et secundum
Qui autem sequuntur filium dei et vestigia eius
hic ducit in viam rectam, unde deduxit me
super semitas iusticie propter nomen suum sunt insuper obviabi-
lis quasi nimis honorificentia etc.
est via de mundo hec via nisi dominus dirrexerit

Tercia

maximus subest periculum est enim via valde
remota, unde dixit angelus ad heliam prophetam
Surge et comede grandis enim restat tibi via
iii Re. xix. Est et via incognita Job x. Vadam
ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine
terram miserie et tenebrarum ubi umbra mortis
etc. Est et via infesta Gregorius in omelia malignos
spiritus animam exeuntes undique perlustrant
et coangustant, quia dum ante in carne habitan-
tem falsis delectationibus fovent. Omnis igitur in
illa via securus egreditur vix inveniri, sicut de
sanctissimo bo. legitur et ubi In exitu vite sue clamat
nimio terrore metuit et metu terretur utrum
utrumque ad premium an ad supplicium transeat.
Sanctus autem Ambrosius gloriosus per hec in omnibus
viis istis a deo tutatus est, ab omni periculo
per manum dei custoditus et tandem ad celestem
viam celestis habitationis est deductus gaudens
cum gloria cum Judith xiii. Vivit dominus quod
me illuc transeuntem dixit ibi manentem
custodivit, et me inde redeuntem salvavit
et non permisit coinquinari me aliquo peccato
vel aliqua malicia. Sic illum in transitu
custodivit manus protectionis sue, ambulantem
in via duxit per semitas iustitie ut nulli
ibi obviarent, non carnalitate, non terreni-
tate, non falsa familiaritate etc. quia dereliquit
mundum et omnia que in mundo sunt divitias
et possessiones exuit in heremum etc. quando mundo
de eo nunc dictum est. Ipsum adducat dominus per viam
rectam

ſ mundum

Postquam impleti sunt dies purgationis
Marie secundum legem Moysi tulerunt
illum in Jerusalem ut sisterent eum domino.
Luce ii. Verba evangelii hodierni. Christus dominus noster
dux et princeps noster factus est, ut nos confidenter
pugnaremus, et ad viam, quam scilicet vult obedientie et
humilitatis voluntarie aggrederemur, ipse ad in-
citamentum nobis et confortationem eandem prior
nobis aggressus est. Holkot super lib. Sapientie lectione
ii inquit animosum principem animosus sequitur
exercitus. Quid videt populus regem suum aut princi-
pem suum in primis constantem esse, indignum infidelis
esset miles qui non sequeretur sed evaderet. Si
rex aliquod novum preceptum daret, secundum quod ipse hoc
servaret sit omnis populus promptior ad obediendum.
Dicit enim Seneca, tunc sua iura princeps ab omnibus
custodienda exprimet, cum ipse direxerit illa
preceptor, Christus Jhesus qui nos ad pugnam contra
contra diabolum scilicet et omnia genera viciorum scilicet
ad obedientiam nos amonet ipse in omnibus ...
est prior obedire voluit, ut et nos legi eius obe-
diamus. Unde Christus dominus non venit solvere legem
sed adimplere quod qui non indiguit nihil legis
preterivit sed omnia complevit. Et dicitur qui non
indiguit Nunquam enim templum illius erat
antequam in illud introduceretur erat insuper sanctus
erat a deo sanctus, indiguit purificari. Ampliori ratione
sed Maria mater immaculata semper virgo purificari
voluit, que non indiguit, dico quod solum quod fecit
utrumque fecit ad nostram instructionem, ut videlicet cum
obedire legi, qui non indiget nos obediamus
qui obedire obligati sumus etc. Sic igitur sermonem
istum in duo dividimus distinguendo, primo illud
quod dixi de precepto Jhesu aliquibus verbis affirmando,
2o hoc idem et de matre eius declarando. Circa
ad primum, tres inter plures eligo rationes, quare
Christus obedire voluit per omnia legi, qui tamen non
indigebat, primo ut legem adimpleret vel
approbaret, decuit enim ut filius qui inter ceteros
factus est genitus sub principio patris per eum alios
custodiret, similitas, statim firmaret eam quod
per fecerit alios servanda, decuit hoc et propter
ipsum et propter patrem, et propter legem a patre
datam, dico propter ipsum, non enim licet ut filius
unquam honoraret patrem quam alienus qui pre
omnibus fidelem obedientem se esse erga patrem
glorificamur cum dicit, que placita sunt ei facio semper

factio semper / dico etiam propter patrem ut ille
manifestaret quid verum est iustius / Filius
fecit ea que precepit ille / et quia lex est vera et
a patre hoc est quod tertio dixi scilicet propter legem
deus filius illam servando ostendit eam ex patre
esse et veram unde Origenes non enim pro nasci fecisset
filium sub ea lege quam non dedisset / non filius
legi se subiugasset / que ex patre non esset

Quarto ut legem terminaret et nos ab illa liberaret
ad Gal. iiii misit deus filium suum natum ex mu-
liere factum sub lege ut eos qui sub lege erant
redimeret ut adoptionem filiorum reciperemus Sicut
ante eramus servi / nunc a servitute legis liberati
sumus adoptati filii / Pro illo nondum veniente
luce cessant umbra / veniente signato cessant
signa / lex enim vetus proprie erat mundana et
carnalia ipsa / et secundum verba et gestus sunt
prudentia figure legis / que spiritualis est ita
ut illa carnalia futura spiritualia adimplenda
significarent / ut ante veniendo significata
quasi magis principaliter intenta / cessant inde ipsum
nimis intendebatur / Sicut capitulum Rex venturus
in aliquo loco mittit et signis eidem regi ...
dum imminet suum adventum / nequid in illa
curia vel castro vox et gestus inde intendi
in expectatione / ipse autem veniente qui principaliter
intentus dicitur memorato secundum cessant / Dicit
ergo sanctus Tho. parte iii q xxxvii arti iii
Misit deus filium suum factum sub lege etc. ut
ut scilicet insignificando legis in suis membris spiritualiter
implere voluit pro se offerri hostias legales
ut se veram hostiam significaret illud sanctum
in terminationem veteris et suum autem ad inceptionem
novum / Ut autem in cognitionem illius ve-
nimus: vetus lex precepit circumcisionem propter
in mundi purificationem / precepit et pueri ob-
lationem Christus hec omnia fecit adimplendo et ter-
minando / nos autem ab eisdem liberando
recepit ut spiritualiter in nobis compleantur / Nam
de circumcisione ambrosius dicit cunctas veteris
legis series typum fuisse futuri / ita circumcisio
significat purgationem peccatorum etc. Item de purificatione
Greg. in regis. Si eadem hora mulier actura gratias
intrat ecclesiam peccatum non est / sed voluptas
carnis non dolor peccatum est / Deus quia autem
solum spiritualem et interiorem purificationem
in nobis requirit / unde in fide purificans corda
scriptum est / Item de servitute liberati sumus quia
nobis restat nisi post circumcisionem et purificationem
spiritualem et deo pueros nos presentare studeamus
Ambro. Circumcisi viciis eos digni domino iudicamur
obtineri / quia oculi domini super iustos / et hec tunica
veteris et memoria in noua competemus fieri
non potuit nisi ut ambe sint in uno pariete
ad invicem alias ad alteram una manifestam
alteram preteret / sic nigrum et album lucidum
et tenebrosum iuxta se posita magis elucescunt

Quinto fecit dominus ut nos per hanc viam obedientie et humili-
tatis exemplo doceret / Greg. in omelia designat dominus
Dominus enim inquit facta propter nos sunt ut dum
tacite aliquid facit / quod et nobis facere debemus in-
notescit / Si ipse legislator et rex et princeps
obedivit et humiliavit se sub legem / quanto nos
debemus / Bene dixi / nam infidelis et miles
videns regem in periculo constitutum non eum adiu-
vasset / igitur ad illius munus facere quod ipse fecit
obedire nos et humiliari / Nam Christus per obedientiam
et humilitatem suam gloriam apud patrem adeptus est
ad Philip. ii humiliavit se ipsum factus obediens usque
ad mortem quod deus exaltavit illum / Ita maria similiter / Luce i
Beata que credidisti quoniam perficientur in te etc. / glosa quia
credidisti id est in humilitate verbum domini suscepisti
et in obedientia voluntatem tuam divine voluntati
subiecisti / et ideo perficientur in te etc. Luce / Ambro.
super lucam ad illud verbum Ecce ancilla
domini / vide inquit marie humilitatem vide et
eius obsequium hoc est obedientiam et humilitatem quia
omnis se dicit ancillam eius cuius mater eligitur / obedientiam
quam sibi coniungere optat ut faciat quod precepit inter-
cingat neque mihi secundum verbum tuum / sicut me-
ruit honorem illum ut mater fieret dei / quid autem
nos miseri volumus / qui non verbo non opere non volun-
tate preceptis dei paremus / nunc infideles sunt / Iste
enim Christus ipse in gravi et magno pro nobis factus
obediens humiliatus est a nobis pium requirit
et recusamus / Terminando aliqua tacere volo
denique de his que ad passionem eius pertinent
primo circumcisus est / quis est qui carnem suam
circumcidere vellet propter deum / inter nos sine
spiritualiter a viciis precidendi / Iohel ii Scindite corda
vestra a viciis etc. denique excludimus / Per oblationem
legales hodie se redimendo fecit / quis est bona
sua representare compeceret / non bona mea et
passionem non requirit / sed ut moriar et de

uotom sibi offeramus ps Non accipiam de domo
tua vitulos hircos etc Inuoca me in die tribulacionis
honorificabis me etc Deinde rectissimus Tercio
ipse precio seruatus est hoc est ad perpetuam seruitutem
precio pro datus est In maria post biduum ad
templum seruiturus et ad perpetuum templi mi-
nisterium mancipatur Nos non ad seruitutem solum
ad amiciciam solum ad modicum seruiendi debemus
astringimur. math. xxij diliges dominum deum tuum
ex toto corde etc et proximum sicut te ipsum In his duobus
preceptis tota lex pendet etc sed hic secundum ad nil
amplius astringimur, ymmo facere possemus
vltra etiam in minoribus casibus quecumque libet et nichil
vlterius nolumus, quid ergo erit nobis Ecce est
dicturus nobis math xxv luce xix Serue nequam
de ore tuo iudico, serue nequam super pauca te con-
stitui et non fuisti fidelis etc Ad minimum igitur
xpo domino qui obedire volumus, rex et princeps noster
et nos obediamus, vnde de eo quantum ad primam partem
ex parte sui dixi obediencie volens legi subdi secundum
legem moysi tulerunt illum in iherusalem vt sisterent eum domino

Impleti sunt dies purgacionis marie secundum
legem moysi vbi supra In presenti parte videndum
est quo ex parte pueri aliquibus causis
motum ad iudicandum sunt vt legi mosaice xpc
obediret quod hoc ex parte virginis marie in
hac 2a parte ostendendum est, quo et ipsa sibi
legi per omnia voluit obedire, que tamen non
indigebat, sed tamen ex sola humilitate et ad instar
omnium que tamen tamen dicitur cum Bernh' O tu
virgo mea esto inter omnes mulieres sic vna
illarum sicut et filius tuus est in medio pu-
erorum, nam et ipse non indiguit circumcisione
nam tu indigebas purificacione quasi dicat
sicut in hoc opus filii in christo fieri est audiendum
sic et tuum vt et a te sicut a filio tuo distare
valeamus. S. tho. vbi supra parte 3 q xxxvij
arti iij sicut plenitudo gracie a filio in matrem
derivatur sic decet vt et humilitati filii et matre
conformetur, Fuit igitur xpc qui legi non erat obli-
gatus voluit circumcidi purificari etc sic et mater eius quamvis
maculata non fuit voluit tamen eisdem casibus sicut
filius suus subiecit legis precepto, sed omnia
voluit adimplere Et ante non indiguit subdi-
tioni dicitur in lege leuitici xij mulier si suscepto semine
concepit masculum immunda erit etc vbi signanter inquit
videtur moyses locutus fuisse ad excipiendam
matrem dei ab immundicia que non concepit suscepto
semine sed virili Ambrosius super lucam Non enim viri-
lis coitus virginalis vulue secreta reserauit
sed immaculatum semen inuiolabili vtero spiritus
sanctus infudit, Solus enim per omnia ex natis
de femina sanctus est fetus, ex quo et xpus non
sanctificacione nec maria purificacione indiguit
quia maria immaculata semper extitit, sic sicut
antiqua natus extitit, vnde iterum beatus Amb.
vbi s' verba enim mosaice legis xpo ortus ponitur
est cum dicitur omne masculinum adaperiens vul-
uam sanctum domino vocabitur hys verbis magis solus xpus signi-
ficatus est, nam si lectum sapiam Nichil sanctius
scilicet Ab Nichil quid sancti splendore prophetarum super quos ad
helie iniuriam ignis vltor de celo descendit
nullus enim illorum sanctus est solus xpc qui
aperit vuluam virginis inuiolabilem, ipse solus est
Et non mirum quod qui vuluam aperiret sufficiendo
alienam vt propheta nasceretur Ihere i. antequam exires
de vulua sanctificaui te, etiam pro inuicem aperuit
vuluam vt sanctus exiret et nasceretur. hec Amb.
denique quod ipse (subdunt ibidem) quod signum verba
legis in eundem modum verba angelica repe-
tita pronunciant, quod nascetur ex te sanctum vocabitur
filius dei hec ille, mirum ergo estimo si sanctus
quasi venit sanctificandus, sic immaculatam virgi-
nem vtrumque quare advenerit purificandus, Respon-
deo igitur quod in primo et verbo sancti thome dixi ipsa
non suscepit vel concepit suscepto semine vi-
rili, non igitur ex obligacione sed ex humilitate
legi se mater cum filio subiugauit, pro qua re non
vlterius intellectum Tercia sunt primus tres colli-
gacionem ex parte virginis mulieris accepta primo
vt dyabolo misterium purum incarnacionis celaret
dyabolus enim non ignorauit quod filius dei nas-
citurus erat in mundum etiam de virgine, cum non
lateret quod deum fuit per ysa. vij Ecce virgo
concipiet, quia propterea semper supra intendens erat
quod virgo conciperet et pareret vt et illam et
partum eius insidiis certa interrogaret
sed quia maria omnia que legis erant adimpleuit
sicut alia mulier dyabolus deceptus est non
estimans eam ab aliis distinctam hec hi Orige-
nes enim esse desponsata, et ponit hec de matrimonio
tercio pro racione, et eandem causam pro primo as-
sumo, dicit quod maria viro fuit desponsata
ne putaret dyabolus virginem sub certa matrimonii
latere, sic et in purificacione dico vidit eam vero suscepisse
purificacionem, non credidit quod immaculata puer-

purificationem sibi requireret que ex se immaculata esset, sed deceptus est. Et quamvis hoc considerasse ex actu concubitus facto vel non facto pia etiam nota potuisset, ipse tamen divinitus prohibitus est ab eo quod etiam ex parte natura potens est nescire; hoc habet Augustinus in de Trinitate. Secundo ut iudeis occasio nocendi impediretur. Illam rationem etiam in priori sermone vel parte de Christo ex parte principio potuisse assignasse, quod si non secundum legem in omnibus pure per se custodisset, Iudei qui contendebant sibi occasionem accepissent iuste persequendi vel nocendi ipsum dicentes illud scriptum non communis est operibus et legi contraria; opposita enim ut filio et Marie in eius scandalum et impietatem imposuissent dicentes eam rebellem et inobedientem in pena et ipso nostram ex se usque legis mandata non servasse, proprie maxime etiam copulationem non habuisse, sed meretricem vel adulteram esse iudicassent et ex conspectu illud improperium ipso imponere potuissent. Similiter sicut simile se purificationem non quesivisset, scriptum fuit in lege similiter certissime usque compleantur dies purgationis; Maria semper Iudeam ex illa inobedientia iudicasset, sicut scriptum erat in lege ut nisi offerens puerum agnum vel turturem aut columbarum oblatione, Maria sed hoc non fecisset, sacerdotes templi eam ex amore munerum fortassis plus quam salutis animarum eam tamquam inobedientem et rebellem condempnassent. Sic per omnia cautionem prudentie debuit virgo Maria ut nullibi occasio concedi esset accipienda. Tertio ut homo in exemplo illius instrueret. Nam ait dixi in primo nos debemus exemplo illius discere sicut exemplo ipsius dixit: docemur ipsa specialem in exemplum omnium virtutum nobis collata est. Ambrosius in de virginibus: Talis est Maria ut eius unius vita omnium sit disciplina, in qua refulget species castitatis et omnis forma virtutis; quomodo per illam purificari voluit que immaculata semper fuit ut in sermone gratie pro omnia patuit, quid nobis agendum est qui pleni sumus sordibus. Si et ipsa voluit obedire que non indiguit, quid nos qui obligamur etc.

Cathedre s. Petri Apli

In cathedra seniorum laudent eum. Ps. 106. Augustinus in sermone hodie: hoc festum nomen Cathedre accepit, eo quod Petrus in cathedra pontificatus a domino exaltatus. Math. xvi: Super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Io. ult.: Pasce oves meas. Subditur igitur in sermone predicto: merito hodie cathedre colimus solempnia, per quam beatus primi apostoli meritum custodiam et salutem; assumptum est igitur pro veneratione eiusdem hoc verbum propositum, ad discernendum quantum pro laude dei, quem sua exaltatio fuit sermone prefato. Et sic in omni honore gratie et honores deo sunt referende. Unde verbum thematis: in cathedra in presentia omnium seniorum laudent dominum, proprie in hac cathedra beati Petri i. eius pontificali dignitate laus deo facta est singularis et honor. Pro ulteriori ergo illius discussione nota quod quadruplex est cathedra, scilicet seniorum, peritorum, iustorum et advocatorum.

Laudent cathedra

Seniorum

Primo dico seniorum est cathedra aut honor non puerorum. Arist. in pol.: Nemo eligit iuvenes in duces. Eccl. x: Ve terre cuius princeps puer est. Debent autem senes non etate primo morum ac vite honestate, quam annis, sive fiat non sufficiunt ad senem ut dignus sit cathedra. Ad Hebr. v: quam princeps omnis lactis expers est sermonis iustitie, hic parvulus est; parvulus in theologia. Primo Cor. xiii: Cum essem parvulus loquebar ut parvulus. Hos senes odit dominus. Eccl. xxv: Tres sunt quos odit anima mea, pauperem superbum, divitem mendacem et senem fatuum; tales fuerunt senes de quibus habetur Mathei xxvi: Seniores populi congregati sunt in atrium etc. Item a senioribus processit etiam iniquitas, Danielis xiii. Secundo debent esse senes honestate morum. Eccl. xxv: Corona senum multa peritia et gloria eorum timor dei. Dicuntur autem senes primo antiquorum esse meliores, ita quod nulla a quibus aut pericula evenire impediant, bona que ante fuere edificent. Unde Arist. in ethicis: quamquam in iuvenibus sit prudentia, in senibus autem est experientia. Sic propterea moderatur per diurnum. Item cogitavi dies antiquos etc. Debent secundo malorum operum esse correctores, aliquin ipsi per deum puniuntur. i. Reg. iii: Iustitiae adversus Heli omnia que locutus sum dixit dominus, eo quod noverit malitiam filiorum suorum etc. Tertio debent esse boni instructores. Eccl. vii: Filios habes, erudi illos. Tibi deus instrue illos. Iudith: Si tibi nati sunt, erudi illos, instrue etc. Item liberos erudi. Et Tobie: quod filium suum docuit amare et timere deum, bene facere, malum vitare etc. Tob. i. Item competebant hec omnia fuisse in beato Petro ut in vita eius

Rector

2a cathedra est rectorum vel prepositi et sathan non est ad dignitatem
exaltandi. De hac cathedra dicitur ij Re. 23 David sedens
in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Super hanc cathe-
dram exaltatus fuit Joseph de quo dicitur constituit
eum dominum domus sue et principem omnis possessionis sue ut erudiret princi-
pes eius sicut et semetipsum et senes eius prudentiam doceret.
Gen. xli ps. c iiij. Quantum vero ad istam cathedram perti-
nent hic Salomon iij Re. iij dicens Domine [illegible] quia puer
parvulus sum et ignarus [illegible] michi tradidisti in
Gabaon da michi cor sapiens ut discernam inter
bonum aut malum quod insideant [illegible] sicut Salomon
et Jeremie [illegible] sive a a a domine nescio loqui quia puer ego sum
Jer. i. [illegible] autem data est sapientia ut cathedre pre-
sidere sufficienter possint et digne. Nunc autem qui sedent in ca-
thedris quales sunt Math. xxiij. Super cathedram Moy-
si sederunt scribe et pharisei. Omnia que dixerint facite [illegible] et
non faciunt. Amant primos recubitus in cenis, primas
cathedras in synagogis. Istud autem omni sapientia contrarium
est sicut predicans non furandum et furaris, non mech-
andum et mecharis ad Ro. ij. De prima [illegible] subiungit.

Pestor

3a est pestilentium ps. i Beatus vir qui non abiit in
consilio [illegible] in cathedra pestilentie non sedit. Cathedra
autem dicitur pestilentie cum sedens in ea sit peccator, id est
iniustitie faciens, aut superbie in contemptu pauperis
aut avaritie in vendicione iustitie. Pestilentie sunt
hi quasi debiles non stabilitate possunt [illegible] de p-
[illegible] Eccl. x. Sedes superborum destruxit deus et
sedere fecit pro eis mites. Pro deo et hominibus detestabilis
est superbia. Item vidi impium superexaltatum sicut cedros
et transivi et ecce non erat ps. xxxvi. De 2o [illegible] Math.
xxi. Cathedras vendentium evertit dominus Ihesus quod eos
Math. xxiij. Ve vobis scribe et pharisei qui comeditis domos viduarum
etc.

Advocator

Quarta et ultima est advocatorum. Unde noli querere
ab homine ducatum neque a rege cathedram honoris Eccl.
vij. In hiis verbis sapiens prohibet [illegible] dignitates spiritua-
les et non inquirere illas ab homine. Circa hoc enim
nota ad Hebr. v. Nemo assumit sibi honorem nisi qui
a deo vocatur ut Aaron. Sicut et Christus vocatus ut sit rex
Ego autem constitutus sum rex super montem. Item Ego primogenitum
ponam illum pre ceteris regibus terre etc. Et est vocatus
ad sacerdotium ps. c ix Tu es sacerdos in eternum.
Sed pro premio vitande sunt honores propter quantitatem
et [illegible] cure. Sed qui non attendunt curam sed
tantum queritur prelatura. Heu o utinam prelati
essent tam vigiles ad curam quam alacres currunt ad
cathedram. Nota prelatura [illegible] etc.

Pre dic ostende quem elegeris inter
hos duos actus i. Ad memorandum electionem
beati Mathie notetur post ascensionem historie
huius electionis sicut habetur actuum i. Quadruplex
est electio: divina, angelica, humana et diabolica.
Prima est divina et felix qui electus fuerit
illa electione iuxta Beatus quem elegisti et assum-
psisti inhabitabit etc. Item gens cuius est dominus
deus eius, beatus populus quem elegit dominus in here-
ditatem sibi ps. xxxij. De felicitate electorum notandum
quod deus in eligendo confert multiplicia bona:
dat nobilitatem, dignitatem et fructuositatem.
De nobilitate ~~[illegible]~~ quem deus elegit hunc
placitum sibi recommendat. Sed quem deus com-
mendat hic probatus est ut proverb. ps. lxxxviij.
Ego primogenitum ponam illum excelsum pre regibus
terre. Salomonem elegit et nobilitavit in domo
domini de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. 2o
in electione divina datur dignitas, id est hec gratia qua quis
dignus vel sufficiens efficitur pro sui honore ad quem
eligitur Eccl. xlv. Elegit Moysen dominus ex omni
carne, glorificavit eum in conspectu regum, dedit
illi coronam populi sui etc. Item discipulos suos
elegit dominus de mundo ut non sint de mundo Jo. xvij.
Summa dignitas est hec ut quis de mundo eligatur
et celestibus committatur, quod dicitur Math. xxij
multi sunt vocati pauci vero electi etc. Tertio
in electione divina datur fructuositas. Elegi vos
ut eatis et fructum afferatis Jo. xv. Item vas electi-
onis est michi iste. Eam ostendam sibi quanta pro me
pati et facere debeat actuum ix. Figuram huius
habemus Numeri xvij. Quem elegerim dixit dominus
virga eius florebit et fructificabit et statim virga
Aaron [illegible] floruit frondiit et nuces edidit
eo quod sit electus domini. Sic et adhuc omnis prelatus
electus domini debet virga, id est vita, florere in virtutibus,
frondere in exemplari bonitate et fructificare
in bonorum operum multiplicatione. Sed ut ulterius
prosequar de electione: si enim [illegible] electos dei
computantur, notemus quales esse debemus.
Pro quo nota tria propter que [illegible] homines eligunt
et electi sunt domini. Primo humilitatis respexit
dominus humilitatem ~~marie~~ ancille sue, unde Bernardus
hoc plus respexit dominus humilitatem Marie quam
virginitatem ad hoc ut eam in matrem eligeret.
Secundo respiciat turbam discipulorum domini quos nobiles
quot divites quot elegerit poterit [illegible]
quod fere totum collegium ex humilibus elegit. Unum nobilem
Bartholomeum, unum divitem Matheum, unum doctum
Paulum. Tercio vero omnes prestantes fuerunt et

et simplices ergo etc. 2º elegit dominus pacificos unde quod elegit dominus syon etc. Syon et iherusalem visio pacis aut figura pacis interpretatur, hec loca elegit in habitationem sibi eo quod pacem dilexerit. Item pacificos elegit Math. 5 beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Item pauperibus tribuit regnum celorum, lugentibus promisit velle consolari, esurientibus saciare. Nec aliquem preter quos filios dei electos dicat nisi pacificos hiis quadrivis regnum celorum non tribuit sive proprium ex hereditate ut David significavit. 3º elegit fortes. Item elegit dominus David fortissimum fortissimum etc. David manu fortis interpretatur eo quod percussit x milia etc. Item elegit tribum Iuda Ps. lxxvii Iuda autem pugnatorem cartapium non auferetur de Iuda eo quod vicerat Genes. ¶ Elegit fortes eo quod electos suos discipulos dominus Estote fortes in bello etc. Prima electio est angelica de hac habetur Math. xiii Elegerunt bonos in vasa sua malos autem foras miserunt. Item exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum etc. Sinite utraque crescere usque in diem messis tunc dicam messoribus colligite bonos fructus in horreum meum zizania colligite et mittite in ignem etc. ibidem in xiii ¶ Secunda electio est humana de hac habetur primo in hodierna epistola Elegerunt apostoli dicunt etc. Item Elegerunt apostoli Stephanum levita figurata eligitur a moyse pro viri sapientes exploraverunt terre Exodi xviii hec electio non semper est recta et iusta sicut prime dixi quemque quem eligit indius hunc deus dicit unde ysaac elegit Esau ut illum benediceret dominus autem elegit Iacob, unde scriptum est Iacob dilexi Esau autem odio habui. ¶ Quarta electio est dyabolica unde Exodi xv. Electi principes eius submersi sunt in mari etc. unde dyabolus est princeps aut rex omnium maleficorum hic princeps de quo dicit dominus, venit princeps mundi huius Ioh. xiiii, hic pro negotio suo in mundo alios eligit principes eius qui sunt imitatores et directores operis dyaboli de quibus dicitur Nolite confidere in principibus in filiis hominum, tales principes fuerunt Iudei qui christum morti adduxerunt scribe et pharisei, hic enim acceperunt cohortem a pontificibus etc. Ioh. xviii. Figura in libro Iudith Nabuchodonosor rex elegit principem holofernem ut subderet sibi regna, Nabuchodonosor dyabolus est holofernes eligit i. omnem potestatem maleficorum etc. Item deus quos eligit ad bonum eligit Ioh. xv. Elegi vos ut eatis et fructum afferatis etc. dyabolus ad malum eligit unde Sapie. ii venite cogitemus contra iustum cogitationem etc. Item vos filii et subditi dyaboli estis et voluntatem eius facitis Ioh. viii. Item astiterunt reges terre et principes convenerunt in unum etc. Ps. ii. Item deus elegit per signa mirabilia, manifestationem mirabilem ut in sanctis Nicolao Severo Gregorio Fabiano etc. dyabolus autem per ambitionem Symoniam litem sedicionem etc. unde Ro. xiii a deo quoniam omnis potestas sed a dyabolo non est ambitio potestatis etc. Item deus in eligendo omnia dona gratuita ipsa que postulanda et facienda sunt propter eum unde ait ps. vos elegi erit michi iste, ut ordinibus sibi quanta oportet eum pati propter nomen meum, dyabolus autem eligendo prebet dulcia scilicet divitias honores regna potestates unde hec omnia dabo tibi si cadens adoraveris me Math. iiii. et utraque electionem dei et dyaboli declaratur autem deo sancti Mathie per legendam eius

Nomen virginis Maria luce i. pro aliquali et generali huius deductione assumimus illud quod dicitur ore ipso domini Math. v et luce vi, gaudete et exultate quia nomina vestra scripta sunt in celis. In hiis verbis predicat eos gaudere et letari quorum nomina in celis scripta sunt, quis putet quod marie virginis gaudere et letari collaudari sit cuius nomen non tantum inscriptum est celo, ymo in beatissime trinitatis inscriptum extat sigillo, undique sic omnibus fidelibus hec amonitio ut gauderet ad mariam facta vel facienda credatur, cuius ob venerabilissimum gaudium et nos cum ea gaudere et laudare deum amonemur unde beatus ieronimus in ser. de eius assumptione Si cunctos in sanctis suis laudare iubemur, multo magis in festivitate virginis matris laudandum et iubilandum tenemur, etiam si dominus eorum nomina dicit esse scripta in celis, quos ex paupertate ex luctu ex inopia aut ex iustitia predicavit esse beatos, quid de maria que non tantum ex una causa vocanda beatissime sed tantum ex hiis omnibus creditur beata, eo quod omnium contraxit copiam beatitudinum et virtutum unde luce i vult multe filie congregaverunt divitias etc. quia supergressa beata benedicta unde benedicta tu in mulieribus Luce i. Secundo beatam me dicent omnes generationes ibidem. Tercio quia pre omnibus virtute et beatitudine precellit / cuius nomen altius et sublimius in celo obtinebit. Quarto nomina eorum scripta sunt in celis / qui participes fuerunt eorum passionem [illegible] fuerunt [illegible] cum maledictione eis ubi scribitur quod etiam habetur Apocalypsis iii / qui vicerit non delebo nomen eius de libro vite / O quantas pertulit maria et vidit tribulaciones multas et malas propter filium suum / quia in eius passione ipsius animam pertransivit gladius doloris sicut dicit hoc quod eum suum [illegible] et suum obiciebat blasphemie Iohannis xx dicebatur [illegible]. Quinto quia hoc positum est / quasi diceret in genere natus est / qui tu hodierna die de spiritu sancto conceptus ex virgine natus omnis expers criminis / Sexto nomina eorum scripta sunt in celis qui fuerunt mariam et qui fuerunt instructa / unde maria dicta est una [illegible] regem in [illegible] et quia hodie precellit / unde fuerunt instructa que verbo angeli credula / mandato domini obediens / ancilla se vocat cum sit domina / petit fieri in se verbum angeli / et ita mandatum domini impleuit tunc instructa de celo prosperare super terram possumus igitur merito dicere de ea illud Iudith xiii / magnificavit hodie dominus nomen tuum in universa terra / et non recedet laus tua de ore hominum. hoc est nomen de quo sonant verba proposita Nomen virginis Maria. quod quidem non immerito designatur

Nomen virginis maria ubi supra In hiis verbis pro magnificencia huius nominis tria tanguntur primo huius nominis magnitudo ex notitia 2o ipsius magnitudo ex prudentia tercio ex gratia Primo ubi nomen 2o ubi virginis 3o ubi maria. Quantum ad primum notandum istud nomen dicitur magnum quod late divulgatum est vel quod notum est sicut dicitur regem habere magnum nomen cuius fama vel nomen late diffusum est ad cognitionem terrarum ita Nomen virginis maria omnibus notum est / unde quidem igitur ex notitia magnum dicitur Malachie i a solis ortu usque ad occasum magnum factum est nomen eius in gentibus Sicut Anselmus omnibus fere notum est nomen huius virginis sicut inter filios cognitum est nomen patris matris [illegible] / sicut deus est per constitutionem et creationem omnium sic maria mater est reparationem et restitutionem omnium creaturarum Septimo hoc est nomen ubi [illegible] nomen absconditum / angelos delectat homines [illegible]

Infirmos lenificat peccatores salvificat hostes tales infernales terret / Secundo hoc est nomen quod celos penetrat paradisum reserat / terrea fundamenta saxa mollificat / tandem infernum contremiscere parat / unde quidem nomen magnum quod gloriosum in celo in terra et in profundo In celo honoratum In terra invocatum In inferno formidatum Primo in celo est honoratum unde clamat ecclesia Ecce nomen tuum in libro celestis vite ascriptum est et memoriale tuum non derelinquetur in secula Nunquam derelinquere aut oblivioni tradere unquam quod ad tantorum pervenit notitiam dominorum dei proprie et sanctorum angelorum cunctorumque electorum / primo dicitur Ecclesiastici xxxiiii invenisti gratiam coram me et novi te ex nomine Etiam antequam nascereris Sicut Ambrosius non fortuite sed divina dispositione maria suum nomen accepit Nec mirum quia sicut deus non ignorat [illegible] generationem Secundo nomen ipse in regno celorum In quo nomen predestinatione In Luce i. Nomen etiam virtus quia ab eterno providit et preordinavit previdit sibi absque dubio excogitavit unde de ea dicit propheta illud Ysaie xlix dominus ab utero vocavit me de ventre matris mee recordatus est nominis mei Secundo hoc est nomen quod os domini nominavit Tercio hoc non pervenit ad notitiam angelorum / unde quidem angelum Gabrielem qui illud hodie annunciando predicavit / unde tota curia eius virginem primum proclamavit angeli in celesti exercitu in assumptione eam sibi [illegible] dicendo Ista est sponsa / et que est ista que ascendit [illegible] Nunquam universe celesti curie commendare sibi in [illegible] unde Ysaie ii fuit nomen eius magnum [illegible] / sicut nomen suum omnibus honorandum sit et [illegible] suum / et flectent omnes genu coram ea sicut coram rege Sicut viderunt eam filie syon et beatissimam predicaverunt Tercio pervenit hoc nomen ad notitiam omnium electorum Nunquam cogitum [illegible] ex visitacione / apostolis ex consolatione eorum vel ex instructione mentalis ex confortatione confessorum subvencione virginum ex [illegible] pia consolatione / tandem de ceteris quidem dicitur gaudent omnes eam [illegible] contemplantes et apud deum piam invenientes unde Iudith xiii benedicta filia tu a domino quia tu fecisti hodie [illegible] subvenisti ruine nostre ante conspectum dei nostri et infra tu gloria Ierusalem / tu leticia Israel / ideo benedicta etiam meretur Quarto hoc nomen est terre notum et in terra invocatum vel amandum unde ysaie xxvi nomen tuum et memoriale tuum desiderabile est ait Sicut Anselmus nomen huius virginis nihil prodest apud deum hominibus quare multo nobis est in terris, et subdit Sepe audiuimus et vidimus plures in summis periculis huius nominis recordacione ipsum ilico a suo periculo euasisse Unde idem velocior est nonnumquam salus impetrata inuocato hoc nomine maria, quam nomine ihesu filii sui. Unde Bernh. mihi experior quod aliquis nomen marie in nostri memoria qui derelicti sumus, quam multo sibi adiungo hoc quod dicitur malach. primo magnum nomen meum glorie usque ad terminum terre

Tercio hoc nomen notum in inferno et est proprie ibi formidabile. tone est in inferno timidum nomen eius quod principem inferni decollauit, et omnes eius principes ad nichilum redegit, unde Judith xiii dixit: te deus in vindicta capitis principis inimicorum nostrorum et per te ad nichilum redegit deus inimicos nostros. Unde genesis iii dixit deus serpenti: ponam inimicicias inter te et mulierem et ipsa conteret caput tuum hoc hodie in maria impletum est, dicit ergo beatus Bernh. non tantum timent hostes visibiles multiplices et copiosas castrorum acies sicut hostes inuisibiles timent nomen maria.

Cz me quantum ad 2m dixi hoc nomen dicitur magnum ex prudencia aut honestate vel virtute, dicitur enim homo habere magnum nomen qui ob virtutum copiam in vulgo, et in diuersas terras spargitur et diffamatur, unde dicitur de maria quod dicitur Judith viii dicitur de ea in figura, magna facta est in ihesum, et celebrior facta est in uniuersa terra eo quod virtuti castitatis erat adiuncta et non est admixta viro in diebus vite sue, multo ergo sibi attribuitur illud quod et de ea dictum est a solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Nec solum castitate est adornata sed omni virtutum copia glorificata iuxta illud In plenitudine sanctorum detencio mea. Ecc. xxiiii. Unde circumamicta in fimbriis aureis circumamicta varietatibus ps xliiii, quam etiam concupiuit rex speciem eius ut ibidem et elegit eam in matrem eo quod virtutibus pollebat precipuis. Aug. Cum grata castitate decuit eum ut sine macula prius nasceretur qui maculam ipsam abluere venerat. Unde hugo in libello de assump. marie Non solum erat decorata virtute et honestate in mente sed etiam virginitate et castitate pollebat in corpore propter hanc virtutem dicitur de ea illud cant. ii. sicut lilium inter spinas sic amica mea.

Elegit eam deus propter humilitatem luce i. respexit dominus humilitatem. Bernh. magis deus respexit in maria humilitatem quam castitatem ut eam in matrem eligeret. 3o deus respexit eius honestatem quantum ad gestus unde Bernh. super illud luce i. Maria vero audiuit et turbata est in sermone eius. In hoc ostenditur eius modestia quod audiuit et tacuit In hoc sua verecundia quod turbabatur et in laude angelica non gloriatur In hoc sua prudentia quod cogitabat antequam responderet qualis esset ista salutacio, nunquam magis in hiis tribus partibus comprobatur honestas virginis.

Quarto deus respexit eius caritatem que magis erat inflammata ad deum quam ulla, vel ordinauit in me caritatem. Unde nunciate dilecto quod amore langueo. Unde hugo libro de sponsa. In corde marie specialiter spiritus sancti amore ardebat et in ea virtutis spiritus sancti mirabilia faciebat, nec amor cordis eius habebat finem, nec opera eius ullum haberent exemplum. De aliis virtutibus eius quid dicam unde Petrus dicitur, quod in maria gestum est totum est puritas et simplicitas pax et veritas gracia et pietas una et iusticia que de celo prospexit. Unde Judith viii. hec erat famosissima inter omnes mulieres, quia valde deum amabat, et non erat qui de ea verbum malum loqueretur etc. et hoc tantum de 2o.

Quantum ad 3m dico quod hoc nomen sit magnum ex gracia sublimitate sue significacionis vel interpretacionis, dicitur illud habere nomen magnum quod gracia in se habita significat. Sic dauid nomen magnum habuit quod manu fortis fuisse significat. Abraham pater multarum gentium significat. Israel videns deum interpretatur de maria quid dicam Nomen fortitudinis cum dauid obtinet, que hostes nostros omnes prosternit quia dicitur terribilis ut castrorum acies ordinata. Unde hoc nomen cum abraam quod ipsa non solum unius generis genitrix est sed constructoribus totius mundi ut ait gregorius. Unde hoc nomen cum israel que non tantum videns deum dicitur, sed regnans cum eo nunc et semper. Unde possunt verba dyadema regni sui capiti ipsius ut regnaret. Hester ii et v. Item ante nomen maria specialiter tres nomen interpretaciones quibus singulis ipsius nominis glorificatur. Primo secundum linguam syrie nomen maria idem domina eo quod domina sit celi et terre Unde Gregorius. O gloriosa domina que merito numquam domina de se dicitur hoc meruit. Ego in altis habito mecum sunt diuitie et glorie opes superbe et iustitia proverb viii. Unde inter ancillas suas ministerio suo ibidem. Unde multo dicitur domina quia ab angelis proclamatur celi regina in vita bti. Bernh. unde etiam apud prophetam mihi circumamicta psalmista et laudatur sub pedibus eius et capite eius coronam stellarum xii. Unde Ps. xliiii. Astitit regina a dextris tuis in vestitu [illegible] varietate, id est varietate omnium corporeitate. Item Bernh.: cui non deest fides patriarcharum, spes prophetarum, zelus apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, fecunditas coniugatorum, insuper et proprie puritas angelorum. Item unde dico in plenitudine sanctorum. Taceat ergo Hester de sua nobilitate, Susanna de sua castitate, Rachel de sua pulchritudine, Ruth de sua [illegible], Delbora de sua sapientia, insuper et Judith de sua fortitudine. Haec Bernh. Dico ergo secundo ad Mariam: tu progressa es universas. Ubi Item: Benedicta tu inter mulieres. Luce i.

Primo hoc nomen Maria id est maris stella, et hoc propter duo: quia primo mare huius mundi illuminat. Unde Gregorius: Cuius vita inclita cunctas illustrat ecclesias. Hec est stella que oritura prenunciata est ante ortum solis. Numeri xxiiii: Orietur stella ex Jacob etc. Hec stella solem produxit quando virgo Maria Christum genuit. Secundo dicitur stella maris quia nobis navigantibus portum ostendit et ad ipsum sua pietate reducit. Unde Bern.: Oportet universos peregrinos inter fluctus huius mundi navigantes attendere hanc maris stellam, que supremo cardini id est deo proxima est, et respicere exempla eius vitam suam dirigere; quod qui fecerit non iactabitur vento vane glorie nec frangetur scopulis adversitatum, nec absorbebitur galea voluptatum, sed prospere veniet ad portum voluptatis eterne. Unde Prover. viii: Qui me invenerit inveniet vitam et hauriet salutem a domino. Item: Per me multiplicabuntur dies tui et adicientur anni vite. Prover. ix. Unde Bernh.: Si tentationes manifeste et fluctibus turbatus, et si conscientie feditate confusus, si iudicii terrore perterritus, si baratro desperationis absorptus, semper Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat a corde, non recedat ab ore. Illam cogitans non errabis, ipsam rogans non desperabis, ipsam sequens non devias, ipsa te tenente non corruis, ipsa te protegente non metuis, ipsa te ducente non fatigaris, et ceteras in temetipso experiri poteris quam merito dicatur maris stella. Hanc salutemus: Ave maris stella etc. Hanc invocemus et stella maris [illegible].

Secundo nomen Maria dicitur quasi amara. Et amara fuit Maria duobus, sibi et aliis: primo sibi vel in se ipsa, quia in morte filii animam eius pertransiit doloris gladius. Et de illa amaritudine dicitur in figura Ruth primo: Nolite me vocare Noemi id est pulchram, sed vocate me Mara id est amaram, quia valde amaritudine me replevit dominus etc. Item iiii Reg. iiii: Dimitte eam, quia in amaritudine est anima illius etc. Secundo fuit et est semper amara hostibus infernalibus, unde terribilis ut castrorum acies etc. Item draco [illegible] in vulnera capitis principis etc., ut patet [illegible]. Et hoc est nomen quod in verbis propositis dicitur: nomen virginis Maria. Hoc invocemus.

8 Domine ostende nobis patrem et sufficit nobis. Joh. xiiii. In his verbis duo tanguntur: primo devote visionis dei devota postulatio; secundo ipsius visionis perfecta saturatio. Primum ibi: Ostende nobis patrem; secundum ibi: Et sufficit nobis. Quantum ad primum docemur per beatum Philippum ut visionem dei postulemus ad fruendum ea in futuro seculo. Quia beatus Philippus quando audivit Christum corporaliter recessurum ita ut eius amplius corporali presentia non frui posset, ut tamen eius visione frueretur in futuro apud patrem in celo, quesivit: Domine ostende nobis patrem, ac dicat: si nunc corporaliter recessurus es et amplius te videre non potero, fac tamen ut apud patrem tuum regnantem te videam. Sic et nos qui ipsius visione privati sumus in hac vita, iuxta illud i Reg. iii: In diebus illis non erat visio manifesta, sed ut quis in diebus illis vite sue deum videret, nec etiam visu corporis nec spiritus non corporis, quia dicitur Math. xx: Amodo non videbitis me donec dicatis: Benedictus qui venit etc. Item: Modicum et iam non videbitis me. Joh. xvi. Nec etiam spiritus visu ipsum, id est divinam eius essentiam, homo videre non potest, quia non angelica etc. Boetius in de consolatione lib. iii pro. iii: Nos quoque [illegible] terrenorum [illegible] illud quod lentissimum [illegible] perspicuum etc. [illegible] in futuro si nos sedulo hoc desideremus videre possimus, eo quod promissum nobis est Jo. xvi: Et iterum modicum et videbitis me. Item i Chor. xiii: Tunc videbimus facie ad faciem. Ut ergo nunc ipsa dei visione fruamur in futuro

qui privati sumus ea in hoc seculo debemus petere cum philippo: Domine ostende nobis patrem, ubi supra, quod et docet nos dominus per prophetam dicentem: querite dominum et confirmamini, querite faciem eius semper, ps. c iiij. Ut autem ad illam visionem pervenire valeamus duo nobis necessaria sunt, ut nos emundemus a malo et ut crescamus in bono. ¶ Propter primum tantum hiis qui mundo sunt corde promissa est visio dei, Math. v: Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Non hii ergo qui turbato sunt corde vel turbatione iniustitie videbunt deum, unde ps. xxxvij conqueritur ipse secum propter hoc a facie dei: Cor meum conturbatum est et lumen oculorum meorum etc. Item comprehenderunt me iniquitates mee et non potui ut viderem. Si ergo deum videre volumus ipsa abiciamus que visum nostrum impediunt et tenebre dei sunt. Joh.: ¶ Qui facit peccatum in tenebris est. Exemplum habemus in paulo act. ix: ceciderunt quasi squame de oculis eius et visum recepit. Sic et nos si volumus deum videre abiciamus squamas scilicet peccata que excecaverunt nos. Ysa. lix: et iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum, et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis. ¶ Secundo oportet ut crescamus in bono. Non sufficit expurgatio mali sed et oportet ut insistatur bono. Per simile: tu qui in tenebris diu resedisti non statim cum exieris lumen videre potes sed et paulatim huius visum recipies. Sic et cum tenebras peccatorum abiecimus, nec huius visum paulatim recipimus sed per virtutum illuminationem deum qui verum est lumen videre nequimus. Debemus igitur paulatim crescere et tendere contemplationem in desiderio in corde, et locutionem in ore, tamen imitationem in opere. Per contemplationem cordis in mente possumus faciem dei videre, exemplo Simeon: hic cogitavit et desideravit et visum accepit, Luce ij. In ore locutionem scilicet de deo, unde duo confabulabantur simul de ihesu in via et apparuit se illis, Luce ultimo. Per imitationem in opere, unde Johannes, Petrus et Jacobus secuti sunt dominum et viderunt transfigurationem eius, Math. xvij. Sic et nos ipsum sequi debemus in operibus iustitie, humilitatis, continentie, veritatis. Hec enim sunt medica lumina, que nos reddunt confortatos videre tandem lumen verum scilicet Christum. Per hec destruimus hostes nostros, enim sunt per vestimentum nostrum hominem, quod hiis vestimentis induimus, ps.: Amictus lumine sicut vestimento. Sicut ergo dicitur quod per exercitium bonorum operum perficitur visio dei, ps.: Ibunt de virtute in virtutem et videbitur deus deorum in syon. De primo scilicet de qualitate visionis dei.

¶ Secundum quantum ad secundum tangitur felicitas eorum qui hanc visionem acquisierint cum dicitur: et sufficit nobis. Illud sufficit eis quibus videre contingit hanc visionem de qua dicitur Exodi xxxiij: Veni et ostendam tibi omne bonum. Item Math. xvij: Domine bonum est nos hic esse, q. d. petrus: hic omnis felicitas est sufficientia omnisque bonitatis copia. Illic enim si quis pervenerit gaudium interminabile inveniet, unde et iterum videbo vos et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Inveniet etiam beatitudinem, unde beati oculi qui vident. Inveniet tamen vitam eternam, unde hec est vita eterna ut cognoscant te etc., Joh. xvij. Dicitur ergo bene in verbo proposito: et sufficit nobis. ¶ Sed ut de felicitate beatorum videamus perfectius, quatuor per visionem dei acquirunt beatitudinis partes: primo eternitatis participationem, de quo enim quanto primo sui generis principio magis appropinquant, de tanto magis sui nature participant, sed beati in regno dei summe propinqui sunt, unde ps. xxiij: In manu tua sunt. Item Vado parare vobis locum et accipiam vos ad me ipsum ut ubi ego sum illic et minister meus sit, in evangelio hodierno. Ideo eiusdem principii naturam participant, que est eternitas, eo quod ipse deus eternus sit, immo ipse est eternitas. Per Boetium: per te summa ratio vera eternitas. Sic et ipsi eternitatem percipient, incorruptibiles et incommutabiles fiunt, unde dicitur: non commovebitur in eternum qui habitat in Ierusalem, ps. ¶ In illa urbe que sursum est Ierusalem, ad Gal. iiij. Item Qui vicerit faciam illum columnam in domo mea, et non egredietur foras amplius, Apoc. iij. ¶ Secundo intellectus perfectio, licet enim noster intellectus tam modicus est ut etiam appropria in natura noscere non possit, licet certa cognitio intellectiva ortum habet ex sensitiva, ibi etiam omnia noscet et videbit in aperto, unde Gregorius in iiij dialogorum: Quid est quod non videt qui videntem omnia videt. In deo enim qui est quasi specelum ~~immaculatum~~ omnia videns unde sapiencie est lucis eterne et speculum immaculatum dei quandoque hoc intuetur speculum non est quod sibi mancere valet oculum et si ut nichil aliud videret sola illius visione felicitatem unde Augustinus in libro confessionum Infelix homo qui non noverit illas scilicet creaturas omnes te autem nesciat qui autem te novit beatus etiam si illas nesciat etc. Tercio acquiritur appetitus quietacio Exemplum luce xviii Cecus sedebat secus viam clamans cui dixit Ihesus quid vis faciam tibi at ille domine ut lumen videam glossa et si hic contentus erat eo quod lumen naturale conspiceret quid de hijs credimus qui magnum et excellentissimum lumen divine maiestatis conspicient Psalmista Saciabor cum apparuerit gloria tua Ysaias neque esurient neque sicient neque percuciet eos estus apud Iohannem in verbis Thome ostende nobis patrem et sufficit nobis. Quarto corporis glorificacio tanta enim erit anime puritas et claritas ut et eius redundancia in corpus redundabit in fine huius secundum illud ysaie ultimo videbitis et gaudebit cor vestrum et ossa vestra sicut herbe virens germinabunt et Psalmista Exultabunt ossa humiliata sic non tamen in anima sed et in corpore clarificabuntur in fine huius modi bonum ergo dicitur et sufficit nobis

Benedictum lignum per quod fit iusticia Sapiencie xiiii In hiis verbis ad honorem sancte crucis assumptis duo pro exemplo veneracionis tanguntur primo sancte crucis benedictio atque sanctificacio ubi benedictum lignum 2o eiusdem benedictionis causa vel racio hoc ubi per quod fit iusticia. Quantum ad primum quidem de sancte crucis possum in speciali laude predicare de eius benedictione clamat palam tota sancte matris ecclesie congregacio o crux benedicta que sola ut hymnus salve crux sancta mundi gloria vera spes mea ut Item in tribus facta est eius sanctificacio scilicet in spiritus honore virtute et ~~glorificacione~~ fructuositate. Primo benedicta est eo quod sibi honor magnus a deo collatus est Ezechielis xvii Ego dominus exaltavi lignum humile per quam videlicet intelligitur corporis applicacionem ad illud unde Psalmista lxxxxviii adorate scabellum pedum eius quod sanctum est et quis dubitet scalam et adorandam esse crucem ad quam non tamen pedes sed

totum sanctissimum corpus suum adhibuit unde sola fuisti digna ut Holkot lectione 161 super hec verba sapiencie crux christi sancta est lectus pons scala et libra. Lectus quidem in quo requievit unde Canticorum totum medium quesivi te et non inveni potuit te o bone Ihesu nisi in cruce ubi pascis ubi cubas in meridie. Pons quidem quia huius seculi mare pertransivit et ad portum sue clarificacionis pervenit luce ultimo oportebat pati christum et ita intrare in gloriam suam Item factus est obediens usque ad mortem propter quod et deus illum exaltavit ad Philippenses ii. Et scala qua ascendit et omnia post se traxit Iohannis xii ego si exaltatus fuero omnia traham ad me ipsum Item hec est scala peccatorum per quam ut Item libra qua precium nostre redempcionis ponderatum est unde sola digna tu fuisti ferre precium seculi quod quidem precium erat non aureum non argenteum corruptibile unde i Petri i non auro et argento empti estis sed precioso sanguine agni immaculati ut inde dico quod per huius contactum dominus sancte cruci magnum dedit honorem et ex consequenti benedictionem. Secundam benedictionem dedit illi in virtute i conferendo sibi magnam virtutem unde i Cor. i verbum crucis nobis virtus vero dei est o bene dico virtus quia facta est nobis virtus sanacionis defensionis confortacionis et tandem eterne salvacionis. Sanacionis quidem quo ad corpus scilicet medicina plena scilicet morbos curat corporis et anime hoc cum signum nullum fecit periculum ut in Petro et aliis apostolis quoniam in virtute sancte crucis cecis visum mortuis vitam reddiderunt Exemplum in mortuo qui hodie in invencione eius suscitatus est dixi in tractatu est Hugo de s. Victore Crucis christi signaculum omnis inimicorum fugat malignorum hominum et malignorum impetum demonum compescit ut confortacionem unde in de bo. In passione christi memor fuero non est aliquid tam durum quod asperum quod equo animo patiencio. Quarta est salvacionis Origenes super ... Item crux christi deledit [illegible] commune sue salutis esse vexillum illud sed eius bonum ergo dicitur est quod nobis virtus vera dei est et benedictum igitur est hoc lignum. Tercia eius benedictio est in fructificacione i eo quod fenestro? sanctum fecit eam dominus unde dicit psalmista i Erit tamquam lignum quod plantatum est ut producit quod fructum qui melior est omnibus opibus mundi qui et dulcis est gutturi meo ut de eo in parabolis dicitur

qui fructus et virginis ventris dominus Luce ij
qui etiam fructus adam sanavit / totum quod
nudi faciavit / de fructu operum tuorum saciabitur
terra / Benedictum ergo lignum benedicta quoque
arbor super omnes arbores glosa / unde in omnes
arbor una nobilis nulla silva tale profert fronde
flore germine / bona fronde que extendit palmi-
tes suos usque ad mare et usque ad flumen propagines
operuit montes umbra eius etc psalmo lxxix / bona
flore quia multum virtutum et miraculorum floruit
ostensione videlicet hodie invenitur in eo tempore
quo in terra iacuit / in eo tempore quo in pharetra
pressima abscondita fuit / tamen germine quod
volo i. fructificatio ut patuit / Item bernardus in ligno
crucis fructus vite pependit / ita et ipsum lignum
vite extitit / Item lignum aspectum pulcrum et ad
vescendum suave genesis ij / ubi ergo tam fructuosa
virtuosa Item alta arbor danielis / ubi dicitur
arbor bona et solis / Crux est lignum triumphale
inter ligna illud dicit Gregorius figura huius
danielis iiij Ecce arbor alta fortis et dicta sub-
limitas eius celos tangebat et aspectus eius ad
terminos terre folia eius pulcerrima et universitas
esca erat in ea / et tantum de primo quod dixi benedictum
lignum / Quantum ad 2m principaliter dico benedictum
eo vel eo sibi per quod fit iustitia / quod autem sic
iusta sed que . . . quia aliud non est opus
nostre redemptionis quod per iusticiam perfecit
deus unde holkot super librum sapientie super eadem verba
. . . potuit enim deus potentia nos redemisse
sed voluit iusticia / ne diabolo videremur diligere
et hominibus imitandum daret exemplum / pro quo no-
tandum quod Ambrosius in libro de officiis et habetur
ex . . . in ethicis / Iusticia est virtus que cogit
unicuique reddere quod suum est / fecit ergo
deus iustitiam / per virtutem crucis etc idem se-
cerat sic reddidit unicuique quod suum fuerat
et fecit hoc tribus scilicet primo deo 2o homini tertio
diabolo / deo primo reddendum fuit debitum quod
tenebat homo pro primis parentis solvere / homini
reddenda vita eterna fuit / et diabolo eterna
damnatio et sue potestatis privatio / quoad primum
ostendam de homine / homo enim finaliter fuit cre-
atus ad salvationem eternam ut numerus casus an-
gelorum adimpleretur / hoc autem primum fuit quod primum
pro vita sibi dabatur mors / clausa sibi fuit pa-
radisus / unde genesis iij Eiecit eum a paradiso et

3o datus fuit sibi pro ingressu celi infernus unde
in tenebris et in umbra mortis sedebat luce i / Ex-
tunc . . . fecit iustitia / nec hoc homo ad quod natus
fuerat / omnia restauravit / etiam bonum totum perditum
et damnum quod primus parens abstulit / et portavit super lignum
1 petri ij / Inde primo reddidit sibi vitam / unde gregorius
qui mortem nostram moriendo destruxit etc Item mors mo-
rituri est quia in ligno mortua vita fuit et unde
unde mors oriebatur inde vita resurgeret / 2o aperuit sibi
celum / unde dixit in cruce mathei xxvij luce xxiij
dico tibi hodie mecum eris in paradiso / unde signum
crucis clavis celi dictum est / psalmo Aperuit celos gloria
eius et laudis eius plena est terra / 3o infernum
destruxit unde qui portas ereas et vectes ferreos
confregit psalmo / Sic homini reddendum est quod suum
erat per primum in creatione / et hoc est prima
2a iustitia quod deo reddere satisfactionem pro culpa ade
deus enim statuit communem culpam nostram penam quam nos
solvere / homo nunquam solvendo esset / nec igitur
homo sua solutione permaneret / passus christus solvit
debitum pro nobis unde Gregorius qui pro nobis
eterno patri ade debitum solvit / solvit autem non
auro non argento sed pretioso sanguine agni im-
maculati mathei xxvj hic est sanguis qui pro
vobis effundetur in remissionem peccatorum hec est 2a iustitia quam per hoc
lignum fecit est 3a reddenda erat diabolo pro sua
iniquitate destructio potentie / et sue potestatis spoliatio
Ipse enim sua fallacia hominem totum . . . hominem totum ca-
ptivum homini intulit ut habetur genesis iij Ipse erat ut et
. . . grave pro illo accipit / unde per lignum
crucis quasi per gladium percussus est quod per lignum
vicit per lignum quoque vincitur et figuratum per gladium holo-
fernis quo proprius dominus interfectus est ut habetur in libro
Judith / unde ergo benedictum lignum per quod et diabolus
est victus Item bernardus / per virtutem crucis angelum
venit nobis / qui omnes inimicos nostros vinceret
Tertia dixi sua debere potestate spoliari magnam enim
in homine habebat potestatem regendi et dirigendi
secundum suam voluntatem Inde est quod nunquam populus
Iudaicus fuit deo subditus videlicet de filiis israel quos
in deserto pavit eos dominus / modo autem totam sibi
abstulit deus potestatem ut non possit unquam nocere
unde Gregorius debilis est hostis non vincit nisi vole-
ntem / dedit nobis contra ipsum gladium sancte crucis
unde Crisostomus / cum diabolus signum crucis viderit ter-
ritus fugit timens baculum quo percussus est
et hec est tertia iustitia etc benedictum ergo lignum
etc rogemus etc

· Veniat dilectus meus in ortum suum
cant' v· c· In hys verbis xc beatum Jo-
hannem vocavit de convivio ad prandium duo sunt

primo sumitur amicabilem ipsius invitacio
ibi veniat scilicet in ortum 2o subditur singularis racionis
ostensione ibi enim dicitur dilectus meus. pro
primo solet amicus amicum suum fidelem vel
frequenter invitare et ad suarum nuptiarum convivium
semper vocare ut habetur exemplum in abraham qui an-
gelos velut amicos suos transeuntes ad sui
domum deliciose invitavit genesis xviij Item laban
nuncios abrahe ad domum invitavit ut man-
ducarent panem genesis xxiiij Sic et xc hodie amicum
suum beatum Johannem ne domum suam familiariter pre-
teriret in ipsum invitavit verbis propriis. et eum
invitavit sua personali presencia. o quam magnus
honor cum rex personaliter amicum suum vocat
ad prandium unde apparuit xc suo Johanni cum
suis veniens invitasti me ad convivium epula-
tuarum sicut et sibi promisit math' xvj Sunt
quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec
videant filium hominis venientem in regno suo in
omelia. h quidem de Johanne dicta sunt Item sic eum
volo manere donec veniam. hodie venit et vocavit
eum et invitavit illum dicens veniat dilectus
meus in ortum suum. scilicet in ortum ubi omnis
amenitatis et suavitatis habundancia inveniret et
inde multo dicere potest illud ps. xxij nichil
michi deerit eo quod dominus regit me et in loco pascue
me collocavit. Est autem triplex ortus in quem
vocavit eum dominus In primo ut colligeret in
2o laboraret in 3o requiesceret. primus est con-
versacionis xpi iocunditas 2us predicacionis et
sacerdocii dignitas 3us eterne vite amenitas
ad primum vocavit in vocacione math iiij ad 2m
in commissione Johannis ex math x ad tercium
in morte math xxv Intra in gaudium domini tui
primus ortus est ipse xc. in hoc colligere est
eum sibi conversari ab ipso discere ipsum sequi
de hoc orto dicitur eccl xxiiij Ego quasi libanus
non incisus Item ego quasi vitis fructificavi
et ibidem Item ego sum vitis et pater meus agricola
est Johannis xv. Quia amenitas et iocun-
ditas in hoc orto reperiri possit unde non habet amari-
tudinem conversacio eius nec habet tedium convictus
illius sap viij. Item qui sequitur me pascua inveniet
Joh' x. Solent in omni orto amico hec reperiri scilicet
multiplicitas florum amenitas fructuum diver-
sitas. aque claritas. requiescendi habilitas
hec omnia in hoc orto inventa sunt. Semina
sapiencie et doctrine de quibus dicitur luce viij Exiit
qui seminat etc et aliud cecidit etc Aliquid hoc
semen Johannes accepit copiosius quod ad se-
minandum sibi fuit a xpo commissum 2o in
orto sunt diversi flores. in xpo flores sunt ho-
noris et honestatis eccl xxiiij. o quot didicit
et accepit Johannes illorum ab eo. unde petrus
damianus in sermone hodierno. quid mirum si virtutibus
quos Johannes ceteros non excellit sive de apostolis
sive de ewangelistis loquitur hic precipuum. 3o in hoc orto
fructus capiuntur unde Johannes xv. qui manet
in me etc Johannes in illo semper mansit
ab illo nunquam decessit donec cresceret. et hec
in cena adhuc puer erat. fructum ergo tri-
multiplicem sibi percepit. nobis in s. dei [illegible]
petrus damianus. hunc nobis redemptor noster ad pre-
dicandum et augmentum quasi organum dedit. Quarto
in orto illo reperta est aqua clara que fons vite
illud domine apud te est fons vite ps. vel aqua
flumine unde Joh vij flumina de ventre eius etc
fluent tenens aquam vivam etc Joh iiij Aqua
quam ego dabo qui biberit etc Quantum illius
aque hausit Johannes eccl xv. Aqua sapiencie sal-
vo illum Item ysidorus in de obitu sanctorum Sacri
ewangelii fluenta de dominici pectoris fonte potavit
unde velut unus de quatuor fluviis paradisi totum
mundum rigavit Quinto in hoc orto invenitur
locus requiei unde eccl xxiiij In omnibus requiem
quesivi etc hunc invenit Joh qui super pectus
domini in cena recubuit. Et invenit bursam in
primo orto ad quem est invitatus 2o ortus ut
dixi est predicacionis dignitatis aut officii hic scilicet
commissio est ut in eo laboraret de hoc orto dicitur
math xx homo quidam primo mane exiit con-
ducere operarios in vineam suam. ad illam conduxit
Johannem. quod cum ceteris predicare misit
illum dicens ite in vineam meam etc Item posui vos
et elegi vos ut eatis et fructum afferatis Joh xv In
illo orto sicut et omnis prudens agricola iiijor
fecit. primo spinas et tribulos eradicando in-
telligentie hec fecit sua correctione In aliis insi-
pientibus emendacione. 2o agrum fodiendo et
separando intelligitur in Ieiunio et abstinencia se
macerando. et in aliis etiam idem operando 3o
semen intromittendo intelligitur virtutum et bonorum
aliorum
operum exercitio sedule vacando ceteris ad

hoc imitando. Quarto suspirando et sepe taciturnitendo ne vana gloria sua suffocent intellectum. Gregorius depredari desiderat qui thesaurum publice portat / non abscondit vero a latrunculis sectamine vero et fauoris glorie / et hoc de secundo orto. Tertius est ortus eterne vite amenitas / ad quem xpus omnem fidelem animam invitat can. v. veni in ortum meum soror mea sponsa. et iste ortus dicitur racione amenitatis / et pulchritudinis adhuc etiam hodie invitatus est s. Joh. a xpo quando mortuus erat verbis expressis veniat dilectus meus in ortum suum / Et satis notum est per hoc signis dilectorum demonstratio ibi reliquiarum regenius

Erit enim magnus coram domino Luce primo

Augustinus in ser. xvi de sancto Johanne hodie inquit beati Johannis baptiste nativitatem celebramus quod occurrit nobis pretereunda cur Johannis et non alius cuiusque nisi apostoli nec martiris celebramus nativitatem sed terrenam pro qua nondum omnium aliorum celebramus nativitates natale sive natalicium quod est nativitas spiritualis; solius Johannis celebramus nativitates secundum carnem vero duplex est nativitas una carnis alia spiritus / una miserie alia glorie una in vitam temporalem / alia in vitam eternam de prima dicitur Job xiiii homo natus de muliere brevi vivens tempore repletur multis miseriis / de secunda dicitur ps. xxi Annunciabitur celi iustitiam eius populo qui nascetur vel nascetur quod in celo non in mundo / non ex carne sed ex deo Joh. i Qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis sed ex deo nati sunt. Sunt non in vita temporali sed eterna vero ps. Beati qui habitant in domo tua domine in secula laudabunt te / Non secundum tristiciam aut miseriam sed leticiam et gloriam vero luce xv Epulari et gaudere oportet hic filius mortuus fuerat et revixit Sed quia festa in ecclesia designant celebrationem sanctorum in celesti patria ex contemplatione divine maiestatis vel laudibus dei ex opere redemptionis nostre per xpm non celebrat sanctorum nativitatem / quia in miseria nati sunt prima nativitate / sed potius natale quo in vitam eternam nascuntur. Sed quia etiam celebrat in celesti patria opus nostre redemptionis nos in eius vero nativitatem xpi Marie et Joh. celebramus que ad nostram redemptionem aut causa aut misterium fuit / Causa ut xpi / misterium ut Marie et Johannis unde et solum hec nativitates in leticia fuere sunt aliorum omnis in tristicia et miseria teste sap. vii Nemo ex regibus aliud sumpsit nativitatis exordium Iste autem quadrinus secundum modum eciam miseri et tristes quo ad se, tamen secundum effectum et quo ad nos non tristes sed leticia habundantes extiterunt unde in eis angeli nova gaudia annunciabant. unde luce ii ecce evangelizo vobis gaudium magnum unde luce i Erit tibi gaudium et exultatio et multi in nativitate eius gaudebunt. Unde etiam alii in peccatis nati sunt iuxta illud ps. l. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum et in peccatis Johannes autem cum xpo et maria absque peccato natus est / quia spiritu sancto adhuc ex utero repletus est luce i. Item Jere. i antequam exires sanctificavi te et prophetam in gentibus dedi te / sequitur ergo eclipsis beati angeli omnes alii sancti apostoli et martires nati sunt sicut et nos in miseria propria et in peccatis et inmundicie solus Johannes habuit nativitatem sanctam et gloriosam alii sanctitatem suam per successionem etatis et temporis sanctitatem suam adepti sunt / Johannes autem sanctus natus est / et sanctus antequam natus inventus est eius ~~autem~~ nativitas veneranda est Adiungitur Etiam alii prophetaverunt cum ad annos sunt perventi et plene tempore usum cum cognitione fidei acceperant hic autem prophetavit nascendo / primo et ante nativitatem sentiam xpi sua exultatione ostendit. Illius ergo et non alterius nativitatem secundum carnem celebramus eo quod demonstret ipsa sua nativitas / qualis et quantus futurus sit in vita qui nascendo excellit sicut lo predicando et prophetando preparare deberet mundos Unde igitur de eo predixit angelus circa eius conceptionem verbum propositum Erit magnus coram domino est ubi supra Sunt pro sermone / quidem de eius magnitudine possum dicere / quid ipsum sit esse magnum potuit angelus annunciare / quo maior testis deus ipse gloriosus / qui eum esse exclamavit math. xi Inter natos mulierum non surrexit Attendamus qualis sit sua magnitudo ut sciamus magnus et in quo non magnus esse credatur / Duplicem noto magnitudinem / unam qua quis magnus reputatur apud homines / secundam qua quis reputatur magnus apud deum / primam voco mundanam secundam spiritualem sive celestem. i. ex gratia vel de celo concessam. Sunt enim sibi invicem contrarie / quia qui magnus deputatur apud homines parvus est apud deum / et qui magnus est apud deum humilis est apud mundum / unde quicumque voluerit inter vos maior fieri fiat sicut minor Beatus autem iohannes / ut hic magnus esset apud deum omnem mundi gloriam et magnitudinem contempsit de eo potest igitur illud dici pro. xxxi Multe filie qui

[illegible]

qui abscondit se a vento et celat se a tempestate
Hugo in postill' super ista: abscondit se a vento
i. a gloria mundi, que ventus dicitur, quia lumen virtutis
abscondit in homine pro flatu. Joh. v. Lumine
suo abscondit ab hoc vento ne extingueretur. dicitur
est lucerna ardens et lucens. Pro prima parte sciendum
quod Johannes apud mundum non fuit magnus.
Nota quod triplex est magnitudo apud mundum, scilicet
tribus quis reputatur magnus apud homines
et videbis quod in nullo illorum Johannes posuit
suam magnitudinem aut gloriam. Primo nobilitate generis
Secundo elegantia corporis. Tertio potestate seu divitiis. Primo
reputatur aliquis magnus cum sit nobilis aut magno genere
natus. Audi quante vilitatis quante commendacionis
sit hec magnitudo. Bernardus super Missus est: video
plures in curia nobiles factos ex ignobilibus sibi ho-
nneste, generis sui erubescere. Inferiores dedignantur
et dicit ex ignobilibus factos nobiles, nunquam de terra
facti sunt post alii. Auctor comestor vitiorum dicit
Nunquam deus creavit unum adam auream patrem
nobilium, aliud terreum patrem rusticorum. Dixit enim
mox in tercio ca. xlviii In Betho. Duos mores
vituperabiles habent nobiles, honorem nimis appetunt
similem sibi despiciunt, se meliores esse credunt.
O quanta magnitudo hec est, indignum bonum dicitur
vilitas. Osee iiii gloriam eorum in ignominiam co-
mutabo. gloriam eorum ex conceptu. gloria eorum in pu-
di
cognoscitur. Item Job xxxi Numquid in utero fecit
me qui et illum. Nemo ex regibus vel super vii
Ego homo natus sum similis hominibus mortalibus; com-
munem accepi primam vocem emisi plorans. Holkot
super hoc id lectione lxxxix. Audi hic vilitatem omnis
vii. dicit mortalis, ecce brevitas vite, dicit com-
munem accepi, ecce paupertas inopie, dicit primam vo-
cem emisi plorans, ecce dolor tristicie. Que est ergo no-
bilis magnitudo tua, qua reliquos excellis? que
est gloria generis tui. Item Mach. ii gloria eorum stercus
et vermis et esca vermium. Item Boecius in de cons. li. iii
m. vi. Omne hominum genus similis surgit ab ortu.
Unus enim rerum pater est unus cuncta ministrat. Et
mortales igitur cunctos edidit nobile germine.
Quid genus et proavos strepitis si primordia vestra
Auctoremque deum nullus degener extat. Ergo
nichil est nobilitas hec carnis, nichilominus
sed aliqua est nobilitas virtutis, unde dicitur no-
bilis est que nobilitatur sua virtute. Et secundum hoc
b a
nobilitas est morata antiquorum virtus in nobilibus
quod patet in Salomone, virtus patris sui David
nobilitavit eum et totam progeniem suam usque ad

Ps. 141. Si custodierint filii tui testamentum meum. Et oppo-
sita pars patet in Saul, qui quamvis nobilitatus
fuit et unctus domino tamen quia virtutem deseruit iusto
et revocata nobilitas eius in filiis suis. Ergo
ex virtute est nobilitas et ubi deest virtus et
nobilitas. Sed iste abolevit vel quidam aliter hic
magnitudinis in Johanne scriptum est, non
est intelligendum verbum pessimum quod hac
magnitudine magnus sit, et quamvis nobilitas
huius glorie in eo fuit, nichil tamen in sui mag-
nitudinem ipse reputavit. Triplicem enim in Jo-
hanne invenio nobilitatem, primo generis quia
filius fuit summi sacerdotis et hec fuit magna
nobilitas in veteri tempore. 2° nobilitatem virtutis
dicitur de parentibus suis. Erant ambo iusti ante deum
et hec est i. Tertia ex propria virtute que multiplex
in eo fuit, quia in heremo predicando baptizando
multiplex bonum operatus est. Et inde est quod Judei
Johannem Christo preponerabant mittendo ad eum
sacerdotes et levitas, ad Christum autem ministros. Sed
ex hoc fuit quod Christum magis credebant esse messiam
prius quam Christum dominum. 1° Christo in eo nobilitas
virtutis et nature, quia in nullo homine invenitur post
Christum et Mariam, quia ut antea patuit non inspiratus
et testatus non in potestate et in diversis natus est
sed in gaudiis et congratulationibus. Sed natus est
sanctus quia sanctificatus ante quam natus. Nichil-
ominus sibi ex hiis omnibus mundanum honorem sibi
assumpsit, generis suo confessus est quod dixit
Johannis iii: qui de terra est de terra loquitur.
Item dignitate et magnitudine suam eradicavit
quod dixit: Ego non sum dignus solvere corrigiam calcia-
menti eius. Ergo hac magnitudine Johannes non declaratur
ab angelo esse magnus. ¶ 2° aliquis apud
homines reputatur magnus dispositione sui corporis
ut qui elegantius pulcrior fortis fuerit et bene
complexionatus in sensibus perfectus, qui in
ista gloriantur fatue agunt, quia in vanitate et re
fallaci gloria in gloriam querunt. Auctor comes
vi. de pulcritudine. Ideo Ysaie xl dicitur: Omnis caro
fenum et omnis gloria eius sicut flos agri, ex-
siccatum est fenum et cecidit flos eius. Item Ps.
Mane sicut herba floreat et transeat, vespere decidat, induret
et arescat. Numquid vanum est gloriari in illa que
fallax est, quia facit ipsum de se extollere, aliud de se
credere quam in re est. Unde Boecius in de consolatione li. iii pro-
sa viii. Si linceis oculis homines uterentur ita
ut obstantia queque penetrarent, nonne intus
spectis visceribus, corpus quod in superficie videtur

pulcritudinem mentis cognoscere distortissimam. Si dicit ergo pulcritudo corporis non est in re sed solum ex oculorum arguitur debilitate infirmitate. Si vero de fortitudine loquaris, dicit ysaie i: Fortitudo vestra erit sicut favilla stuppe, opus vestrum ut scintilla succendetur utrumque, et non est qui extinguet. Ecce vanitas. Unde Ambrosius: Validissimus Sampson in spiritus legitur leonem in manibus suggillasse; ubi fortitudo eius; nonne unius mulieris cedit gremio; ecce fallacia. Si de pulcro ornatu vestium loquaris, gloria quidem mundi esse creditur, sed non in hoc boni apud deum commendatur. Luce xvi: Homo quidam erat dives, induebatur purpura et bisso, qui mortuus est et sepultus in inferno. Ecce vanitas. Unde Jeronimus: Ut quid homo diviciarum ornamentum exterius diversis depingis, ancilla dominam premis, carnem decoras, animam decoloras; ecce periculum. Similiter de aliis singulis partibus determinacionem. Quod autem huius magnitudinis non in Johanne invenio, intelligimus magne personam in disposicione corporis fuisse pie creditur, quia quod deus sibi et ad se primis gaudium nunquam vile aut deforme sibi preparavit; creditur quod Johannem fuisse etiam in corpore perfectum et ordinate statute fortitudinis et pulcritudinis. Sed in nullo autem horum gloriam aut magnitudinem sibi usurpavit, quod non hos augmentum, sed semper egit abstraccionem. Sed de pulcritudine, hec est condicio eorum qui pulcritudine notari cupiunt: quanto magis apud homines apparere possunt, tanto magis honorem pulcritudinis sibi augmentari credunt, ut legitur de [illegible] in libro de proprietatibus rerum. Johannes autem non apparere hominibus sed recedens ab ipsis [illegible] et petit deserta. Si de fortitudine, fortis semper pro sibi et potius confortacionem sue fortitudinis querit [illegible]. Sed Johannes [illegible] et potius abstinenciam sui ipsius fecit maceracionem, eo quod de ipso dicitur: vinum et siceram non bibet, et omne immundum non manducavit ex utero. Si de ornatu eius dicam: Erat Johannes habens vestem de pilis camelorum et zonam pelliceam circa lumbos eius. Math iii. Ergo quantum ad eum non intelligitur quod hac magnitudine Johannes sit magnus secundum verbum propositum.

Secundo aliquis reputatur magnus in mundo apud homines ex prole aut magna possessione; de hac magnitudine aut gloriacione dicit psalmista xlviii: qui confidunt in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantur; hec gloriatur in suo periculo et dampno. Primo quantum ad periculum, quoniam omnis potestas a domino deo est, et raro sine dampno sed plurimorum aut periculo haberi potest; quanto quis in loco constitutus est altiori, tanto periculo [illegible] maiori erit periculum. Unde ergo deus omnis prelatus se hoc proponere quod vivat ad [illegible] omnia regat, aut [illegible]; nam salvator Luce xvi dicit: Redde villico racionem. Secundo dampnum confert mundana potestas vel dignitas; quamvis deprecantur [illegible] in terra, confusionem ipsi accipiet in vita futura; non computabitur inter dei filios, qui se hic voluerunt aliorum dominos. Similiter de diviciis dicitur periculum, sicut Augustinus: Si divicias invenisti, requiem perdidisti; de nocte sine sopore, de die augmentandi cogitas. Unde apostolus: Qui enim vult dives fieri in laqueos cadere [illegible] diaboli. Sed et faciunt dampnum, quia mortuus est dives et sepultus est in inferno, Luce xvi. Unde facilius est camelum transire per foramen acus quam divitem [illegible], Math xix. Et Christus hec sunt dampnum et periculum. Johannes hec singula sprevit: fugit potestatem, quesivit humilitatem, sprevit divicias, dilexit paupertatem; potuisset magnum sibi acquisivisse [illegible] honorem. Leonardus de Utino in sermone Johannis: Johannes enim ut rei tante [illegible] quod hic esse [illegible] interrogantibus humiliter negavit; etiam non tamen quod non fuit de se negavit, sed et quod fuit de se affirmare contempnit, quia querentibus: Helias es tu, propheta es tu, respondit: non sum. De quo tamen dicit Math xi: Si vultis accipere, ipse est Helias. Item ibidem: plus est quam propheta; michi [illegible] tamen non ut de se divulgaret, se reputavit indignum; sed nomine humilitatis de se ostendit dicens: Ego vox clamantis in deserto. Johannis i. Potuisset secundo habuisse divicias et magnam possessionem; dictum est enim quod fuit filius summi sacerdotis; quis dubitat quin honor potestas et divicie in hereditate [illegible] hereditate consisterent, si non hec singula contempsisset. Sed Johannes fidelis precursor domini, qui viam domini preparare venit, per hanc viam scilicet humilitatis et paupertatis precedit, quia deum sub [illegible] ambulantem cognovit; sprevit ergo omnia, scilicet divicias et mundi honores, ut apud deum magnus esset. Sic ergo quantum ad primam partem huius sermonis [illegible] verbum propositum non de mundana aut vana magnitudine esse intelligendum, dictum est ergo: Erit magnus coram domino, et non dicitur coram mundo, verbo proposito.

Nam [illegible] ad hoc [illegible] Johannes fuit magnus magnitudine gracie coram domino. Unde magnum esse coram domino in celesti patria, de quo dicitur Math xix: Sedebitis super sedes [illegible] xii rebus scilicet etc. De hac tercia modo non intendam. Sed tantum de magnitudine gratuita loquar qua quibus in hac vita iuste et vivendo sancte magnus reputatur coram domino et in familia dei. De hac habetur mathei v. Qui autem docuerit et fecerit hic magnus est in regno celorum. Hac magnitudine dixi Iohannem esse magnum verbum propositi. Unde de eo dici potest illud ecclesiastici xlv. Magnificavit eum in conspectu regum etc. et ostendit illi gloriam suam. Unde in tribus commendatur, vel triplex eius magnitudo declaratur ab angelo scilicet privilegium sanctificacionis, observancia religionis, officium predicacionis. De primo dicit angelus spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris sue. In hoc enim habuit privilegium sanctificacionis pre omnibus sanctis quia ut autem dixi per decem. Aug. omnibus aliis ad festivitatem etc. solus autem Johannes sanctus est natus. Ista sanctificatio sibi facta est in visitacione qua beata virgo Maria ad Elisabeth Christum portantem fecit et exultando prophetavit. Et hac quidem sanctificacione duo habuit scilicet a peccato conservacionem et dei misteriorum cognicionem, et utrumque ex repletione spiritus sancti, quod dixi repletus est ex utero matris sue. Unde Bernhardus: qui spiritu sancto sunt firmati, non tantum volunt quod deus vult, sed et nullo modo velle possunt quod deus non vult. Ergo Joh. qui spiritu sancto sic repletus est, sic confirmatus ut nec contra deum velle nec agere potuit. Secundo habuit misteriorum divinorum cognicionem unde eum noverat quem digito demonstravit dicens Ecce agnus dei etc. Ipse virtute eius quod replendus antequam nasceretur ab angelo prenunciatur, et quem cognovit hic de quo dicit: qui misit me in aqua baptizare ille michi dixit super quem videris etc. Ipse eius gratiam visitante in utero matris sanctificatus. Et ab hoc dicto Joh. est nomen eius quod Joh. est in quo est gratia dei etc. 2o Johannes erat magnus observancia religionis unde vinum et siceram non bibet omne immundum non manducabit etc. luce i. secundum Jacobum i. Religio sancta apud deum hec est immaculatum se custodire ab hoc seculo etc. Talis in Johanne erat religio, qui ut non maculatur ab hoc seculo recessit puer unde eam in deserto. Arma despicere tenerens sub etc. Et secundum Tho. ... in tract. de relig. tres sunt partes vere religionis continencia obediencia paupertas voluntaria. In Johanne insunt omnia et hoc in tribus, in cibo et potibus moderamine quia vinum et siceram non bibet et omne immundum non manducabit etc. luce i. Item erat esca eius locuste et mel silvestre, math. iii. Item ex carnis castitate quia virgo permansit semper. Item ex corporis decora...

et vestium superfluitate unde habebat vestem de pilis camelorum et zonam pelliceam math. iii. 2o in Johanne fuit obediencia, fidelis enim in omnibus fuit precursor domini viam preparando: penitenciam predicando, populum baptizando, Christi adventum nunciando, mortem paciendo, ad limbum inferni antecedendo. Item Johannis obediencia notatur in hoc qui quem debebat ipsum baptizare indignum se reputans dicit: Ego a te debeo baptizari et tu venis ad me. math. iii. Humiliacio tamen hunc magne ipse fuit obediens, quia dicente domino Sine modo promptus ad vocem domini obedivit. 3o in Johanne fuit paupertas voluntaria, et de illo dicendum est, sicut in prima parte iii dist. de exemplo di. imitacio. Concludo ergo 2m Johannes erat magnus observancia religionis. 3o Johannes erat magnus officio predicacionis unde dicitur ipse precedet ante illum in spiritu et virtute Helie et multos filiorum Israel convertet ad dominum luce i. Triplex fuit magnum nomen officium Johannis scilicet commendandum, baptizandi, preveniendi; unde fuit Johannes in deserto baptismus baptismo penitencie promovens in fidem Christi math. iii et actuum xix. Item Beda: Baptismus Johannis erat quedam inductio ad penitenciam et professio qua profitebantur homines penitenciam se acturos, et fidem Christi suscepturos. 2m officium Johannis commendandum erat officium predicacionis aut predicandi, unde dicitur venit Johannes in deserto predicans baptismum penitencie math. iii. Item hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine et propter hoc vere magnus dicitur eo quod dicit dominus, qui docet et facit hic magnus est in regno celorum math. v. Tercium officium est prophetandi unde tu puer propheta altissimi vocaberis etc. luce i. Item Hiere. i. priusquam te formarem in utero prophetam in gentibus dedi te. Et inter omnes prophetas singulariter sibi prophetandi concessa est gratia, quia quem alii futurum prenunciabant, hic digito ostendit presentem dicens Ecce agnus dei Joh. i. et ideo propter hoc dominus Jhesus loquens de Joh. dicit: quid existis in desertum videre prophetam etiam dico vobis plus quam prophetam. Subiungit ipsum super omnes commendans: Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne baptista. Sic sic a domino super omnes commendatur, multo ab angelo, hinc ab ecclesia, a nobis et tamen verbo meo pro sua commendacione assumpto magnus eo dicitur magnitudine non mundana ut patuit sed gratuita hic in gracia et virtute, in sanctitate coram domino, in celesti patria magnitudine glorie ubi regnat pater et filius et spiritus sanctus amen

Perfectus erit discipulus si sit sicut magister eius, Luce vi. Pro recommendacione beatorum apostolorum Petri et Pauli, in hiis verbis Salvatoris notatur ipsorum perfectio et magnitudo in hoc quod imitando et obediendo in doctrinis et operibus Christo, facti sunt sicut magister eius. Omnis discipulus qui ad perfectionem et ad ulteriorem processum provehi cupit, in omnibus diligentissime ad magistrum suum intendit, ut primo mandata eius custodiat, doctrinam ipsius teneat, et quicquid ipsum operari honesti facere videt et ipse imitando faciat. Sic isti beati apostoli pervenerunt ad summam magnam perfectionem, facti sunt sicut ille, et non tantum in rebus, in vita sua imitacione, in miraculorum operacione, in mortis passione. Primo in vite imitacione, Math. xix: Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te, scilicet mundum et omnia que in mundo sunt, honores, delicias et omnia dominia sua, ambulantes post Ihesum. Beda: Quid est ambulare sicut Christus ambulavit, nisi sicut Christus omnia terrena despicere, honores mundi fugere et iniurias amare, nulli eas inferre, contumelias pati, nunquam sua sed conditoris querere gloriam, et quottidie ad superna amore erigere. Nec unum est inter illa quod hiis defecisset; ipsi reliquerunt patrem et rethia in navi, secuti sunt eum, dicitur Math. iiii. 2o in miraculorum operacione, cecos illuminando, surdos sanando, mortuos suscitando, sicut et legitur de Christo Marci vi: omnes qui habebant infirmos ducebant eos ad Ihesum et sanabat omnes. Sic idem legitur de Petro Actuum v: in plateis ponebantur infirmi ut veniente Petro etc. Quod dicit Iohannis xiiii: opera que ego facio et ipse faciet, scilicet qui credit in me, et maiora horum faciet. 3o facti sunt sicut ille in mortis passione, Sapiencie xviii: Simili pena servus cum domino afflictus est, et populus regi similia passus. Unde Math. x: Si me persecuti fuerint et vos persequentur; si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos eius. Unde canit ecclesia: amaverunt Christum in vita sua, imitati sunt eum in morte sua, et scriptum est: ibi ero? dicit dominus Iohannis xii ubi sum ibi et minister meus. Quod exponens Crisostomus dicens: sequitur quia morte clarificaturus esset eum. In adequacione ergo magistri sui perfecti facti sunt, eo quod facti sunt sicut ille, ut illud quod prescripsi de verbis Salvatoris: Tunc perfectus erit discipulus si

perfectus erit discipulus, ubi supra. In hiis verbis Salvator ad statum perfectionis invitat ut sequamur ipsum et efficiamur sicut ille. Illud ergo de sanctis apostolis requirit et dominus in nobis. Si ergo et nos volumus esse perfecti subiungemus nos discipline illius. De disciplina dicitur Proverbiorum iiii: Audi fili disciplinam patris tui, ipsa custodiat te, ne dimittas eam, ipsa servabit te. Arripe illam et exaltabit te, glorificaberis ab ea cum fueris amplexatus. Hugo de sancto Victore: Disciplina est omnium membrorum motus ordinatus et decens dispositio in omni habitu et actione; ipsa est compes cupiditatum, desideriorum carnalium, frenum lascivie, elacionis iugum, vinculum iracundie. Et Gregorius: Mens nisi per disciplinam teneatur semper in deteriora delabitur. Ubi disciplina negligitur, cuncta in confusionem devolvuntur, et si disciplina ab homine discesserit, tot confert utilitates quot inducet perfectionem. Hec qui a nostro docetur magistro, de quo magister dominus Math. xxiii: Unus est magister vester Christus. Iohannis xiii: Vos vocatis me magister et domine et benedicitis. Hic non cessat docere discipulos suos donec ad statum perfectionis et ulterioris promocionis discipulos suos promoveat; unde de discipulis dicit Iohannis xvii: Pater [illegible] homines quos dedisti mihi, et volo ubi ego sum illic sint mecum. Pro ulteriori noticia huius discipline pertinet hic per Boetium in De disciplina scolarium: Fidelis magister [illegible] se habet erga suum discipulum ut confortando in eo efficiat cum pietate inserviat, cum severitate corrigit et monendo ad meliora conducat. Primum ergo spectat ad intellectum, 2m ad retellectum, 3m ad proficientem. Et pro hiis tribus tenetur discipulus suo magistro etiam tria: pro primo amorem aut honorem, pro 2o timorem, pro tertio obedientiam; pro eo enim quod diligentissime attendit magister qualiter lenissimo benignissimo modo suum discipulum informat, debet discipulus ipsum amare et frequenter honorare. Ambrosius: Magis on Ille me ad amorem suum frequenter provocat qui sibi beneficia mihi prestat. Quid alias pro hoc dare quam scientiam et sapientiam, que aurum et argentum precellit, superat, Proverbiorum iii. Docet ergo Carbo doctorem venerare [illegible]. 2o magistro timorem se exhibet, ut quod virtuosum disciplinam sua pietate non per exceptionem coherceat; pro illo in discipulus magistro timorem, quo virga magistri punitur et ad virtutis et scientie capiendum sedule laborat. Ysidorus: Timor pellit peccatum, reddit hominem cautum ubi [illegible]

[illegible]

non est de virtute desperandum est. docet ergo iterum, tertio magistrum metuere. 3° magister in profectu sui discipuli gaudet et ad maiorem ascensum quem valet ipsum promovet; pro illo tamen sibi discipulus reddere obedientiam, ut implendo omnia quae sibi praecipit et vitando ea quibus ipsum instruit, quasi manu doctoris ducatur ad statum quo promovere velit, iuxta verbum sapientis: prius habita accipe disciplinam et exaltabit te. Ecce tanta tamen quis magistro hic de novo vana docentem hic singula praedicta praeclarius et divinius habui. Quid hic? qui fideles discipuli Christi magistri esse velint caelestia docentis, in quo est summa pietas, summa sinceritas, summa etiam prosperitas; quantum hic amandus, quantum metuendus est, quantum suum praeceptum sua etiam doctrina a suis discipulis servandum est. Pro primo ipse fidelissime docet non solum vana, sed sapientiam et doctrinam efficientem salutem aeternam, Ioh. 6: verba vitae aeternae habes, dixit Petrus ei. Item ad Hebr. iiii: vivus est sermo dei. Item qui verbum meum audit et credit habet vitam aeternam etc. Sicut etiam docet omnem benignitatem Eccli. xviii: Qui misericordiam habet et docet et erudit quasi pastor pascit gregem suum. Si ergo de alio magistro dictum est hic ad primum audire me servat etc., ut supra quantum de hoc dictum quam amandus et honorandus sit. Augustinus: cogor ex omnibus diligere deum, a quo omnia velut in pignus amoris accepi. Item debemus pro hoc sibi honorem laudem et benedictionem, ps. 102: Benedic anima mea domino, et noli oblivisci omnes retributiones eius, qui propitiatur etc. Item grates propterea sibi semper agere, apostolus: in omnibus sitis gratias agentes. Bernardus: deo semper tenemur gratias agere quia ipse indignis benefacit etc. Et haec est prima pars disciplinae per quam materia praestat condonationem peccatorum, quia ipsa placatos nos facit magistro, vivens nos cum illo et maiora confert nobis impetrare ab illo; ex laudare placemus magis, illud ps.: Immola deo sacrificium, eruam te et honorificabis me. Ambrosius: gratiarum actio aliud non est quam ad donandum invitatio. Quo modo perfectius diligimus deum? Augustinus: ea vis amoris est ut se faciat te esse sicut id quod amas. Ioh. iiii: qui manet in caritate in deo manet etc. Quid illo vivere, in illo esse et manere? Numquam perfectio est. Petrus apostolus quod habet partem disciplinae huius se amare deum dixit: Scimus est perfectius, quia magister eius constitutus est super omnes. Dominus solo.

Pro 2° in hoc magistro nostro summa reperitur severitas erga rebelles, ps. lxxxviii: Visitabo in virga iniquitates eorum etc. Item perdidit eos in perditionem, ps. lxxvii. Non vult corrigere virga scholastica sed virga ferrea, ps. ii: Reges eos in virga ferrea. Item Deutero. xxxii: Si acuero ut fulgur gladium meum, reddam ultionem hostibus meis etc. Ignis succensus est, ardebit usque ad inferni novissima. Nonne et nos discipuli eius timere tenemur magistrum nostrum qui tam austerus est? Gregorius: Si tantum pertimescitur iudicium praelatorum, quam formidandum est iudicium aeterni dei. Matth. x: Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed eum qui corpus et animam etc. Augustinus: Neque solum propter tormentorum, propter ignem timere debes illum, sed filiali timore; timere offendere enim piissimum. Gregorius: qui gehennam timet non timet peccare sed ardere; hic autem peccare metuit qui peccatum sicut gehennam odit etc. Et haec pars disciplinae iterum ad statum perfectorum multum conducit, eo quod deo dilectos acceptos hic facit et in futuro summae felicitatis praemia. De primo ps.: Voluntatem timentium se faciet. Item cor omnium dominus super metuentem enim ut alat et exaltat eos etc. De 2°: Quam magna multitudo dulcedinis tuae quam abscondisti metuentibus te. Item nihil deest timentibus eum etc. Beda: Petrus qui deum timuit et timendum esse deum dixit, victoriam super philisteos accepit, ipsis confusis se in multiplicatione celebri mirabili glorificatio. Tertio in isto magistro nostro est magis promovendum potestas et etiam voluntas. Ioh. xv: ... sedeat filius hominis, sed et vos iudicabitis in tabulis Israel. Item Ioh. xii: ubi ego sum illic et minister meus erit etc. Pro illo tenemur sibi obedientiam et mandatorum suorum custodiam. Unde si miles qui apud regem semper exultaret, ipse in omnibus se humiliando exspectaret honorem sibi promissum, quid nos qui non ad officium ad dignitatem sed ad aeternam glorificationem per Christum promovendi speramus timere et metuere debemus sibi obedire omnia mandata custodiendo. Audi quid Israeli pro obedientia promisit: Si in praeceptis meis ambulaveritis et feceritis ea quae praecipio vobis, astabo vobis, et ego protegam vos, ego mittam vos omnem terram quam calcaverit pes vester vestra erit etc. Levit. xxvi. Item Salomoni et filiis suis promisit dominus loquens ad David, ps. cxxxi: Si custodierint filii tui testamentum meum usque in saeculum sedebunt

sedebunt sup sedem tuam etc. Sz qr obediam nsp
ceptis dni non seruauit, ideo sedere sup sedem
dauid assiruit. Ergo promotio discipuli mgri
fit nisi in eo fuerit obediens ad mandata sui
mgri attendamus enim xpm ipse per obediam
promotus est ad philip ij humiliauit semetip
formam serui accipi, etc. ppt quod deus exaltauit
illum etc sup omne nomen, per hanc igitur obediam
pt quibusque perfectus esse p in hac assimilatione
xpo et erit sicut mgr eius, petrus qui obe
diuit mgri sui vocationi mox vt vocem audiuit au
diuit relictis rete in mari secutus est deum math
iiij. sunt xpm vocantem se ad curam secutus est
joh vlt dicit dns sequere me et secutus est ipsum
ad patibulum crucis gaudens in hac sola pena
mortis sicut mgr eius vn in primo factus est
sicut mgr eius ergo perfectus iuxta verbum
thematis presumptum etc

Aspexit dns humilitatem ancille s.
luce i. Cum innumerabilibus virtutibus
maria virgo decorata fuit iuxta
illud Eccl xxiiij. In plenitudine sanctorum
detentio mea, ex nulla gloriatur nisi ex humilitate
quia hec maior inter virtutes, qua magis deo
placita facta est. vn Bern. quamuis ex virginitate
maria deo placuisset tamen ex humilitate magis
placuit, ppt quam et mr dni esse electa est
Nulla virtus nullum bonum opus nisi in humilitate
fiat deo acceptabile. vn Grego. porto omne opus
agitur nisi in humilitate custodiatur. Aug. Qui sine illo
struendo edificat virtutes edificium nisi humi
litatis fundamentum ponat ruinam. docet
ergo sapiens eccl iij. humilia te in omnibus
et inuenies gratiam coram deo. Maria virgo
quia humilis erat deo summe placuit, quam humilitatem
suam deo exhibuit, angelo reuelauit, audire
meruit illud angeli, ne timeas maria
inuenisti gratiam etc. quam in humilitate sua ancilla
dni se esse confessa est, ipsa mr summi regis
filij dei electa est luce i. Ecce ancilla dni fiat
etc. vn ergo gloriatur de sua humilitate in verbis ppositis
dicens. Aspexit dns hu. an. sue vbi s
luce i. Et in maria maxima fuit humilitas
noto in duobus primo, quia ipsa mr altissimi
et regina celi et terre esse debuit se ancillam
dni vocauit, Et quia iam mr dei et regina angelorum
facta est sue cognate Elyzabeth famulari non
est dedignata, quantum ad primum dicit bernardus
Theolog. quia homo cecidit in mortem p superbiam
et inobediam actum est, vt autem vita reformetur
non nisi p humilitatem agi potuit etc. voluit igitur
maria id quod Eua p suam superbiam intulit
per humilitatem auferre, et quemadmodum alia obedire
contempsit. hec ancilla non tm obediuit sed et se
iure volente se dominam vn ~~[illegible]~~ ante hanc ancilla
per inobediam. Que erat humilitas ancilla sub
iugo seruitutis dyaboli alligata, s per humilitatem ancille
seruitute vna est seruitus soluta, et homini sua
libertas restituta, voluit etiam maria summe
humiliari vt digne mereretur exaltari eo quod non
altos nec sublimes ad suos honores querit dns
nisi humiles. ysa. vlt. Super quem requiescet spiritus
meus nisi sup humilem. Jacob in can. humilibus
deus dat gratiam superbis resistens etc. In humilitate
tua sunt ~~vt dicit aucto~~ dictum psalmus, ipsa se
humiliat vt ascendat se minorat vt eddicat
se mortificat vt resurgat, pro primo dicitur luce
xiiij. omnis qui se exaltat humiliabitur, et qui
se humiliat exaltabitur, de summo non est motus
nisi deorsum, de ymo non nisi sursum. vn im
bres et venti turres et menia destruunt, qui
iacet in terra non hz vn cadat. ala in psalmo
Ideo maria que sursum tendebat, primo
infima per humilitatem requisiuit, maria que
ad alta virtutum edificia, et fructum multiplica
cionum tendebat per humilitatem radicem et fun
damentum ponebat, homo enim fortis e tm
etiam pergendi vt habeat p pulchritudine, quod potest
ipse idem auctor dicere psalmus Nam arboris
qui multos gerit fructus, ipse humiliter habet
frugem eo quod ad terram se inclinando inclinat, quod
erectus more superborum stat sine fructu, sic e in
hominibus vbi est superbia ibi sunt fragia qui
Sz vbi humilitas ibi omnis fructus est multiplicatus
vn Bernh. humilitas est hauritorium sue vas
gratie via celi reclinatorium dei, dicit ergo dns
math vij. a fructibus eorum cognoscetis eos. Ma
ria humilia humiliter suo copiosum fructum
dedit vnum fructum, omnes alios terre fructus
excellentem de quo dicitur luce i. benedictus fructus

veniens tui i. sic pz primo huius. Quarto dico humilitas minorat se ut redoleat. videmus enim quod herba minorata et pulverizata magis redoleat, sic et omnia aromata. Eodem modo homo qui se per humilitatem pulverizavit et contriverit magis redolet in conspectu dei. tunc autem dicitur se pulverizare, cum in sua humilitate memor est huius pulveris in se de quo dicitur gen. i. memento quia cinis es et pulvis es et in pulverem reverteris. unde Job sicut humana dicit se cineris mei. Redolet autem in conspectu dei quod placuit tunc sibi respicere ut. Super quem respiciam nisi super humilem. Item post c xij tractatus dicit habitat humilia respicit in celo et in terra. Sic etiam maria in se ipsa sic humiliata est, sic et pulvis per cineris recordata est, quod proprium principium mundi eius fuit, cuius non carnem et vitam sibi dederit, hec ab ipso [illegible] peccatorem eius non ignoravit, igitur ipsum quem genuit adoravit, cuius vidit se esse matrem eundem eque eundem etiam esse creatorem, redolet etiam ante conspectum dei eius humilitas quod placuit sibi. unde aug. dixit quod eius humilitatem deus respexit. Aug. quid est humilitatem meam respexit approbavit i. sibi placuit humilitas mea. Sic redolet. Tertio humilitas se mortificat ut resurgat non morte corporali sed spirituali, qua se mortificans [illegible] propheta ps. xliiij propter te mortificamur tota die etc. Similiter quia mortificatione homo moritur mundo, vivit autem deo, moritur peccatis vivit iustitie. Secundum dictum apostoli etc. Quid autem sit mori pro mundo est abstractio vite et sensuum hominis que sunt in mundo scilicet superbia et concupiscentia oculorum prima Jo. i. Sicut vincere secundum illa est vincere mundum, qui autem humilitatem habent in deo omnibus hijs mortui sunt expectant vitam futuram unde Greg. clarius prius deus facit asperum iter in via, ne oblectatione delectationem que sunt in patria, huius humilitas iterum magis paret in maria visa est, que spretis omnibus mundi honoribus divitiis rebus multo labore et dolore filium suum educavit, videlicet [illegible] et bernh. Tandem in eius passione doloris gladio transfixa, iuxta prophetiam Symeonis luce ij. et tuam ipsius animam etc. ab hac autem morte facta est sibi resurrectio quia a filio pro se omni gloriae thronus est exaltata et exaltata celorum collocata ut bene ergo dicendum est quod dominus humilitatem illius respexit. 2o notandum in maria fuisse humilitas tunc quod mire altissimi est facta, non est simulata, quia fuit per dedigna iuxta dictum hod. [illegible], propter quod advertendum dicit quod gessit in utero eum qui de se dicit math. xx. luce xxij filius hominis non venit ministrari sed ministrare, id quod filius similis erat, voluit ipsa opere similiter ministrare et ministrare ex mis actibus, quanta doceat et faciat futurus filius. unde bernh. homilia in bulla de partu festo. Domine ipsa regina celorum in omnibus vestra se clausit filius dei, sicut homo non elationis ab eo quod gessit, sed humilitatem spiritum accepit, quanto magis dicendum effecta humilitas tam sue quia in ea deus respexit exercita et officio ut in evangelio luce exurgens abiit ad Elisabeth non ad ludum, non ad gaudium, non ad gloriam ut glorietur de illo, quod sibi congruerat exemplum gratie angelica. unde Greg. non enim putabat quod ab aliquo fide capi possent de ore eius tanta divina misteria, sed magis secreto cordis habitaculo nitebatur illud celare. Sed hic id quod illa celebat spiritus sanctus per Elisabeth illud manifestabat. Sed ipsa magis abiit ad Elisabeth ad similitudinem officium exequendum. Unde Ambrosius quod enim venit propter officium scilicet famulandi, ipsa inherebat officio, et subdit imitando o virgines virgines ad discendum humilitatem ab illa, discite virgines omnium prudentia, discite et eius humilitatem decet enim quod de quanto virgo sit castior de tanto ex dis te humilior. Bonum notandum se vobis efficiatur moribus ut ipsa sit magna humiliter in quam psalmo aspiciens et exa pietate etc. et tota mira dominus attendere in quanto Tertio notandum quod hec 2a pars humilitatis in quantum maior sit quam prima, in prima dictum est quod coram deo se humiliavit quod non tantum coram deo sed etiam coram homine se humiliavit, maior dicitur o humilitas quam sit coram minore quam superiore, maior coram hominibus quam coram deo unde per distinctionem triplex gradus humilitatis maria non tantum coram deo etiam coram homine, non tantum coram superiori etiam equali, etiam inferiori se humiliavit unde bernh. maria de deo sentiebat prodigia de preclaris digna de proximo magna, de se parva multo gloriatur, ergo in verbis predictis respexit deus humilitatem etc.

ecce q humil

Ecce quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum ps. c xxxii. In hiis enim verbis primo amicitie fraternalis commendatio, et ad illam servandam implicata nobis exhortatio. Perhibent enim septem fratres acquisierunt salutem eternam, in illa constantia perseverantes pertingentes ad statum martirum, hinc pervenire meruerunt ad societatem superiorum civium. De illa dicit ubi ps. subditur: Illic mandavit dominus benedictionem etc. Ecce quam bonum. Illic mandavit vitam usque in seculum. Ecce quam iocundum. Merito ergo monemur in isto sermone amare pacem vel amicitiam fraternam.

Triplicem autem invenio fraternitatem, ubi de duplici intellectu sonus verbum psalmiste, de tercia implicite. Prima est ex naturali germanitate, 2a ex virtuali conformitate, 3a ex simulata amicabilitate. Primorum fraternitas et 2orum unitas et amicitia bona est et iocunda, tercia prohibita. Prima sumus fratres, 2a debemus esse fratres, 3a prohibemur. Quantum ad primam hii sunt fratres naturali germanitate qui ex eisdem sunt geniti de eodem patre et matre, quales dixerunt se esse filii Iacob, qui loquebantur cum Ioseph in Egipto Genesis xlii: Nos omnes fratres sumus filii de uno patre etc. Et hii etiam naturaliter habent omnimodam pro dilectionem; si perpetuiter tamen hoc per accidens dissolvitur, turpissimum autem est hoc negocium et quasi contra naturam, unde Genesis xlii: Merito hec patimur, peccavimus in fratrem nostrum, cum deprecabatur nos non audivimus eum. Est igitur fratri hoc custodiendum ut frater fratrem perfecte diligat, et hac eadem ratione cogente tenemur omnes homines diligere, et cum omnibus concordiam habere, auctore Crisostomo: unde omnes nos fratres sumus, ergo a natura pace et dilectione invicem fovere debemus. Fratres sumus ex uno patre et matre et eodem genere, patre quidem Math. xxiii: Omnes vos fratres estis, unus est pater vester qui in celis est; matre quidem terra, hec est mater omnium viventium et nascentium, ex illa generavit nos pater noster creando genus et formavit hominem de limo terre etc.; genere autem, unde Boetius in de consolatione philosophie li. iii metro vi: Omne hominum genus in terris simili surgit ab ortu. Turpissimum autem est hoc quod frater fratrem odio habeat, presertim etc. Ergo omnes homines ex natura diligere cogimur. Autem co ipsorum lupis et serpentibus hii homines peiores sunt qui fratres odio habent, quia horum animalium nulla filiabus suis in genere nociva sunt. Sed Seneca: Ferina rabies est insurgere et vulneribus letari, et abiecto homine in alias silvestres transmitti etc. Ecce quam turpe per hoc a feritate homines excedunt, que non homines sed bestie in hoc cognoscuntur. Tercia a patre pro apostatantes scilicet a deo. Hic enim sibi filios requirit pacificos, Math. v: Beati pacifici quia filii dei etc. Sed pacis inimici non filii dei sed diaboli esse credimur, Joh. viii: Vos ex patre dyabolo estis, ille enim erat homicida ab initio et in veritate non stetit. Est autem dilectio fraterna multum bona et multumque iocunda, ex qua tot bona oriuntur nos contingere, quot ex eius defectu abesse noscuntur. Dicit discordia bestias equales reddit. Sic pax et amicitia angelis similes efficit, quia inter illos summa est pacis et concordie dilectio. Alia filios facit dyaboli, hec filios veros efficit dei. Augustinus in sermone: Non est de numero filiorum dei qui pacis expers est et amoris. Pax et dilectio filios nos efficiunt domini salvatoris. Unde est quod dicit apostolus: Si fieri potest cum omnibus hominibus pacem habentes. Teneo ergo dicit pro hac parte Ecce quam bonum etc.

Secundo sunt fratres virtuali conformitate, ut illi qui in aliquo actu virtuoso conveniunt ut in fide, in obediencia, in servitute. De hiis dicit dominus Petro Luce xxii: Tu aliquando conversus confirma fratres tuos scilicet in fide. Hec est fraternitas de qua dicit beatus Bernardus in omelia hodierna: Dominus non propinquitate cognationis sed spiritus voluit fratres suos cognoscere, Math. xii: Qui sunt fratres mei? hii in fide et spe sunt, quasi dicat qui sibi obediunt mecum patri meo obediunt, filii mei mecum erunt, sic ipsi fratres mei sunt etc. Hec est vera fraternitas; de illa dicit beatus Augustinus: Arctior est fraternitas spiritus quam sanguinis, quia illa sanguinis consortium patria cum emulatione, hec autem patria dividit cum emulatione. Videmus quod fratres sanguinis quanto alii generosiores nobiles pro patria contendunt cum emulatione condividunt; veri autem fratres spiritu patria non dividunt sed simul ipsi illam accipiunt. Actuum iiii: Multitudinis credentium erat cor unum et anima una etc., et erant eis omnia communia. Unde verus frater Christi erga fratrem suum in hiis tribus modis habet se, scilicet in amore fideli, in suffragio liberali, in compassione sociali. Primo est in amore fideli. i Joh. iii: Fratres, diligamus fratres; qui odit in tenebris ambulat etc. Et dico fideli, quia non ad horam amat sed semper in amore perseverat. Prover. xvii: Omni tempore diligit qui amicus est. [illegible] ii poll. Seneca ad Lucillum: amicorum semper idem est velle et idem nolle. Item si tanta in eis sit concordia qui amici tantum sunt in prosperis, quid erit in [illegible], qui non tantum amici sed fratres sunt, filii unius patris. Admonet Apostolus: Fratres, estote unanimes; item: estote fraternitatis amatores, item mutuam caritatem in vobis ipsis habentes. i Petri iiii. Secundo frater est in suffragio liberali; non enim sufficit fratrem se tantum mente et lingua diligere, sed oportet munifice benefacere. Ergo probacio dilectionis exhibicio est operis. Debet ergo frater fratrem suum pro quo diligit, et precipue in necessitate. Docet beatus Joh. i Joh. iii: Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem et clauserit viscera sua, quomodo caritas Dei est in illo? Subdit: Filioli, diligamus ergo non verbo et lingua, sed opere et veritate. Hic tanguntur fraternitates laycorum, qui tantum tenent suas confraternitates in conductu defunctorum. In vita fallunt, odiunt in negocio necessitatis. In conductu etiam defuncti tantum se fratres exhibent, neque oratione neque devocione saltem operibus aliquid implent. Unde de illis gradibus in apparatu [illegible] est vera perfecta Deo accepta fraternitas, qua quis pro suo amico zelo amicicie agitur et pro defuncto pro eorum studio [illegible] aliisque bonis operibus fideliter suffragetur etc. Tercio verus frater est in compaciendo sociali. Cum fratrem suum in necessitate videt, mox sibi condolet, et quantum potest pro sua consolacione et liberacione laborat; et nisi hoc fecerit non est verus frater iuxta illud illud dictum Joh. [illegible] habeam, qui viderit fratrem suum etc. Subdit ergo ibidem: Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, sic et nos debemus pro fratribus animas ponere. Istis omnibus sic notatis et euangelio pro hiis duabus partibus bene dicitur

Contra illos qui se amicos esse iactant non verbo sed opere se talem esse ondat

esse, quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum. Set quoniam ad veram fraternitatem dixi. Sunt fratres ficti et simulata amicabilitate; de illis dicitur Jere. ix: Vir fratrem suum deridebit et veritatem non loquentur; unusquisque a proximo suo se custodiat, et in fratre suo non habeat fiduciam. Hec est fraternitas et amicicia de qua dicit Tullius: Amicicia non est nisi inter bonos; mali enim eam non habent nisi fictam et simulatam. Set talium enim fratrum tria [illegible]: sunt enim primo in simulacione mencientes, in detraccione nocentes, in adversitate fugientes. Pro primo falsus frater vel amicus fingit se amicum esse qui tamen non est, mentitur se amare; intus autem conspirans vel supplantans. Simulator ore decipit, blandimentis suis se applicat, nullam autem in toto corde veritatem portat, et est nimium nocivus talis fictus amicus. Boeth. li. iii pro. v: Nulla pestis efficacior ad nocendum quam familiaris inimicus. Secundo falsus amicus autem sic est in detraccione pungens; ipse postquam in facie decipiendo blanditus fuit, post eum velut aculeo sua detraccione pungit. De talibus loquitur propheta psalmo: Sedens adversus fratrem tuum loquebaris et adversus filium matris tue ponebas scandalum, et assiduitate stupendum. Unde Bernardus in libro exhortacionum: Iuste serpenti esse comparem detractorem, qui more lingue serpentine triplicate tres perimit et occidit: se ipsum, qui audit, cui detrahit, quem tam venenoso iaculo ferit hic ille. Tercio in adversitate est derelinquens; ipse enim suum vel lucrum aut laudem aut favorem querat, se amicum simulat. Ideo solum eum qui in prosperitate est dives, potens vel similis pro amico suo querit; statimque cessante illo propter quod quesivit illum, adveniente infortunio mox illum derelinquit, nec consolacionem nec suffragium nec auxilium opem prestat. Boeth. li. iii pro. vi: Non est preciosum talis amicus quem fortuna facit, hunc infortunium iterum facit inimicum. Tales fratres conqueritur se habuisse propheta Ps. lxviii: Factus sum extraneus fratribus meis et peregrinus filiis matris mee. Item: Sustinui qui simul contristaretur et non fuit, qui consolaretur et non inveni, neque de illis fratribus verbum compositum intelligendum est sed de primis erroribus. Simile illud ut protervum exemplo illorum vii fratrum, noto quod carne et spiritu quia et fide fratres fuerunt, in dilectione pace simul conspiraverunt, constanter similiter habitam et perseverantiam in fide usque in finem, unde de eis canit ecclesia: Hec est vera fraternitas que numquam potuit violari certamine, ut simile ad verbum preassumptum. Tercium bonum ut

Concupiscet rex decorem tuum. Ps. xliiii. In his verbis propositis pro laude beate Margarete possumus aliquantulum determinare quam grata et quam dilecta sit apud deum huius virginis castitas, et facit eam qui habet illam deo dilectam. Sicut enim sponsum videat rem decoram intueri oculis suis gratam mox amare incipit illam, dicit enim Aristoteles [illegible] ij de anima: visio fit in se suscipiendo aliquid sub specie rei vise, hanc acceptam mittit ad sensum communem ut iudicet an bonum aut malum aut pulchrum aut deforme, ex quibus videntes oritur concupiscentia vel amor illius. Sic et deus cum viderit oculo divine cognitionis animam pulchram spirituali pulchritudine intuentem sui speciem in se depictam ostendendo, amat iudicando, concupiscit memorando. Non autem eam que tenet inter pulchritudinem, hec enim despecta est apud deum, sed pulchritudine interiori scilicet virtute fulgentem, unde ps. Omnis gloria eius filie regis ab intus in varietatibus glo. i. virtutibus multiplicibus, quia pulchritudine huius decoratur in beata Margareta, unde de ea dico per figuram illud Hester ii: Erat formosa valde et incredibili pulchritudine, rex ergo amavit eam. Inter omnes spirituales decores virtutum est decor una est pulchritudo que magis placet regi domino scilicet virginitatis sive castitatis. Unde Ambrosius in [illegible] donum est [illegible] castitatis ipsa est [illegible] hoc est [illegible] et merito sola ad se deum trahere. Hugo de s. Victore: mens pollens industria et virtute castitatis sola est templum summe maiestatis. Fulsit ergo in figura pretacta coram rege super omnes mulieres, quia fulget hoc decore animam premittit aliis ornatibus. Ideo est accep-

mento de ea assumptum est verbum istud. Concupiscit rex speciem tuam ut supra. Quid enim est deum aliquid concupiscere? Quam concupitum gratum et acceptum habere sua placitum, id est ipsum approbare, virtutibusque adornare pro honore. Unde sequitur Hester ii: placuit regi et ideo amavit eam ut habuit gratiam coram rege. Non intelligitur quod ipse quasi sibi deficiens concupiscat, sed quod ipsum per aliquid delectata intelligitur, non quod umquam tempore sit aut magis letus. Et vult de castitate loquitur dicit Juvenalis h. v. Delectamur deo [illegible] pectora casta. Ipsum delectat quod placitum sibi facere, unde deus in de celestibus [illegible] absque castitate mentis et corporis nullus aliquis placuit oculis divine pietatis. Secundo concupiscit deus honorando, unde dictum est invenire gratiam apud regem. Castitas enim triplicem adepta est honorem a rege altissimo quem confert ei qui habet eam. Est enim virtus animam magnificans, est pravos hostem mortificans, est honor hominem deo assimilans. Hoc dicit auctor dicto salus. Primo est virtus animam hominis magnificans. Eccl. xxvi: Omnis ponderatio non est digna continentis anime. Proverb. iii: Melior est acquisitio eius negociacione auri et argenti. Bern.: Quid castitate decorosius, que ea prosiliens que mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, de homine angelum, immo deum efficit. Secundum Dionisium in libro de celestibus ierarchiis: mens castitati dedita celestis lucis est susceptiva. Sic animam magnificat. Et ad maiorem huius evidentiam notandum est de suo opposito vicio scilicet de luxuria. Tria mala facit hec homini: contrahit mentem, colligat ad fruendum, et corrumpit racionem. Hec omnia reformat castitas. Primo luxuria contrahit mentem, ipsa enim privat animum omni spirituali gaudio etiam corporali, neque quiescere nec comedere aut bibere letari permittit eam quem ipsa frangit, sed contra facit: hanc enim sollicitudo ipso cogit. Castitas autem per omnia mentem efficit ab omni perturbacione iocundam et liberam. Unde b. Aug. in Soliloquiis: quia iocunditas dum mens in mundicia se videt in oculis dum puritas lucet. Item Iheronimus contra Jovinianum: O vere beata deo grata huius virginis castitas que mentes hominum letificans iocundas [illegible] angelicas et celestas. Secundo luxuria ligat hominem ad fruendum sive inducere

Juuenal

et diaboli, nunquam est ociosus semper cogitat
semper agit que illius sunt, nulla tam ar
dua tam pessima propter illa agere delectatur
quod secundo signatur Exod. i seruiente filii isrl'
in luto et latere. Castitas autem ab omnibus
his liberat, mentem altissima contemplari efficit
et solum ea que ad dei placentiam pertinent
cogitat, unde i cor. vii virgo cogitat que
dei sunt. Unde dicitur rex in epistola ad alexandrum
In castitate deus omnium delectatur, sic per virtutem
castitatis mens in altissimis contemplationibus
sublimatur. Secundo cum seni. omnium virtutum magistra
castitas dirigit in via salutis eterne. Ut 3°
dixi luxurie ratione privatur homo enim mentem
tali coheret ut inter bonum et malum honestum
et turpitudinem amplius non discernat. Propterea
homo comparatus est iumentis insipientibus similis
factus est illis. Castitas autem in altissimis
mentem sublimat, ut iam dictum est, ipsa facit
hominem studio insistere, intellectum bonum
habere, et altissima misteria investigare unde
plato in phedrone. In veritate comperi et agnovi
quod occulta dei misteria et invisa castis mentibus
sunt cognita, que immundis cordibus sunt
eternaliter aliena. Huius experientiam habemus in s. Joh'
evangelista et paulo apostolo. Hec est prima gratia quam
invenit hec castitas apud regem. 2° castitas
est potens hostem mortificans, que luxuria nutrit
hec occidit que illa sustinet hec expellit. Unde
Math. xii immundus spiritus ambulat per loca inaquosa
querens requiem, que sunt hec loca aquosa nisi
corda et corpora frequenti repletione cibi et potus
nimia superfluitate luxurie gaudentia. Hec
nutriunt, hec sustinent diabolum qui spiritus im
mundicie est. Quare aut mundum cor aut corpus
attingere non audet, quia quo nutriatur non
reperit in illis. Ipse enim timet attemptare illud
quod viderit hac virtute munitum. Unde Prosper
super Jacobum nullam fortitudinem nullam resiste
ntiam in homine tam, quam castitatem timent
principes infernales, nec aliquo modo attemp
tant impugnare quod non possunt in hac superare.
Sicut venator feram quam rethibus accipere neque
alio modo cum timore aggreditur, etiam cum periculo
grandi invadit. Sic luxuria est rethe diaboli

Unde beda in epistola ad virginem
virginis nil unquam potuit gust
are de fonte celestis gratie nisi
mens et corpus perfecta fuerint in
tegritate puritate o—

unde dicitur Jheronimus, quamdiu autem hos
rethi capere non potest, tam formidine invadit
timens ne fortior eo sit, que fuerit pre
cipitare. Timet namque castitatem quasi gladium
quo percussus est, compertum est interdum
quod demones qui nulla virtute eici poterant
excelsa castitate pudice victos se excla
mantes exierunt, signatum in judith que
extracto amputavit caput holofernis
Judith xiii. Gladius iste est nisi virginalis
castitas, quam extraxit fortissima femina
virgo virginum maria, quod ipsa pudicitiam
primo incepit augere dei cultum, ipsa ho
lofernis i. diabolo amputavit caput, quod vir
go manens peperit eum, qui diabolo omnem
surripit virtute et potestatem homini conferens
tyrannia a dominio eius liberando, sicut fore
dixit dominus Gen. iii. Serpens inter te et mulierem
eternam ponam inimicitiam, ipsa et ipsa con
teret caput tuum. Hoc per mariam actum est
hoc iterum hodierna die per beatam marg'
renovatum et repetitum est, que hostem pro
sternens in carcere sub forma draconis apparentem
et forma viri consulentem victoriam accepit
super illum. Tertio dixi castitas deo assistens
honor est unde sap. vi. Incorruptio facit proximum
deo. Bernh. o quanta castitas facit hominem angelum
immo deum, quod secundum beatum aug. vincere super
carne preter carnem plus est divinum quam
humanum. Unde plato in phedrone, ubi puritas
ibi et divinitas, et ea que divina sunt fore co
probavit. Unde ergo dictum quod honor sit non tantum
apud deum accepta et dilecta fuerit. Deus enim
hanc virtutem gloriosissimam pre ceteris aliis semper
sibi habuit magis familiarem, amicabilem et hos
pitalem, pro familiari in ipsa de se glori
atur Eccl. xxiiii. In habitatione sancta coram ipso
ministravi. Rich. de s. victo. Valde ab eterno
familiaritas semper extitit et amicitia deitatis
virginalis ipse candor et pudicitias castitatis.
Unde Crisostomus super [illegible] nil divino familiarius
extitit amore virginum castitatibus decoris.
2° hoc iam sibi amabilem nam illud [illegible] habere
semper amica [illegible] dominus. Unde sap. viii hanc
amavi et exquisivi a iuventute. Item postea
in amphitrione inducatur deus [illegible]

semper est amicus. Hanc amiciciam noto in hoc quod dicit hugo de sancto victore. Hanc quidem in ipsis virginibus frequencius invenio, impletur est enim quamquam pervenerint in hoc seculo quoniam ipse deus misericors quando dicat in momento eorum. Primum illud in beatis virginibus barbara katherina margaretha ipsis in agone certantibus pro se venerantibus dicitur veni sponsa mea omne quod rogasti impetrasti etc. Secundo deus hanc virtutem habet sibi hospitalem ita quod in ea habitet sicut et dyabolus in luxuria ut sic ut an- pre sic deus in mundicia dicit enim tamen verbo hoc est veni electa mea et ponam in te thronum meum quia ut Ambrosius in sermone Sola mundicia mentis meretur deum in se recipere eo frui in eo quiescere et gaudere. Tercio per se tenet summa felicitas dulcedine xpistus unde anime applicatur sicut a feda mente in infinitum procul deum spectorum corporis et anime elongatur, bene ergo dictum est de ea, et ideo habere illam in voto proposito, concupivit rex speciem tuam

Celi enarrant gloriam dei ps. xviij. Sancta mater ecclesia nostra precavens provida incipiens nostre negligencie preponere facere hoc festum omnium apostolorum nobis instituit ut per illud nostra diligencia adimpleret quod in eorum honore in festis specialibus negligeret ne perderemus salutem et gratiam eorum minime pervenienda, quia dicit beatus Augustinus in libro confessionum merito sanctos apostolos censemus venerandos quos simul cum xpisto nostri iudicaturos in ipsis constituta est nostra salus. Sicut Ambrosius in libro suo pastorali convenire tempore tribulacionum et angustie tutum est ad suffragia sanctorum apostolorum confugere, quia ipsorum intercessione omnis timor et dolor fugit impugnacio mundane oblandem. Ergo ipsorum preciosissimi hoc verbum prophetatum in quo ipsorum excellens et eminens dignitas et virtutis et potestatis divine sibi concesse sublimitas. Sic quod per prophetam celi appellati sunt enarrantes et ostendentes gloriam dei, sicut celi suo decore illam demonstrant. Primo autem celi enarrant gloriam dei probatur, omne opus ostendit quis sit artifex qui fecit illud, tamen aut perspicimus quanto decoris qualitate gloriosi sunt celi, luce solis et lune et stellarum decorati videbimus quanta sit virtus quanta sit potestas eius qui fecit illos. Item omnis domus qualis sit hospes, cum perspexerimus huius domus decorem noscemus quod dives sit qui habitat in illa. Noverimus quanta fiant in illa domo non apparet armatorum, non voces cantorum aut tubarum. Hic splendor nitet fulminum, hic vox auditur tonitruorum, hic vim fluunt pluviarum. Quam potens est incola domus illius. Item omne tectum virtus discipuli qualis sit quem ipse primo ingreditur, cum illa faciat que a domino suo ingressus accepit. Videmus similiter in celestibus obedientiam, qui motum et effectum quem a domino habent constitutum sequuntur perpetuo continuum unde ps. Terminum posuisti quem non transgredientur. Sunt quidem in hiis probatur gloria dei. Quod autem de hiis celis dicatur in quibus non tam gloriosus noscitur deus sed et mirabilis, unde ps. lxvij. De mundo non sunt sed ego elegi eos de mundo. Creavit illuminando, math. v. vos estis lux mundi ut videant opera vestra et glorificent patrem vestrum. Item in motu conformando unde math. et mar. ult. Euntes in mundum universum. Si comparemus eos ut domum dei secunda in officio imperiali hii sunt celi in quibus xpistus habitans, in quorum verbis tonans fulgurans. Item hiis dixisti rorate celi desuper hii sunt de quibus dicitur vox sua tonitrui in rota. ps. lxxvij. et audita est hec vox super universam terram. ps. xviij. In omnem terram exivit sonus eorum. Si comparemus eos ut servos vel discipulos domini filii altissimi ipsum tenuerunt per omnia sicut acceperunt ab illo, missi sunt in omnem terram

Tercio deus in se, ipso dante etc.
Si hos comparemus ut opera
creatoris non tam gloriosi sed et
mirabiles creati sunt, elegit
eos deus ex mundo, siquidem
ps. lxvij

predicando regentem et docere homines sicut ce-
lestia inferiora regunt et durant in vege-
tando fovendo et movendo, sicut de quolibet dicitur
illud eccl. xxxi: qui potuit transgredi et non
est transgressus, et est glorificatus. Dicitur in
eis vnde Johannis xiii: In hoc cognoscent omnes
homines quod mei discipuli estis. Unde ergo de eis
illud dictum est: celi enarrant gloriam dei. Ubi
Aug.: ipsos non tantum celos, sed et stellas celi
nominat aut planetas celestes, quia sicut illi
totum circuiunt firmamentum regendo et
illuminando, sic sancti apostoli totum mundum circuierunt
regendo in viam salutis, via dirigendo
ab errore in viam veritatis, a miseria in vitam
eternam, scientia illuminando quia tenebras ignorantie
expulerunt, et nomen altissimi hominibus nomi-
naverunt, quia lux iustis orta est, et dicitur et
rectis corde. ps. xcvi. De qua etiam luce dicitur
Eccl. xxiiii: Ego feci in celis lumine indeficiens.
Celi ergo enarrant divinam gloriam dei. in libro
Bernardus. anima que celum dei esse desiderat
non sit veritati dedita, non verum et hoc
publicata omnibus his operibus, namque esse vacua
ut sit ipsa habitatio dei. // Est anima sancta celum
habens solem intellectum, lunam fidem, astra virtutes
in aduersis plus splendere appetitus, et porro
eam crescere et se dilatando ut sit capax dei
quod magnus est, quo celum et terra capere
non poterant ipse in corpore dilegentem ecclesie
hec Bernardus.

Sicut in me ancilla sua adimplevit dominus
misericordiam suam. Judith xiii. Dominus deus
noster iustus et fortis iudex iudicio
iustitie sue perdere vult omnem faciem iniquita-
tis nostre. illud Ezech. xviii: Anima que peccaverit
ipsa morietur. Item ps. xxiii: vultus domini super
facientes mala ut perdat de terra etc. Sed tamen
iudicio misericordie sue vincere mavult iudicium iustitie
et potius misereri eligit quam irasci; non vult
perdere peccatorem, sed misericordia expectare penitentiam
et conversionem eius. Ezech. xxxiii: Nolo mortem
peccatoris sed ut magis convertatur et vivat. Item
Ezech. xviii: Si averterit se impius etc. vita
vivet et non morietur. Quanto ergo austerus est
secundum iustitiam divinam ad puniendum et perdendum
tanto et amplius benignus est secundum suam
misericordiam pie ad suscipiendum, et quod peccatoribus
levius est, non vult eos tantum suscipere, sed
pie et misericorditer querere, et suis brachiis ad se tra-
here. Hec pietas coegit ipsum de celo descendere
et carnem pro nobis assumere. Unde i ad Thimo. i:
Fidelis sermo et omni acceptione dignus quia Christus
Ihesus venit in hunc mundum peccatores salvos
facere. Item Luce xv: reliquit xcix et mundos
que sunt in via ovem et non attendit donec
inveniret ipsum peccatorem, quia multis quam malos
quam gravibus et diutinis malis inveniret
agravatum vult sua misericordia omnem macula-
tionem abluere totaliter consumendo. Unde Aug.
tamquam scintilla est in medio maris, sic est
omnis malitia comparata ad misericordiam dei. Ezech.
xviii: Omnium iniquitatum eius non recordabor.
Nec vult minus ipsum amare, aut magis odio
habere, quam eum qui nunquam commisit peccatum.
Unde Bernardus: O quam qualis et quanta est misericordia dei
que peccatorem non minus amat post conver-
sionem quam eum qui aliud peccatum nunquam commisit
maculam. Hec omnia bene deus noster Christus
in Maria Magdalena ostendit, quam post
peccatorum gravem contagionem assumere non
despexit, sed se tangere permisit. Unde Cris.
Non dedignatus est tangi de manu peccatricis
Sua gratia eam ad se traxit. Unde Lex Remigius
ipse eam per gratiam et misericordiam traxit intus
qui per mansuetudinem suscepit foras. Non

gravamus eam propter multitudinem magnitudinem peccatorum assumpsit, quia dimissa sunt ei peccata multa etc. non unquam eam post conversionem amavit, neque odio eam habuit, sed ipsi diligebat illius ... et ... eius etc. Unde ego ipsa gloriose maria se a deo vocat Ecce me ancilla sua ubi supra. Sunt in hac deductione generali notanda tres sunt partes in quibus misericordiam suam deus peccatoribus ostendit: primo pacienter eos tollerando, secundo in penitentia pie suscipiendo, tercio post conversionem liberaliter dotando etc. Quantum ad primum dico quod suam misericordiam deus peccatoribus in hoc exhibet quod in statu peccaminoso misericorditer eos sustinet, sic quod non statim punit eos post perpetrata mala, sicut tamen exigit iudicium iusticie dei. Unde dicit Ieronimus: Cum enim tenderit homo in malas cogitaciones, producens illas in effectus, statim sentenciatus est corporis et anime mortem et in profundum inferni dimersionem. Sed ipse pia misericordia benigne dispensat sustinens illum, donec adhuc quamquam bonum per illum generetur. Unde Augustinus: expectat nos cotidie deus ut misereatur nostri. Item Gregorius: Preterea laudabilis est deus noster, qui non statim vindicat nec retribucionem in malo querit, sed prevenire pia misericordia subtrahit vindictam peccatorum etc., quia non vult mortem peccatorum etc. ubi supra. Deus enim cum cotidie videat nos peccare et sequi male facere, sepe dissimulat se videre, dissimulat se non nosse, ut eciam plus enim non vereretur homines, non crederent ulterius quod deus sit aut vindicator et punitor ultra iam homines firmiores in maliciis suis non crederent quod ullam faciet deus vindictam, sicut et fecerunt filii Israel, qui propheciam et ... in respectu non habuerunt, unde dicitur post legem dixerunt ad invicem: quiescere faciamus omnes dies festos, iam non est propheta et non cognoscet nos amplius deus noster. Non attenditur autem hoc illi quare faciat hoc deus, ipse enim dicit Deuteronomio xxxii: Abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum, generacio enim perversa est etc. Ipse enim vult misericordiam expectare ut si fructum adhuc in nobis inveniat suscipere valeat. Sin autem non, vindictam non pretermittet, unde quod sequitur: congregabo super eos mala et consumabuntur fame, devorabunt eos aves. Ignis succensus est a furore meo. Item in parabola arborem fici habebat quidam Luce xiii notatur idem. Ergo quantum ad primum dico quod misericordiam exhibet in hoc peccatoribus deus quod sustinet eos, expectans fructum penitentie eorum sicut agricola expectat fructum terre Jacobi v capitulo.

Secundo exhibet eis suam misericordiam benigne suscipiendo quod non excludat eos et spernat propter peccata sua cum velint converti ad eum. Unde Johel ii: Convertimini ad dominum deum, ipse misericors est et paciens etc. Item Ysaie lv: Derelinquat impius viam suam et revertatur ad dominum quia multus est ad ignoscendum. Augustinus in de penitentia: attende quod benignissimus est dominus, quem cum querentes statim invenerint, dum enim quis homo illum statim dicit ecce assum, et quod secundum ... ut ante dixi non expectat eos, sed prevenit eos sua gratia trahendo illos ad se, et vocando obviat illi. Unde Luce xv: Cum adhuc longe esset vidit eum pater et occurrit. Hoc est cum deus nos adhuc remotos a penitentia et conversione esse noverit, occurrit nobis sua gratia conducens et preparans nos ad illam. Ad Romanos ii: Ignoras quoniam benignitas dei ad penitenciam te adducit. Item Augustinus in libro de penitentia: antequam effundat homo pro peccatis suis lacrimas, prius effudit deus super ipsum suas miseraciones.

Tercio exhibet se misericordem peccatoribus ipsos post conversionem liberaliter dotando, hoc est postquam ipsos ad se suscepit gracie sue eos preciose levavit, quo reparentur et in beneplacitum suum reedificentur. De qua gracia dicitur Luce xix post conversionem Zachei dicit dominus: hodie salus domui huic facta est. Hec quidem gracia se dividit collata, enim qui conversus est ita confertur ut in peccatis preteritis habeat erubescentiam, in bonis faciendis placenciam, ad placendum deo in se habeat congruenciam. De primo dicit apostolus: honorem habuistis tunc in quibus nunc erubescitis. Gregorius: gracia dei que cor hominis visitat mox ad lacrimas ipsum excitat, et de quanto plus de ipsa quis percipit, de tanto magis culpabilem se cognoscit. Inde est quod Zacheus accepta ista salute sprevit divitias in

Quia ergo et de ipsis capillis boni aliquid fieri per significationem et illa [illegible] que [illegible] sic pedes domini capillis suis tersit [illegible] [illegible] significans [illegible] debes et subvenire si potes, ad omne [illegible] / [illegible] capillis tergis, et per hoc [illegible] pedes domini [illegible] de quibus [illegible] est quod [illegible] pedes ambulando [illegible] etc.

quibus se peccasse cognovit, divisit eas in manus pauperum distribuendo. Luce xix. De secundo habetur Math. xx: postquam dominus invenit pastores ociosos stantes in foro, eos ad laborem conduxit: Ite in vineam meam. Tertium autem in li. de natura et gratia: Gratia dei est lux anime qua percepta potest homo se ipsum cognoscere, et solum deum diligere, ipsique semper inherere. Rich. de s. vict.: Qui gustavit fontem celestis gratie iam nescit aliud quam deo servire, et sibi soli adherere. De iiii habetur Luce xv: quando invenit dominus ovem perditam imposuit super humeros suos, convocans amicos et vicinos dicens: Congratulamini michi etc. Non enim vult dominus amare aut magis odio habere eum qui conversus est. Bern. o qualis et etc. ut supra. Nec umquam vult sibi dare premium in celesti patria pro peccatis que precedentibus fuit, si saltem aliquid boni fecerit post conversionem. Unde dominus Luce xv: Cito proferte stolam primam induite illum; immo et maiorem in celis super eum preferre vult honorem, eo quod gaudium fecerit vicinis et amicis suis super inventione eius; et gaudium est super uno peccatore penitentiam agente maius quam super xcix iustis etiam Luce xv. In hiis tribus omnem gratiam suam dominus super peccatores has tres partes nunc apparuit in beata maria magdalena peccatrice ostendens sibi singulas has in ipsa nobis prebens exemplum sive bonitatis et nunc speculum ipsam statuens sue clementie. Quoniam ad primum ipsam iram et pacientiam in statu sui erroris tolleravit sustinendo pro fructu digno penitentie. Dicitur de ea Luce vii: Erat in civitate peccatrix. Glo.: quod erat ex sola dei misericordia erat, peccatum nichil in conspectu dei exiens cum comprehendit hominem omnino ad nichilum redigit. Rem. ps.: Ad nichilum redactus sum et nescivi. Quare autem maliter et carnalis adhuc in eo quod manet ex dei pietate est, ergo quantum magna quod fuit ex patientia divina tollerata erat, et ultra communem peccatrix. O beata peccatrix dicitur de qua habetur marci ultimo, de ipsa dominus vii eiecerat demonia i. peccatorum genera universa. Sunt ea peccatorum extrema magnitudo multitudo certitudo. Magnitudo quidem quia se invenit singulorum genera peccatorum. Superbia Luxuria gula avaricia sunt. Hec in hac maria excellenter inventa sunt. Multitudo quia peccatorum universa genera. Certitudo hoc est publicatio, unde erat in civitate sua nota et cognita quod esset peccatrix. Et propter hec singula non recusavit eam dominus sustinere, ut quid boni per ea edificaret, ut ipsa fieret speculum omnium peccatorum, remediumque desperantium. Unde cantatur de ea: Eam locasti in arce uranie curie, ut esset evidens exemplum clementie tue etc. Secundo postquam eam in statu erroris aliquo tempore tolleravit ipsam ad penitentiam venientem benigne suscepit, qui sibi dixit: Remittuntur tibi peccata tua. Item fides tua te salvam fecit vade in pace. Unde numquam invenitur dominus nec ubi [illegible] magis tantum quam semper contempsit iuxta illud: Qui hominibus placent confusi sunt quoniam deus sprevit eos. In maria magdalena non despexit sed dilexit, superbiam quam semper odio habuit iuxta illud apostoli: Omnis fornicator aut immundus non habet partem in regno dei. In quantum magdalena non odivit, sed amavit peccatorum generalem plenitudinem, quam a se semper repulit iuxta illud: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. In quantum magdalena non exclusit sed attraxit, non quidem peccatum diligendo, sed eam que erat penitens a perdicione custodiendo, et ad dignam conversionem pie suscipiendo. Fecit enim deus eius penitentiam tanto salubriorem, quanto meliorem eius vitam sanctiorem, de qua penitentia eius dicit beatus Gre. in omelia hodierna: Cogitanti michi de marie magdalene penitentia magis flere libet quam aliquid dicere etc. Quot enim quaslibet se ad immundi pravis applicavit complacentia, amplius singulas omnes partes sui corporis disposuit ut deo ad serviendum applicaret. Unde Gre.: Quod sibi ante turpiter exhibuerat hoc iam laudabiliter deo offerebat, attendens illud apostoli: Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditie etc. Oculos suos ante terrena concupierat, sed iam hos per penitentiam conterens flebat. Capillos etc. Superba dixit etc. Quot ergo in se habuit oblectamenta

tot de se invenit holocausta sic hanc ergo
in ea dominus humilitatem respexit et penitentem
pie suscepit / et non tantum suscepit ymmo per
gratiam ut ostensum probatum est eam prevenit et ad se
traxit / unde super in o / quid dicam dominum susci
pientem aut trahentem / vere suscipientem
et trahentem quia invitavit ipse eam per gratiam
traxit intus / qui per mansuetudinem sus
cepit foras etc 3° xs eam post conversionem
suam dotavit et gratia sua consummavit unde in
distinctionem priorem facta est immunis peccati
pater in eius non penitendi Secundum quia prudentia
hominum societate peccavit facta est per xxx an
nos ab omni hominum consortio se abstinens
penitentiam mortificata facta est Tertium tunc etiam facta
fuit operatrix boni / quantum primum numquam tanto
postea manibus in dei laude laborabat hec
xpm ungere / lacrimis pedes eius lavare / ca
pillis tergere non erubescebat / ad tunc ipsi
assisto Secundum sepulcrum eius audacter visitare
non metuebat / ex quibus etiam deo grata et
accepta facta est / non minus quam ante / predicit Sed
ut diligebat ihs mariam / etiam singulariter / quod ergo
in multis ostendit / primo eam a pharisaeo defendit
luce vij videns hanc mulierem / a iuda tra
ditore eam tuetur math xxvj quid molesti
estis huic mulieri etc Secundo eam commendavit
luce x. maria optimam partem elegit per el.
Tertium in resurrectione prima visitare ipsam ho
noravit / et apostolam eam ad nuntiandum illam resurrectionem
unde math ult surgens ihs sic apparuit primo
marie magdalene etc Tertium vade dic ad fratres meos as
cendo ad patrem meum / unde quod numquam honorem comparavit
quod ei que numquam peccaverat / unde nunc nunquam primum et
gaudium in celesti patria sibi contulit quod sic in vita
pre omnibus honoravit / sed ergo videtur de ea Item
peccate solam primam gloriam et coronam quam humi
litatem peccatrix facta est / videtur ergo gladius verbi
pertransiit in me ancilla sua / hic oritur questio utrum
maria magdalena per primam potuit recuperare vir
ginitatem amissam huius determinacionem require
in quarto dist. q. 1 ar. 3 in pol iij ar
etc Et utrum sibi debeatur aureola virginum in
regno celesti an non / hoc habetur in hol cta

sit liber psalmorum lectio xxxix et tractat de predictis

Sedere ad dexteram meam et ad sinistram
meam in regno meo non est meum
dare vobis math xx / dominus deus noster
qui nullum maior est et prius in misericordia sua
valde largus et liberalis / verumtamen ita est dispen
sator iuste ut non obliviscatur per omnia sue
iustitie / Ipse suam misericordiam ita vult moderare
ut non nisi querentibus toto conamine dare
vult illam unde psalmista cito anticipent nos mi
sericordie tue quia pauperes facti sumus f laborando et te
querendo / adiuva igitur nos etc et paulo ante
effunde iram tuam in gentes que te non noverunt
etc non est hoc contra morem sue misericordie quia
ius misericordie proprium sibi sit / proprius est semper
misericordiam exhibere his qui querunt illam apud
eum / non tamen negare eam his qui sibi non
requirunt ipsam quod ut dicit seneca in quodam qui dat
misericordiam poscenti prius est / ergo qui negat cru
delis est / qui autem negat non poscenti crudelis
non est / sed pro sibi eam dedit iniustus est Si
volumus igitur eam accipere / debemus toto
nostre mentis conatu diligentissime querere eam
et effectum eius / non eam simpliciter expectantes
sine omni nostro labore dicentes nichil nos
posse mereri / sed deus salvabit nos pro misericordia
Si sic cogitaverimus fallemus nosmetipsos debemus
igitur labore maiori quo possumus laborare ut
salvi fiamus / cogitantes hoc labore nostro vitam eternam
non mereamur / vitam tamen ipsam eternam tamquam
ut cui promissum est gratuita unde math xx
voca operarios et da illis mercedem secundum sapientie
x. reddet deus labores sanctorum suorum et de illis via
mirabili Et non sed quis ullo modo / nisi per hos
venire in vitam eternam / unde in hodierno
evangelio iohanni et iacobo negabat dominus sessionem
ad dexteram et ad sinistram in regno suo / quia
videbat eos dare voluit etiam antequam promisit mater ipsorum
sedebitis et vos super sedes nunc per tribus etc / non dare
vult eis eam absque labore / quia prius calicem
eius bibere possunt ipse requirat / etiam si magnum

eterna

in regno dei esse voluerint primo instrui
et humilitatem se conparare addiscunt absque
hoc non vult cuiquam vitam prestare solitam
dicit ergo Sedere ad dexteram meam vel sinistram
Circa verbum istud presumptuose possit dicere
dubitando tamen salvator non dicit non esse suum
dare vitam eternam, in qua tamen nos omnes
speramus salvi fieri teste apostolo, quod sibi vel
deficeret potestas aut voluntas, si potestas contra
de se dicit Math. ult. data est michi omnis
potestas in celo et in terra, si voluntas contra
de se iterum dicit Nunquid voluntatis mee est
mors impii Ezech. xviij, ad hanc quod du
bitacionem ratione bene respondetur ex verbis beati
Augustini dicentis, deus qui creavit te sine
te, ipse non salvabit te sine te. In hiis verbis
beatus Aug. dicit, non quod sibi voluntas aut potestas
deficiat, sed quod nostram ad hoc voluntatem et co
operacionem requirat, quamvis ipse posset et velit
non tamen sine nobis quemquam in salvacionem nostram
perficit, sibi quo ad primum non deest potestas quia
etiam in scriptura de eo magis dictum est quod salvare
potest multis exigentibus modis, et secundum verba
Rabani super psalmum, ipse etiam potest dimittere
omnia peccata absque satisfactione, quamvis non sine
contricione vt etiam ibi patuit. Illud quod vidi
mus in latrone in cruce pendente apparuit cui
dimisit omnia peccata sine eius satisfactione eumque
salvum fecit absque omni merito ergo sibi non deest
potestas, nec deest sibi voluntas quia qui ex eo est
vult omnes homines salvos fieri unde etc. Omnipotens
sempiterne deus qui salvas omnes et neminem vis perire
Sed adhuc vltra hanc inestimabilem potestatem et suam
benignissimam voluntatem etiam requirit vel
le et cooperari, sine quibus nichil agere vult
boni in nobis, non sine velle meo, et ideo quod
... vult saluari infernum ~~dignus~~, quid vis vt
faciam tibi ~~...~~ Mark. xx Luce xviij
Etiam non sine operibus nostris cooperatorio vult salvare
nos, dicit ergo apostolus vnusquisque accipiet mer
cedem secundum suum laborem ~~...~~ qui reddet vni
cuique secundum opera sua. Athanasius in simbolo
qui bona egerunt ibunt in vitam eternam qui vero
mala in ignem eternum. Iohannis v qui bona fecerunt procedent
in resurreccionem vite, qui vero mala in resurrec
cionem iudicii. Sed diceret hic iterum aliquis, et quo

Apresint ab eo vis sanno ſ
cai Jo. v. dicit ...

hec concordant pueris vbi dictum est ex sola
misericordia salvabit nos deus et non ex meritis
nostris probatur per verbum apostoli 1 ad Thimo.
Non ex operibus iustitie que fecimus nos sed
secundum suam misericordiam salvos fecit nos, ad istud
dubium eciam nobis beatus Holkot super libros sapientie
leccione xxxv, quod deus salvos nos facit ex
sola sua misericordia est, et multis nostris exigentibus
meritis, sed quod nos tenemur ad bene operandum
pro acquisicione illius salutis, hoc est pro co
misso quod nobis statuit in nos obedire
tenemur sub privacione et sub pena privacionis
eius quod a sua misericordia accipere debemus. Ergo
quod de misericordia ante dictum est absque omni impe
dimento verum est, et quod modo de obligacione
nostra subiungitur similiter verum est, vt aliquid
alteri contrarium est utrumque recte intellectum.
Deus quod nobis salutem tribuit ex sola sua ca
ritate hoc facit non propter merita nostra, quod
et nos sibi facimus non vt aliquid mereamur
Sed vt nos excitaret etiam ad eum diligendum aliquid
propter ipsum facere volens ostendit. Exemplum si rex
militi daret quedam, et preterea regnum suum sibi
ex sua dileccione daret ~~et parvum regnum suum~~ promit
teret, statuto tamen vt sibi aliquantulum temporis
serviat et in aliquibus sibi placeat, si re
cusaverit nullos statutum, tenebit rex promissum.
Si autem noluerit rex in modico sibi velle militem
placere, cessabit et sibi promissum tenere. Sic
etiam de nobis est, et hic est labor secundum quem
secundum apostolum vnusquisque accipiet mercedem. Sed
quod huius laboris minimus habemus pro nostro
condigno ex nostra impotencia et incongruitate
hoc supplere vult deus sua misericordia sicut ante
de ipsa dictum est, quod autem possit hoc deus
simpliciter exigat a nobis ex statuto. Statuit
vt in presenti laboremus vt in futuro quiescere habeamus.
tempus presens figuratur vj dies de quibus dicitur Luce
xiij in quibus operari oportet, futurum tempus
figuratur Sabbatum scilicet septimum diem de quo dicitur
Exodi xxxij dies septimus sabbatum est et re
quies sancta, qui autem volunt requiescere hic in
futuro laborabunt hic in mundo, alias labo
rare in inferno de quo hoc ... laborabit in
eternum et vivet adhuc in finem ista Anagogica
expo hec in Holkot super libros sapientie lectione ...

quedam

Notandum ergo tandem quod in hac vita semper
laborandum est, ut ad vite future requiem
venire possimus, et licet non tamen eius me-
ritoria est tamen quasi via per quam venitur illuc.
Vel Iulius lxix libro i c xiij: Pirrus rex per-
sam quam voluit capere prius civitate duxit
ad planam ubi iussit pedites per integram diem
laborare succidendo arbores, altera die tota in-
sit eos requiescere, proponens eis laudabile gau-
dium, et tunc requisivit qui dies magis
placuisset, videlicet quod 2a, sic ipse etiam si placuit
2a non displiceat prima quia per primam pervenitur
ad 2am. Sic ergo per nostrum laborem presentis diei pervenitur
ad requiem temporis futuri. Hic est statim Bedam
in omel' hodierna: hec angusta porta per
quam tendere debemus ut vitam eternam intrare
possimus, sic ipse pulchre per plura declarat
et concludit quod non vult deus aliam dare vitam
eternam absque hoc quod ipsam mereri debemus operibus.
Et illo ergo dicit dominus non est meum etc.

## Sermo in festo sancti petri ad vincula in kl. Augusti

Cum esses iunior cingebas te et am-
bulabas ubi volebas, cum autem
senueris extendes manus tuas et alius
te cinget et ducet quo tu non vis. Joh. ult. In his
verbis dominus salvator predixit petro diem sue
passionis, ammonens per hoc ut patienter susti-
neat quia tamen ipsa [illegible] ostendit quod magna
[illegible] sibi diem futurum esse quia quod non vellet pas-
surus esset. Et dico quod non vellet quia secundum vo-
luntatem carnis debilis est omnis homo sed
secundum gravitatem suam quibus secundum spiritualem
voluntatem passus est sicut [illegible] in christo, qui de se
ipso etiam dicit Math. xxvj: Spiritus quidem
promptus est caro autem infirma, et si ea
carnem compiciatur [illegible] impedire, quid
de aliis qui spiritu [illegible] minus [illegible] credendum
est. Bene de eis dixit: mundus gaudebit vos
autem contristabimini. Et in tribulatione pressuram
et oratione vera, quod [illegible] attendamus
quod petrus qui capi debebat a nerone et occidi
in roma ipse excepit quia caro infirma, deinde
ipso [illegible] dominum obviam spiritu fortificatus sponte
[illegible] mentem et voluntatem carnis

in se superavit passus est in cruce et in morte
propter christum rex, sic vult et non vult homo
secundum diversitatem gratia collectam [illegible], non vult
carne, superat tamen quod vult spiritus. Secundo sibi dicitur est:
Cum esses iunior cingebas te et ambu-
labas ubi volebas, cum autem senueris etc.
non vis ubi etc. In homine enim due sunt vo-
luntates: una est propria, alia est dei, prima est carnis,
alia spiritus, prima mala 2a bona, et in se vincat
2a primam et subiugavit sibi illam, ipsa sua
prima capta non ut homo pervenire ad 2am
vitam eternam et pervenit in pace de ipse deo venit
qui fecerit voluntatem eius ibi. Item quomodo
propria voluntas hominis dividitur contraria
deo inimica est homini nociva bestialis fugienda
corrigenda, voluntas dei subeunda. Primo
[illegible] duo [illegible] primo
quod ipsa detestabilis est, 2o quod plurimorum malorum
effectiva est. Quantum ad primum quatuor sunt que
ostendunt propriam voluntatem esse detestandam
et obedientiam esse in omnibus et ordinationem [illegible]
Natura quidem, ars [illegible], figura et scriptura.
Natura detestatur propriam voluntatem et omnem obedientiam
et ordinationem disponit primo videlicet quia in tota
[illegible] subsint superioribus obediendo. Unde in
cunctis singularibus in celestibus [illegible] est ordo
ut semper [illegible] stelle vel planete [illegible] celi
obediendi, sole [illegible] tamen semper regnante
inter inferiora. Conspice corpus organicum quod
cumque membrum membro obedit, unum pro
altero laborare non tedebit. Item inter animalia cun-
cta leonem timent, aves aquilam [illegible]
[illegible], et sunt hec singula quod naturali obedien-
tia [illegible], et si hec in brutis et irrationalibus, notum
multo magis in homine [illegible] hinc esse decet.
Heu heu [illegible] ex parte homo bestiis peior
factus est [illegible] Ysa. i: Cognovit bos possessorem
suum et asinus presepe domini sui, israel autem non
cognovit me et populus meus non intellexit
me dicit dominus. Secundo propriam voluntatem despicit
et obedientiam suadet ars seu natura, omnia que
ars agit sequens naturam obedientiam et ordinem
disponit [illegible] ad [illegible] in medicina
[illegible] preceptum medici, obediens in
edendis et fugiendis ad sanitatem [illegible] pervenit

due volu[ntates] in homine

nisi in navi fuerit gubernandi remorum
et velorum ordinata obediencia nunquam perveniret pro-
spere ad littora, sic notet homo ut se regat
in vera obediencia, velle suum superioris alias nunquam
perveniet ad litus eterne patrie iuxta verbum domini
num xiiij, iam per decem vices temptaverunt me
et non obedierunt voci mee, nunquam videbunt terram
pro qua iuravi patribus eorum  3º de tertia figura
hec patebit cum aliis eo quod et alie partes ex veteri
lege sumpte sunt  Quarto scriptura ad tit.
iij amone illos subiectos esse deo 1 pe.
obedite prepositis vestris, subiecti estote omni humane
creature propter deum, plus enim deo placet o-
bediencia quam alia sibi exhibita misteria Reg. xv in saul
qui boves et oves iuxta mandatum dei non occidit
sed melius facere credidit illos sacrificaturus domino
ad suum sacrificium non respexit sed sprevit. sic
dicit propheta samuel i Re xv. obediencia plus est
quam victima, hic notent qui diffamant celebrare
festa, custodire ieiunia secundum mandatum domini et ecclesie
et volunt illa aliquid dimpare per alia oblacionem
dare pro uno grosso ut celebret missam vel alia
Celebrare quidem missam bonum est, obediencia autem plus
est intellige racione acceptionis apud deum quam
victima, quod tractans beatus Greg. xxxi mor.
xx c° dicit obediencia iure victimis preponitur
quia in victimis aliena caro, in obediencia voluntas
propria mactatur, et pulchre tanto enim deum quisque
citius placat, quanto se ipse ante oculos eius
abiecta arbitrii sui superbia precepti gladio se
immolat, est igitur detestanda propria voluntas
iuxta dictum quintum ad 2m, quatuor sunt mala que
sequuntur propriam voluntatem hominis tenentem et
non voluntati divine subiectam, primo deo facit inimicum
proximo causat discordiam, cumulat ad se omnem
maliciam, aufert eternam gloriam, quo ad primum
homo qui non secundum obedienciam sed voluntatem propriam
vivit, deo similem iniuriam infert, et sibi eum
inimicum acquirat, homo enim tenetur deo pro
suis beneficiis, non ut satisfaciat quia non potest
sed tamen ut secundum posse suum se illum diligere
sibi servire obedire exhibeat ut in ser. ad de s.
Jacobo, hoc enim homo sciat deo reddidit debitum
suum. Si autem hoc facere contempserit, ipse debitor eius
semper manet, et nunquam solvens mittetur ad carcerem
gehenne perpetue ut habetur math. xxv. non dedistis
michi manducare non bibere etc. Ite in ignem eternum
tunc solvent pelle ardendo meritum suum
qui fecerit acquirit sibi deum amicum Joh.
xv vos amici mei estis si feceritis. Item math
xij qui fecerit voluntatem patris mei, hic meus
frater et mater et soror est, Qui autem non
faciet ipsum inimicum habebit, unde Bernh. quid
deus magis odit, quid magis punit quam propriam
voluntatem etc. Item qui fecerit ipse accipiet
vitam eternam non qui dicit sed qui facit unde
math vij qui facit vol. p. m. hic intrabit
in regnum celorum, qui autem istud facere contempserit
tandem mittetur in ignem et ardeat Joh. xv.
et math vij  Item de iniuria quam facit
deo dicit beatus Bernh. homo proprie voluntatis
et superbus ultra deum se erigit et exaltat
deus enim precepit fieri voluntatem suam, hic
autem vult suam  Item homo proprie volun-
tatis quantum potest deum perimere nititur, quia vult
deum sua mala iudicantem non posse ipsaque
nescire, vult igitur deum non esse qui
cupit ipsum impotentem et ignarum esse etc.
hec ille, deo igitur inimica est  2º facit
proximo discordiam videmus enim ubicumque
in regimine est obediencia, ubi est pax, ubi est
unitas et concordia, ubi aliquis obediencia ca-
ret et omnis discordia, unde prover. xiij ubi est
superbia, ibi est et contumelia, ubi humilitas
ibi regnat sapiencia. Hugo in li. de claustro anime
c. xix Superbia nulli cedere nulli obedire
intendit, et ideo ingentem perturbacionem ingerit
nec cum similibus nec dissimilibus pacem habere potest
sic omnis similes natura est ~~obediencia~~ amicicia
ut habetur viii° ethicorum. Silicet dictum est eum
amicicie etiam inter malos, vinosus hoc indipso
amat alium, comus vagabundus bibulus piger
semper diligit alium dempto hoc, qui propria
voluntate elati sunt, nunquam hic concordabi-
vintis semper cupit preesse alteri unde dicitur superbus
superbo et inter superbos semper sunt iurgia

3º dicit cumulare omnem maliciam ad pro-
priam et inobedientem hominis voluntatem
sequuntur omnis malicia ad quam per illam sic
promus Ans. in li. de silitudinibus c. et xx c. sicut
dei voluntas origo est totius boni sic voluntas
hominis propria, totius est exordium mali

Quanto q victor iiij [illegible] cupiens principio cadit et sem

Quarto et ultimo dixi propria voluntas aufert promerendam eternam gloriam. Sicut enim obedientia ut ait [illegible] patrum confert hominibus vitam eternam sic hec que opposita est aufert ut Lucas habet in sermone dominice pronunciate ubi habetur quod causa contraria sit per quam oportet nos salvos fieri. Ibi etiam habetur verbo beati Bernhardi. Cesset propria voluntas [illegible] edificatum est ubi dicit cesset propria voluntas et infernus non erit. Si ergo ad hanc eternam pervenire et eam perdere non volumus ad tam mala evitata in mundo volumus, attendamus quod propria voluntate nostram mortificemus et eam penitus divine voluntati submittendam attendentes quod beato Petro in verbo proposito dictum sit quod et nos spiritualiter credidit, quo semper sumus in bona cogitatione et actione pueri, ambulamus ubi volebamus faciendo nostre propie voluntatis [illegible] planta. Sed modo senescimus et ad maiorem virilitatem tendimus quatinus dicamus cum apostolo ea que pueri sunt, iam non prevaluit agendum in percuta nostra proprie voluntatis, alius nos tenget scilicet deus suis preceptis nos colliget, et ducet quo ad agendum bonum et obedientiam magnum quo nos ire non volumus sed semper in nostram cavemus propriam voluntatem, sic promerendum est ad claritatem celestem.

Certamen forte dedit illi ut vinceret

Sapientie x. Hic mos est magnis regibus ut eos quos inter suos milites precipue voluerint honorare in arduo bello primo probare solent, ut quos in pugna victores forte noverint, velint principales pre aliis militari honore honorarent. Sic et rex noster quoscumque vult in suo regno velut proprios milites honorandos ipsos facit hic in pugna certamine magis arduo comprobari, ut maior detur palma cum fortior fuit bellandi victoria. Unde illud beati Ambrosii super Lucam: Ipsius corona est maior quo fortior fuit in pugna labor. Ipse ideo deus nos omnes hic quasi in pugna constituit ut superatos et coronet, et de quanto fortius tanto gloriosius aggrediamur certamen audacter, ut coronemur feliciter, secundum Gregorium. Sine laboris certamine non est palma victorie. Sed quia pius et benignus est deus noster neminem vult onerari ultra id quod ferre potest unicuique providet quod faciat quod tolleret quod patiatur ut debeat fortiori maiore debiliori vero pugna levior. Unde apostolus: fidelis deus qui non permittit vos temptari ultra id quod potestis. Nulli adimitur [illegible] maiore quam vires sua prestant unicuique tribuit secundum virtutem suam. Math. Math. xxv dedit unicuique secundum virtutem suam qui unum valuit huic unum commisit, qui magis valuit plus illi donavit. Sed quia ipse beatum Laurentium fortem esse cognovit in sua pugna militem magis vincere potentem magnum sibi plenum commisit agendum, pro Sixto qui unum potuit minus committendo. Sicut et in eorum legenda habetur. Cum ad decollandum Sixtus duceretur clamat beatus Laurentius: Quo progrederis sine filio pater, quo sacerdos sancte sine ministro properas. Noli me relinquere pater sancte. Respondit beatus Sixtus: Non te desero fili neque derelinquo sed maiora tibi debentur pro fide Christi certamina. Nos quasi senes levioris pugne cursum recipimus, te quasi iuvenem magis gloriosior de tyranno triumphus expectat. Bene ergo de eo verbum sapientissimum est verbum Sapientis: Certamen forte dedit illi ut vinceret etc. Ubi primo dicit deus noster ut in his preliis patitur beatum Laurentium velut sibi proprium et magis dilectum militem eligeret, ideo eum [illegible] in prelio, fortius arduum certamen ad pugnam eum misit, sicut fortem, pugna sed victoris eterni magni meriti. Unde hic in modo pro cer-

pro certaminibus diversa sunt genera certaminum
inter omnia tamen magis arduum est bellum
martirii. In illo namque dominus sanctos suos velut
aurum artifex purgat depurat et probat
sap. iii: tamquam aurum in fornace probavit electos et de
quanto est hec pugna gravior, de tanto in
sanctis suis est deo acceptior. Subditur ergo ibidem
et tamquam holocausta hostie accepit illos. Unde in
hac gloriatur beatus laurentius se esse a domino probatum
et purgatum, deoque suum gratiarum [illegible] ps.
probasti domine cor meum visitasti nocte igne me examinasti et non est inventa in
me iniquitas. In hiis verbis gloriatur se probatum
a domino visitatum in igne velut aurum purgatum
et non in eo inventum malum, quia tole eidem neque
hoc igne depuratum, et per quas deo gratus factus
est, quia eos in quibus malum non est diligit dominus.
Unde holkot super lib. sapientie lectione xxxii tractans illud
sapientie tamquam aurum in fornace etc. Inter omnia
opera meritoria optimum est carnis martirium pro nomine
ut quanto sancti dei (subditur) pro christo magis
tribulantur et angustantur, magis fiunt ipsi domino
dilecti et cari. Postea ergo dicit tamquam holocausta hostie
accepit illos. Quid autem unde sit martirium maximum
esse apud deum indicandum noscitur indicendo et
exprimendo de singulis quid agit qui orat, qui ieiunat
in modico corporis suum occupat, quid agit qui ele-
mosinas deo facit, ipse deo que sua sunt reddit,
quid qui victimas et holocausta offert aliena
carne ipse deo immolat. Sed in martirio non sua pos-
sessio, non aliena caro sed propria sola corpus et
vita immolatur. Et quid est quod maius posset immo-
lare quam se ipsum, quid magis dabit qui se ipsum
et vitam et carnem dat. Io. xv maiorem caritatem
nemo habet quam ut animam suam ponat quis. Hoc non
potest esse maior aut secunda amor aut dilectio quam
quod quis se ipsum offert pro amato ut beatus laurentius.
Ipse nichilominus etiam ieiuniis et orationibus placere
nitebatur domino, qui per orationem suam cecitatem
et signo crucis infirmos curavit et cecos illuminavit.
Ipse etiam de multis thesauris elemosinas fecit quos thesauros
ecclesie a Sixto accepit distribuendos et non
expectavit pauperum adventum ad se ut daret eis
sed querens quesivit per vicos plateas et domos
quibus latuerant longissime deinde lotis eorum
pedibus et osculatis pro victu et sustentatione
habundanter distribuit, ita quod quasi ex quadam principa-
litate et proprietate attribuatur sibi illud ps. 111
dispersit dedit pauperibus, ut nichilominus in
super omnia sciebat martirium, quo maxime se
placere deo novit. Unde ysidorus li. de summo bono iii c. lx:
tunc magis sunt cari deo sancti iusti quando
eos affligi ab iniquis perpendunt superna premia.
Nam tunc eis gaudia disponuntur eterna quando
presenti tribulatione probantur. Elegit ergo beatus
laurentius hanc pugnam contra iniquos pro christi
nomine ingredi ut fieret meritorie miles in
domo domini, in qua pugnandum non tantum contra tyrannos
pugnandum est, sed gravissima plurimum pugna
contra se ipsum est, ut se volente vincat
quod velit. Quis dubitat quod primarie retrahit
timentis infirmitas, quamvis nichil pellit divini
amoris fervor ut de filio dei math. xxvi
Spiritus quidem inquit promptus est caro autem in-
firma. Hanc carnem vincere et ad voluntatem suam com-
pellere bellum plurimum arduissimum est. Unde
Tullius: Non fortiores habent vires qui corpore
qui sepius vicerit, sed deo sublimiores habent iudico o
in quanto beatus laurentius et alii martires vicerunt semper
amantes quod oderunt, odium quod amant.
Unde Io. xii: qui odit animam suam in hoc mundo in vitam eternam cu-
stodit eam. Et quis est homo qui animam et vitam
suam non amet, neque laurentius neque ceteri vitam
suam non amasse, quia hec est pro qua ad finem
promerendam est. Unde Boetius li. ii pro iii: O propria
mortalium vite mea dulcedo, at qui vigor
inolitus fortissimum decus habeat quis est.
Hanc autem hic dicunt pro christo odio habuit.
Et quis est qui mortem non timeat? sap. O mors
quam amara est memoria tua. Unde filius dei testis
habemus math. xxvi: tristis est anima mea usque ad mortem.
Hanc odibilem amavit, adeo ardentissime
anhelavit. Cassiodorus in li. de historia tripartita: Omnem
penam sancti martires non tantum pro nichilo
immo pro summo gaudio solatioque tenebant,
quia divinitatis ardentissimum amorem habebant
pre cunctis servore, inmanitatem suppliciorum minime
sentiebant. Unde Cassianus in libro coll. s. patrum:
Quemadmodum cervus ad fontes sitit fluminum,
sic sancti martires sitiebant pro christo pati mortem.
Ubique in hoc amant quod oderunt, quia amant eo quod
homines sunt, oderunt eo quod martires sunt, et carnem
quod oderunt ex humana natura, hoc amant pro deside-
rata martiria. Hoc est bellum arduissimum. Hec
est pugna fortissima, in qua certando beatus Laurentius

victor glosus pmansit / vincens se / vinces mdm / vincens et tyrannu in fide dm perseuerauit constans usq in fine ut palmas ficeret / de eius pugna loquit bus Ambx in sex hymnis dicens / fortissima victoriam semper ppetuoru flama supare no potuit / qua longe ardentius vitas radys mens eius accensa feruebat Aug in sex de isto Semp ppequutor in xpo mitem / consensisti et aug isti palma dum augeres et pena / Item Ambr Sedit lange mansit in e usq ad tempore usq ad tyrannica interrogacom / usq ad acrima gratulacom / et usq ad acerbissima pemptoom ut in eo de eo scriptu e illud verbu sapient Certamen forte dedit illi

Ornata est regina in tribunali regis posuit dyadema regni sui sup caput eius et fecit eam regnare ita scribit hester ij / legit de regina hester quo ipa a rege assuero assumpta honorata et ad pratem et dignitatem regiam exaltata est et assimilanda sunt hodie hec verba in honorem b virginis / que sicut hodie a dno deo patre in regina celoru exaltata et collocata est / und pro aliquali gratia dedicacione huius thematis attendo illud quod h eccl xxvj Sicut sol oriens in altissimis dni celi sic mulieris bone species ornamentum do eius est In hys verb sapiens ostendit qd singulare ornamentum domus aut regni est mulier similias aut dna et subdit ibim / gra sup gram mlr pudica / ergo competenti mlrd ratores conspectio in speciosa et amicabili dnate Et dns rex omnis terre qui regnat a pricipio / et regni eius non erit finis / aut augmentaret etia pro regno eius aut militibus suis militia et filys gram pposuit sibi sponsa assumere et in regno pro regina gloriosa exaltare que sit augmentatio glie et leticie in regno no q dm pnp desciss vel gaudy vng in celo fuiss sed omia pfecta semp fuit lotia ex inanita dei omia In assumptione tn virginis ictus singularis gla ex eius pntia orta et delectatio generata est und Bnh virgo gloriosa sup celos assumpta supnorum ciuiu gaudia copiosa sine dubio augmentis cumulauit Et maior pro augmento illo salus huic mdo per ipam orta est / und quia ipa pro nobis misericordis advocata et interueniente constitu est / de quo tunc mds et celum gaudet Pro illius vl terroi intellectu notandu / recipit bo und h ex illo / q in regno sit regina / aut in quacumq domo dna / ipa est primo regis aut dni sui delectamentu / 2o totius regni aut domus ornamentu / 3o inferioru de familia aut pueris est sublevamentu / de primo dr Eccl xxvj / gra mulieris sedule delectat virum suu Item prouerb xviij / qui inuenit mlierez bona hauriet iocunditate / Sic et maria rege omium dnm sua lenificat sentia / et qnus mdgn doluit et minus no est aud gauisus / singlar ipe iu ex ea delectatom hausit / und cant vj vna est columba mea formosa mea / vna e elca mea q d in qua singlar delectatus sum cant ij Sonet vox tua in auribus meis vox tua dulcis et facies decora 2o dixi ipa est totius domus ornament und dictu est illud sicut sol ut s Sic mria celi et terre est gla et decus und judith xv / tu gla ihrlm tu leticia isrl / tu honorificentia totius populi sedo benedicta eris metuu 3o est ppla sustentamentu ut familie pueroru / ubi deest dna domus domus non bene regit familia no dirigit pueri no nutriunt / und iteru eccl xxvj / dolor cordis pena mortis ubi deest mlr bona / beatus autem vir qui inuenerit eam Item qui iratus rex pplo suo volens grauiter punire quis placaret eum nisi regina und ij Esdre iiij Rex quem omia timent sedet in solio / et sedet mlr cum illo quod illa risit risit et rex ut quem e h mlr nisi dna nra regina celi / que hodie assedit ad regem / placare eum miseris / cum ipa vindicat ei fit rex placabil et ridet / qui furore suit plus Beda se inuss est Que etia dei iusticia eterne dampnacom adiudicauit / hunc sepe maria sua gra et intercessione adhuc liberauit adhuc et conseruauit ipa ergo est inno inferioru illum puerorum directrix familie / et placatrix regis rex hanc sibi regina pro augere voluit rex sumens nobis nouam regina und Bnh O homo secure age gratias age deo / qui tibi hanc mediatricem ex sua misericordia puidit de qua ppositu est verbu illud ornata e regina ut sup In istis verb pro honore et glorificatione noue regine dne / tria tangunt

Primo quod a rege assumpta sit ibi ducta est
2° quod ab ipso honorata sit ibi ponit / 3° quod
ad potestatem regendi a rege constituta sit ibi
fecit eam regnare / Pro primo dico quod hodie
virgo nostra a xpo rege cum gloria ad regnum suum
assumpta est / mos hic est magis regibus cum
velint sponsas suas de regno suorum parentum
ducere in regnum suum / cum tanto honore et comitatu
militum hoc patet ob honorem sponse hoc fuerunt
Sic et hodie dominus noster rex omnis terre dilectam
suam sponsam suam / secundum ipse testatur sapientie
viij hanc amavi et exquisivi a iuventute mea
et proposui sponsam michi eam assumere
Cum gloria immensa et ineffabili decore et comitatu
de regno mundi ad regnum suum in iubilo sed
latum perduxit / non cum militibus aut x aut C
militibus ei obviantibus / Sed cum omni et tota celesti
curia sibi obviam venit / unde Jheronimus ad Paulam et Eu-
stochium dignatus est deus marie matri et vir-
gini gloriam exhibere ut credendum est totam
celi militiam ei obviam venisse / eamque ingenti lumine
circumfulsisse / et usque ad thronum glorie cum magno
decore perduxisse / unde pro illo ubi attendendum
Quadruplici decore ipsa hodie deducta est / Cum
honorabili societate / cum immensa iocunditate / cum
inestimabili claritate / cum mirabili pulchritudine / primo
ducta est cum honorabili societate / et quo non honorabilius
ducatur / cum ipse dominus et rex omnis terre / simul
cum curia omnium celestium / in conductu eius assistit
ut iam in verbis Jheronimi dictum est / et ostenditur per figuram
1 paralipomenon xv / david et omnis israel deducebant
archam domini cum iubilo / David qui manu fortis
interpretatur xpc est qui fortis est et potens in
prelio hoc Beda super lib. regum / omnis israel est
tota curia celestis / Israel videns deum interpretatur
et est omnis qui in celo habitant videns faciem
patris mei usque deducebant archam i. mariam / que est
archa federis / continentem panis celestis / panis
quidem vivus de quo dicit Joh vj hic est panis
qui de celo descendit Nihil quid igitur honorabilius fuit ibi socie-
tas Ibi affuit deus pater sponsus vocans sponsam
suam / unde Cant ij Ecce iste dilectus meus
venit saliens in montibus / et loquitur michi
Surge propera amica mea usque Ibi affuit filius
unde Bern. decebat enim xpm qui preceptum de honore
parentum ediderat ut matrem suam usque honoraret
eo quod de ipso scriptum sit / cepit facere et docere
act. 1. Ibi 3° affuit spiritus sanctus suscipiens
thabernaculum suum in quo habitavit luce 1
Spiritus sanctus superveniet in te / hic eam tamquam
suum eternaliter collocavit / unde canit ecclesia
verba sibi mito in hoc attribuendo Veni electa
mea ponam in te thronum meum / Sic totius
sancte trinitatis conductu gloriose est honorata
unde iterum Jheronimus. Creator et salvator omnium xpc
celorum hodie festivus occurrit / et cum gaudio eam
secum in throno collocavit / 2° dixi ducta
est cum immensa iocunditate unde ecclesia Assumpta
est maria in celum gaudent angeli laudantes benedicunt dominum. Et sicut
illa leticia iterum ubi super deductione arche
in iubilo cum canticis cum buccinis citharis
iubilantibus et laudantibus coram archa domini
Quid nobis buccina et cithara / nisi universum
genus leticiam et honorem marie exhibens
quod primo est in tabernaculum sui sponsi deducta
unde Jheronimus nulli dubium est / illam totam curiam
superne Jherusalem ineffabili leticia exultasse et cum
inestimabili claritate circumfulsisse sic io-
cunditatem in iubilo ductam fuisse In eius
transitu / ymo celum et terram letata fuisse
celum quod gaudet concursu angelorum / terra que
letata est egyptus in profectione eius Ps. per
Egyptus terra scilicet tenebrarum dicitur / et est hic
mundus hic gaudet in transitu eius ut per eam
habeat in labore refugium 3° quod ducta
cum inestimabili claritate unde canit ecclesia Que
est ista que progreditur quasi aurora consurgens
pulchra ut luna electa ut sol / In hiis verbis
triplex claritas in qua maria venit demonstratur
Prima est corporalis quam habuit secundum corpus
suum glorificatum / hec significatur cum dicitur
quasi aurora / Aurora est prima tenebrarum
noctis illuminatio / glorificatio corporis / sic etiam
est tenebrarum hoc est terre illuminatio Secunda
spiritualis quam habuit secundum naturam / et tangitur
ibi pulchra ut luna / Sicut enim luna omnes stellas
suo lumine precellit sic anima et spiritus marie omnibus
etiam animabus et spiritibus prefertur claritate
3a est celestis quam habuit ex conductu dei / et
tangitur / electa ut sol / ipsa enim sole vestita et
undique eius claritate decorata / apocalipsis xij
mulier amicta sole / Et subiungitur hic quarta
claritas intellectualis / cum scriptum in verbis ipsis
terribilis ut castrorum acies ordinata hac acie
intellectus comitatam angelorum / ducta est igitur
inestimabili claritate / de qua eius claritate et

splendore loquitur beatus Ambrosius in libro de virginitate: quid enim inquit nobilius dei matre, quid castius ea, quid splendidius ea, quam splendor elegit patris gloriae. Item Bernardus: Hoc mariae sanctitatis totus ille illustratur orbis, adeo ut celestis patria clarius rutilet irradiata lampade virginalis corporis, ut in singulis celestibus ordinibus super proprium splendorem luceat mirificum. Quarto deducta est cum terribili potestate, unde recte ibi subditur: terribilis ut castrorum acies ordinata. quod per aciem castrorum nisi ipsius circumdantem per comitatum angelorum intelligitur est. quidam enim cum ipsa pergentes ut milites alii precesserunt ut ~~prodecessores~~ precursores, alii sequuntur ut familiares, omnes laudantes benedicentes dominum. Quam autem terribiliter et potenter transivit. Noto quia transiit et celum miratur, terra stupet et infernus contremuit in transitu eius. Celum primo dico miratur, unde canitur: Admirantes angeli quibus latet hoc misterium interrogant: quae est ista quae ascendit de deserto affluens deliciis, id est de mundo. Terra stupet, unde Iudith v: cum vidissent eam transire, admirati sunt stupentes in pulchritudine eius, dimiserunt eam transire. Item infernus dico contremuit, Iudith xv: ululaverunt voce magna milites principis clamantes, dicebant: Heu una mulier confusionem fecit in domo regis nabuchodonosor. Sic et patet quod cum terribilitate et potestate abiit. Nulli igitur dubium quod cum summa gloria et magno decore nova regina in palatium regis deducta sit. Bernardus: Cuius cogitare poterit quam gloriosa hodie regina celi de mundo processerit et quanto devotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum prodierit multitudo.

Posuit dyadema regni sui super caput eius. Ubi nota: hec est secunda pars principalis in qua postquam in prima ostensum est quomodo regina sit ad regem introducta, subditur quomodo ipsa est primitus a rege honorata. Est enim iterum hic mos regum: cum in domum suam aut regnum venit quis gloriosus et hospes nobilis, in primo eius adventu ei singularis est et magnus quasi pro digna assumptione aut susceptione honor exhibetur. Sic et hodie mariae in primo eius in celum adventu a sponso pro ineffabili honore ordinatum cum corona regis super caput eius poni. Ille honor figuratur Hester ii, ubi habentur verba preposita et historia sola tractatur de digna assumptione regis Hester; sic de ea dicitur: Rex amavit eam, ipsa invenit gratiam apud regem super omnes mulieres, fecit rex magnum convivium pro nuptiis Hester et donavit dona magnifica principibus et militibus suis pro honore eius etc. Quae est haec Hester nisi maria gloriosissima virgo et mater quae hodie ducta est ad regem, ipsa nobilissime ab ipso honorata est. ipsam rex amavit eam super omnes mulieres, unde Sapientie viii: Dominus omnium dilexit eam, ipsa invenit gratiam coram rege etiam super omnes mulieres, Luce i: invenisti enim gratiam apud dominum etc. Convivium magnum hodie preparavit gaudium universe celesti curie, est gaudet exercitus angelorum, dedit dona militibus suis ob honorem eius, qui per eius intercessionem multis gratiam contulit in presenti et gloriam in futuro. Hanc figuram tractans beatus Bernardus de ea dicit: O maria, vere amavit te deus et ornavit super omnes, sola gloria te vidit et coronam regni sui posuit super caput tuum, unde pro illa honoratione, quia primo decorat reginam. Noto quadruplicem honorem in ea quem bene decens et merito dignitatem regalem decet: dignam hec comitivam virginum, vestitum gloriosissimum, thronum magnificum et dyadema dignum. Et hec singula in hac nova regina conspicio. Primo ipsa habet comitivam virginum, unde de ea dicitur ps. xliiii: adducentur regi virgines post eam. Et quae sunt autem hec virgines: omnes animae fideles ipsam in virtute et vita sequentes per ipsam tamquam per viam veniunt ad regis solium, ipsam in moribus imitantes, tamquam pedissequae dominam suam sequuntur. Ambrosius in libro de virginitate: Talis enim fuit maria ut eius unius vita omnium sit disciplina; virtutum enim omnium plenitudo nomine in illa. qui voluit discere ab ea potest conspicere quanta virtute fulsit. Et precipue discitur ab ea castitas et virginitas, cum ipsa fuit prima inchoatrix. Sed hac multe post eam secute vnde cantat ecclesia te plebis sexus sequitur vtriusque vitam diligens virginalem. Sic similiter in alijs virtutibus vnde Bernardus Si laudaueris in ea castitatem, multe offerentur post eam virgines regi. Si humilitatem multi ab ea didicerunt illam. Si misericordiam aut pietatem plerique in illa sequuntur illam. 2º noua regina habet vestitum regalem vnde dicitur ps. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate. Nicolaus de lira super ps. exponens dicit quod vestitus deauratus est amor sapientie speciose diue, qua nitet et fulget maria velut aurea. Et vestitus varietatis est decor virtutum multiplicium que fulserunt in ea. De primo scilicet de sapientia eius dicitur prouerb. viij Ego sapientia habito in consilio et eruditis intersum cogitationibus. In ea habitauit vera celestis sapientia scilicet qui est sapientia patris. Hanc edificauit sibi domum vt prouerb. ix. De 2º scilicet de virtutum varietate habetur in eodem capitulo eccl. xxiiij In plenitudine sanctorum detentio mea, hoc est in plenitudine omnium virtutum meritorum sanctorum. Concordat quod tractatus b. Bernardi dicit: Merito virgo maria de te plenitudinem sanctorum predicamus, cui non defuit fides patriarcharum, spes prophetarum, caritas apostolorum, constantia martyrum, sobrietas confessorum, castitas virginum, ... tas ... fecunditas coniugatorum, ... viduarum etc. Et iste est eius vestitus regalis. 3º habet etiam thronum regalem vnde eccl. xxiiij Ego in altissimis habito, et thronus meus in nubibus celi. Et figuratur de throno eius 3 Reg. ij Positus est thronus matris regis, et sedit ipsa ad dexteram regis, sic scriptum est de Bersabee matre salomonis. Sed hec regina nostra est mater virginis christi ipsa filij dei cuius thronum sedere ad dexteram filij collocatur. Vnde ps. Astitit regina a dextris tuis etc. Sicut thronus dei thalamus christi tabernaculum altissimi dignum est esse vbi ipsa est, hoc est que fuit thronus dei, ipsa merito erit vbi iam est thronus eius. Quarto habet diadema. Decet enim habere reginam diadema, de illo quod habet noua regina habetur Apoc. xij In capite eius corona stellarum xij. Hee sunt xij prerogatiue que pre omnibus sanctis singulariter obtinuit, de quibus beatus Bernardus: Quid per has stellas nisi xij singularia priuilegia notamus, que aduenerunt sibi in ... singularis signata, in vtero matris sanctificata, ab angelo salutata, altissimi virtute obumbrata, diuino conceptu fecundata, pregnans non aggrauata, in partu dolore non cruciata, ... immolata, virgo et mater dei dedicata, omnibus gratiis ditata, omnibus virtutibus adornata, in celos super omnes choros angelorum exaltata. Hec ille. Sic est digna et magno honore a rege honorata.

erit eam reginam vbi est hec tota pars verbi propositi in qua positum ostensum est quod digna a christo assumpta est, et quod veniens per regem honorata est. Videre restat quod per regem ad potestatem regendi constituta aut collocata est eo quod dicitur fecit eam reginam. De potestate itaque noue regine quid dicam? De qua beatus conclamat Augustinus: Hec est mater dei regina celi, domina mundi, imperatrix angelorum, rectrix superiorum, paradisi ianua, celi porta etc. Vnde ipsa de se gloriatur quod potestas sit. Eccl. xxiiij In omni meo populo et gente primatum habui, et omnium excellentium et sublimium corda propria virtute calcaui etc. Pro cuius vlteriori cognitione notandum triplicem potestatem singularem accepit Maria effecta regina celi: in celis scilicet angelis imperare, in terris homines adiuuare, in vtroque scilicet deum placare. In vltiori incipiendo primo dico in mundo scilicet homines adiuuandi potestatem vnde Eccl. xxiiij Ego mater pulchre dilectionis et timoris et agnitionis et sancte spei. Ego mater diligentium timentium et sperantium. Similiter Bernardus Maria omnibus aperit sinum pietatis et misericordie vt accipiant singuli, et vniuersi accipiant: captiuus redemptionem, eger curationem, contritus consolationem, peccator veniam, et iusti gratiam, angeli tandem letitiam, denique tota trinitas gloriam etc. Non est aliquis qui miseris in quos clamans ad mariam, ipsa vult libenter. Vnde ipsa vocat ad se: Transite ad me omnes qui concupiscitis me. Anselmus: Sicut impossibile est vt tu possis virgo mater hominis bonitatis a deo tibi datis obliuisci, sic impossibile est vt ho... possis miseris misereri. Etiam audiuimus sepe quod hi qui diabolica pietate decepti deo

deo abrenunciando demoni se subiugaverat, maria adiutrix sua prece liberavit. verbo Bede super cassius est primus homo, quem demones iudicio iustorum dampnatum adiudicaverant adiutrix sepe maria sua misericordia liberavit. secundo nimirum ipsa dimittit iustos servos suos in fidelitate sibi servientes, in nulla necessitate derelinquit, sed ipsis clamantibus ut pia mater succurrit, unde de ea habetur sapientie x: hec venditum iustum non dereliquit, sed a peccatoribus liberavit illum, hec populum iustum et sine querela liberavit a nationibus que deprimebant illud. Et hoc totum est quod in periculis homines habundum est refugium propter filios et miseros suos proposuit mirandum familias, in regnum suum collocare ut in unitate confugiant ad illam et inveniant graciam apud eam. 2o ipsa habet angelos imperare promovet ..., mittit ancillas suas ut vocarent ad arcem et ad menia civitatis, hoc est angelos sibi familiares eius precipiendo mittit pro salute suorum fidelium filiorum, ut ducant eos inspirando eis bonum, ducendo ad viam rectam, custodiendo ab omni periculo ad arcem celorum etc. Unde Bernhardus: compellet nos o celi domina celsitudo excellencie, ut in regno filii tui ita imperiose principeris quod per angelorum ministeria, tuis sepe devotis suffragaris. Si ergo angeli angelis ut credimus imperant, confidenter dicere credere sana religio, quod imperatrix angelorum, tanto magis habet angelos ad obsequium, quanto dignius sibi non preest ille hereditavit excelsum. Et si Josue imperante stetit sol, et quare non iubente celorum domina angeli obediant voci eius? hec ille. Tercia pars eius quia habet deum regem et dominum omnium placatum. unde et Esdre iii: vinum est forte, rex est magis fortis, fortissima est mulier ipsa enim vult leonem et ridere facit regem etc. Sic autem quoniam ad hoc fortior est rege nostro, quod vincit sepe eum sua pietate quando irascitur super peccatorem, unde de ea dicere possum illud Eccli l: in tempore iracundie facta est reconciliatio, unde rex duplex irascitur hominibus suis, et in utroque regna habet reconciliatorem, primo scilicet contra peccata perdentibus eos reprobum, 2o propter eorum orationem negans largicionem, in primo est Maria reconciliatrix, quia iram sedat, et a punicione sua intercessione consignat. unde figura i Reg xxv. David iratus super Nabal voluit occidere illum, iuravit et sic armis et comitatu disposuit ut ... et non dimitteret Nabal usque mane, venit Abigail in occursum David et genibus provoluta pro Nabal. Quis non est hec Abigail nisi maria nostra que placat David id est Christum, parcere Nabal id est peccatori, unde ambrosius in libro de virg.: non est inquit reconciliatio nisi quam tu peperisti, non est venia et pietas nisi quam tu virgo genuisti. Bernhardus: securum iam homo habet accessum ad deum, habet filium ante patrem, et ante filium matrem. 2o dixi irascitur rex precibus nostris nolens audire ut det que postulamus. maria nostra non est in hoc larga in veniendo, et non est in quo negabit eam filius exaudire eam orantem pro nobis. unde iterum figura 3 Reg ii venit mater regis Salomonis orare pro Adonia ut daret sibi de ysag uxorem Sunamitem, et dixit: audi me fili mi rex, et non confundas faciem meam. Unde rex: pete a me mater mea quid vis, non est phas ut avertam faciem meam a te. Sic autem hodie venit ad regem Christum orans pro peccatore ut daret sibi in uxorem suam gratiam hic et gloriam in futuro. dixit rex ut petat quod voluit nulla vult sibi negare. dicta ergo quoniam nostra prece impetrare non possumus, per marie nostre interventum adipisci valemus. unde Bernhardus: O filioli quid trepidat humana fragilitas ad mariam accedere? nil austerum nil terribile apud ipsam est. hec peccatorum est scala, hec est mea maxima fiducia, hec tota ratio spei mee. Potestne filius eius eam repellere aut eius orationem dimittere inauditam? sic hoc confidens fidenter ad eam clamat s. nostra ecclesia orans: audi nos nam te filius nichil negans honorat. Sexto ipsa gratia mater humanis familias, circa quam filius certa per illam, hec est regis delectamentum, ... le- infirmamentum regni eterna, et miserorum ... hanc nobis ut magis. Bernhardus: singularem sua misericordie providit, motus singulari pietate super nos eam elegit, propter meam gratiam consequendam hanc sibi honoravit, et ad regis ... collocavit. unde multis de ea dicendum est, directa est in cubiculum regis possunt diadema regni sui super caput eius fecit eam regnare etc.

in radice montis occurrit super ... consulta ... pro nabal et placavit david.

ale tractancium eum qui ex utero matris sue sanctificatus est propheta Eccl. xlix. Hic modus est et hec condicio malorum odire bonos et persequi. Non tamen quia magni sunt in sanctitate aut virtuositate non bonum de eis cogitant, nec bonum in cordibus suis de ipsis cogitant, unde sepe non decernunt ipsum non recte cogitandum apud se, veniente cogitacione cum istum eternum ipsorum. Sic factum est hodie beato Johanni, de quo Herodes et sui commilitones ex odio non bono consiliati sunt, scilicet male tractantes eum. Mali enim bonos eis in vita et moribus dissimiles odiunt, cum viderint eos virtute mitere propter eam odiunt illos, cum vident deum diligere illos, et ipsum esse eis similes propter virtutem, ideo predicantur pape in pro promittit sicut dei hec imperat nobis ... legitur Boecius de consolatione li. I pro. 3. Itaque nihil admirere quod si nos virtuosi in hoc vite salo circumflantibus agitemur procellis, maxime cum est hoc propositum pessimis displicere. Item quod amicitia dei ipsum odium viri. Gregorius super Ezech. omelia ix. Nemo potest deo et iniquis dei gratus esse, nam deo se abnegat qui eius placet inimicis et veritati inimicus ad necabitur qui ipsi viriliter mundi subdiditur. Probatio nostre in David, cum quo qui sunt diabolo odium eum habuit et persecutus est eum Saul ut habetur I Regum xvii et psalmo 138 qui oderunt te domine oderam et inimici facti sunt michi. Sed non metuere nos ut odio habeamur et persecutionem patiamur propter iustitiam, quia ex hoc beati ut dicitur Math. v. c. Non timeat odio ... propter deum quia ex hoc sermo ut ibidem gaudete et exultate quia merces vestra multa est in celis. Non timeat confundi propter virtutem quia ex hoc sibi honor, unde Seneca in de iiii virtutibus parte de continentia: Leve esto quotiens malis displiceas, malorum pravas estimaciones de te ad honorem tibi ascribe. Sit tibi tam triste laudari a turpibus quam si lauderis ob turpia. Sic beatus Johannes omnem firmitatem ... materia sua fortitudine superavit in hac malorum scandalizacione quia ad sibi fecerunt ipse honorem adeptus est in regno celorum de quo ergo dicitur   ale tractancium eum ut ubi supra.

Causa enim sunt ex quibus iustus aut innocens male tractetur scilicet odio aut persecucione a malis, cum scilicet in possessione egestatis, scilicet locutione de veritate, in conversatione ad eos inequalitate. Hec Hugo cum ... ii in parte de odio. Primo ex paupertas, videmus enim quod homo fortunatus est multas habens divitias, multos honores, potens et dives, undique circumdatur amicis, omnes eum diligunt omnes venerantur. Cum autem fortuna ab eo recesserit et eum inopem et humilem egenumque dimiserit, omnes amici eius derelinquunt eum, et dimittitur quasi, immo et odio et subsannationi supponunt eum. Unde Trenorum I: Facta est domina gentium vidua, et omnes amici eius spreverunt eam et facti sunt ei inimici, non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Similiter conqueritur Job vi ... Ecce non est auxilium michi, omnes necessarii mei recesserunt a me, fratres mei preterierunt me etc. Non enim tunc salvat amicorum habundancia, non sciencia aut sapiencia, non virtus neque sanctitas. Cum quis in paupertatem ceciderit omnes de tutela eius derelinquunt eum. Unde in proverbiis scribitur xix. Fratres hominis pauperis oderunt eum, et amici eius recesserunt ab eo. Eccl. xiii per totum. Si habes convivet tecum, si non habes derelinquit te, et ipse non dolebit super te. Eccl. vi. Est amicus mense et non permanebit in die necessitatis. Neque salvat 2º prudentia, quantumcumque prudens est pauper, non attenditur prudentia eius, eo quod non sit gloriosus. Unde Eccl. ix. Vidi civitatem parvam et in ea paucos viros et rex circumdedit eam, fuit in ea vir sapiens sua sapientia liberavit civitatem, et post ... non est memoratus sapientie eius. Eccl. xiii. Dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum eius usque ad nubes extulerunt, pauper loquitur et dicunt quis est hic. Sane locutus est et non est ei datus locus etc. Neque salvat 3º virtus nec sanctitas quia cum fecerit pauper malum est, et videns eius ... erit unde clamatur in proverbiis. Nichil boni pauper agit, sed pro racione tenetur quidquid agit dives sive bene sive male. Ergo quod innocenter odio habetur iustus a malis propter paupertatem. Sic beatus Johannes qui primum hereditatem sprevit et ad honorem patris pervenire recusavit, scilicet in paupertate vivere elegit, ipse factus contempnetur ab omnibus suis, non legimus quod amici sui unquam quesivissent eum, sua sapientia fuit despecta, sua sanctitas maledicta, quia propter eam male tractare eum enim hic ut prius / 2o iustus odio habetur ab impiis propter veritatem auctoreo ut qui volunt dicere veritatem semper viria potentia corripientem ipse odiosus ericis unde Amos v odio habuerunt in porta corripientem et perfecte loquentem / beatus Ieronimus prologo libri i / veritas amara est et offendit receptores / Si amara sibi hominum volunt vij ca gaudent in dulcibus / dulcedine adulationis et flatterie / de qua dicitur Iob xx dulce est malum in ore eius / et abscondit illud sub lingua sua Ille enim delectatur auribus hominum / odientes enim quam amaritudine veritatis predicat / unde figuratur iij Regum xxij Achab rex dixit de propheta Michea Ego odi eum quia semper prophetizat mihi malum et non bonum / Item Paulus sic conqueritur ad Gal. iiij Inimicus factus sum vobis verum dicens Greg. ut sic habitum est Inimicus veritatis adversarius hominis veritas ipsum inter terris est / Math. x Eritis omnibus odio propter nomen meum Sed non timet iustus ut persecutionem patiatur propter veritatem unde Greg. x moralium c. xx iustus vera ut sua amat / sic dimittat / contumeliam pro veritate accipere lucrum putat / Idem super Ezech. omelia ix Sancti viri vocis libere increpatione persequentes illos ad sua odia concitare non metuunt qui deum diligere non cognoscunt / Isid. in de summo bono li iij c. xxxv. Infideles sternunt et frigidi timore potentium amore temporalium / veritatem occultant / fidelis autem et bonus pastor nec amore nec timore veritatem dimittit / sed animam suam in veritate pro ovibus suis ponit / Sic beatus Iohannes baptista in veritate persistens ipsam semper dilexit et elegit / propter ipsam malum pati non timuit / ipsam honori et dignitati preposuit Ioh. i quod se Christum esse negavit propter ipsam odiosus fieri malis non curavit / Math. iij quod genimina viperarum dixit / et eos succidendos et in igne comburendos denunciavit / Etiam propter ipsam / reges etiam non formidavit / nec mortem propter eam paciendam quod Herodem propter Herodiadem increpavit Mat. xiiij 3o iustus odio habetur propter comparationem sui ad ipsos inequalitatem unde aut. com. vir. qui se eorum societati abstrahit difformis eis existens etiam in bonitate aut malicia ipse eis odibilis apparet / unde Sap. ij Circumveniamus iustum quoniam inutilis est / nobis / contrarius est operibus nostris etc. Sap. ij

hominis habetur Gen. xxxvij Ioseph qui cum fratribus existens difformis fratribus qui non laborant / et eos aliquid de malo crimine accusavit fit odibilis eis et vendiderunt eum in Egyptum unde Orat. in li. epistolarum i oderunt hilarem tristes tristemque iocosi / Sedatum celeres agilem gnavumque remissi / Seneca libro de clemencia dispares mores / disparia sequuntur studia / quod dissimilitudo solvit amicitia Sed tamen iustus et virtuosus homo / non attendit iram malorum nec timet ut odio habeatur quia discrepat eorum ipse magis vult gaudere copia virtutum et amicicie dei potius ut prius dictum est / quod care virtutibus / placens malis / immundus esse deo omnino Catho enim sic dicit / cum recte vivas ne cures verba malorum / hic est / tu tamen facias quod bonum est non adverte quod mali iudicent te et dicunt malum de te / persevera in bono tacens similiter illorum unde ait apostolus i Cor. iiij pro minimo est mihi ut a vobis iudicer nihil mihi conscius sum / Sic et Greg. preter verba laudantium et vituperantium ad gestum reverteretur ut omnia illa a malis sunt in opera non timeat qui damnorum subiacet iniquia / Aug. ad Marcellinum / Senti de me quicquid volueris tantum consciencia mea me non accuset / Sic glo. ad Ps. sic non advertisse odia malorum / sed se exercuisse in opere bono Ps. lv. Consiliabantur me inimici mei et dicebant: nihil bellum adversum me / In deo autem laudabo verbum / in deo sermonem ut placeam coram deo etc. et alibi Ps. xvij ut non loquatur os meum opera hominum ego custodivi vias duras / Sic et iam beatus Iob / qui semper se recte agere et loqui sciebat / verba et iudicia malorum non attendebat / Sed ut magis deo placeret quam hominibus difformis elegit esse malis et similis deo / eius amicitia / sed nimirum quae sunt et sic quod tali ipsis odiosus factus est unde qui in magnis et gloriosis que tunc et nunc est coram deo unde eo bis dictum est male tractatum etc.

sta progreditur quasi aurora con
surgens, Cant. vi. Salomon
in spiritu sancto prudens hodiernam
Marie nativitatem quam gloriose, et quam venerabiliter
fecerit, ipse predicat in hoc quod eam quasi au
roram consurgere predicat. Quando enim volumus
aliquem de plenitudine alicuius virtutis collaudare
et hujusmodi omnia de eo predicare, tunc aliquam
rem aut aliquam creaturam aliquam in qua ex
cellentia hujus virtutis, qualem similitudinem esse
consideramus, huic rem assimilamus nostre et
conditionem eius de ipso predicando. Unde Gregorius
super Ezech. omelia ii: qualia sunt que intra produntur, et
quod sola sunt in eis specie similitudinis est
ostensum. Hoc loquitur de iiii animalibus visis per E
zech. i, scilicet, facies hominis, leonis,
bovis et aquile apparuerunt. Per quarum etiam quattuor
virtutes intelligere vult Gregorius per has similitudines
quibus representantur consideramus quales sunt,
id est per hoc eorum status eorum mutabilitas significat.
Modo illud ad gloriosissimam Mariam referendo, quod
eligam aut quid queram cui assimilem, propter quod
nimiam puritatem et dignitatem excellentem continentem
dicit de ea Jheronimus in epistola: Maria ipsa est forma
et speculum omnium virtutum. In ea quilibet recipit quod
faciat, quod fugiat, quid querat, aut quid am
plectetur. Unde ergo propter infinitas suas excel
lentias et prerogativas, que non possunt sufficienter
propriis verbis aut sermonibus multis est evangelizandum,
designata, multis nominibus indicata. Nam quasi
aliquid propter gloriam eius sublimitatis, celo,
propter vite sue humilitatem terre, propter virtutum
decentiam paradiso, propter puritatis eius profunditatem
maris est comparata. Unde et ipsa de se in ~~evangeli~~
~~parabolis~~ loquitur enigmatibus loquens Ecclesiastici xxiiii: Ego
quasi terebinthus, ego Libanus, ego vitis,
similiter ego quasi cedrus, quasi cypressus, palma, oliva,
cinnamomum, mirra et balsamum se nominat.
Sic et in multis aliis locis non aliud nisi gratiarum et
virtutum suarum multitudines et celsitudinem exprimens varia
enigmata. Sic et cetera pro laude eius plura assumpta
ut eam exprimat, et non sufficiunt singula. Unde
Jhero. in epistola ad Paulam et Eustochium: nichil virtutis, nichil
splendoris, quod non resplenduit in Maria,
quia quod aliis divisum, ipsi collatum totum est. Et
subdit: Deo laus omnis lingue non sufficit pro
laude Marie, quapropter non tam terrena laude

enigmatibus

eius exprimitur, sed et celestia gloriam ipsius
enigmatice nobis representant. Num. xxiiii dicitur
de ea: Orietur stella ex Jacob. Item Eccl. l dicitur
de ea: quasi luna plena in diebus suis lucet. Item
Eccl. xxvi: sicut sol oriens in altissimis
2a negligentia fatuarum, quia debebant habere oleum tunc ipsum mendicare ab aliis voluerunt unde dicunt date nobis de oleo vestro ut hec sunt ante negligentia que negotiacionis suorum bonorum operum sustinuerunt per multa secula que tunc in novissima hora innovare voluerunt sed tunc eis contingit ut de istis dicitur reddidi eis. Ne forte non sufficiat etc. Non enim tunc aliquis poterit mendicare, sed quisque quod ante sibi comparavit proprius tunc utendum erit. Apostolus Omnes astabimus ante tribunal Christi ut referat unusquisque que per corpus suum gessit ad hoc veniens sive bona sint sive mala. Item Mathei 25 vocavit servos suos ut videret quantum quisque lucratus esset. Si quis bonum egit ipse premium accipiet, unde Euge serve bone et fidelis. Item omni habenti dabitur etc. Si quis malum egit ipse solus pondus suum portabit. Ezechielis xviii Anima que peccaverit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris neque pater portabit iniquitatem filii. Similiter erit in accipiente premium pro labore reddet unicuique iuxta opera sua. Item unusquisque mercedem accipiet secundum suum laborem. Non enim astabit sibi pro labore mutuum filius patri vel econtra. Unde Boetius in de consolatione philosophie libro ii prosa v. Certo namque vero in tuis bonis aliena computabis, ex quibus nihil horum que tuis bonis computas tuum esse bonum liquido monstratur. Nec tunc adiuvabunt intellige post mortem aliorum sanctorum intercessio si hic negligentia fuerit ita quod deputati fuerint dampnacioni unde Ezechielis xiiii Civitatem que peccavit mihi extendam manum meam super eam, conteram virgam panis eius et inducam famem super illam, interficiam in ea homines et iumentum, et si fuerint in ea tres viri isti Noe Daniel et Iob non eam liberabunt. Augustinus in Enchiridion animas defunctorum post mortem receptaculis continet tale, sicut unaqueque aut requie aut erumpna digna est, dum sibi sortita est dum adhuc in carne viveret, quia ipsum meritum quod quisque hic vivens comparat post mortem potest sibi prodesse. Dixi ergo sicut de fatuis virginibus patet que parate erant intraverunt cum sponso ad nuptias.

3a fatuitas virginum fatuarum erat habere emere quando tempus iam deficit ad negotiandum, ut quando venit sponsus, sic et negligentes ante hic dum tempus habent laborare negligunt, tunc adest hora adventus sponsi, id est hora mortis, tunc incipiunt contriti se ad deum orando facere testamenta timore suorum, sed accepte et placite sunt in morte illa est negotiatio cara vel modica, tunc enim est hora quando transeundum est ad requiem et a labore iam adest cessatio. Unde Holkot super librum sapientie lectione [illegible] Presens vita est tempus laboris, futura autem vita est tempus sabbatizandi, qui autem preteritum ordinem hic volunt habere sabbatum in futuro habebit eternum laborem unde post laborabit in eternum et vivet adhuc in finem. Item Luce xiii Sex dies sunt in quibus operari oportet, septima requies domini. Exodi xxxi Sex dies temporis vite nostre significant quod per sex etates distinguitur in illis semper laborare et negotiari debemus, ut cum venit septima dies requiei intramus ad eam. Augustinus in de misericordia humana O homo qui desideras regnum dei possidere, quod malum fecisti dum potes emenda, dum adhuc vivis in corpore elemosinis tibi acquire priusquam dies mortis te preveniat priusque profundus infernus te comprehendat. Tunc enim ut dicitur Apocalypsis xiiii requiescent a laboribus suis, opera enim illorum sequuntur illos. Augustinus in Enchiridion Nemo presumat quid quod hic neglexerit velit in futuro promereri, omne meritum hic comparatur quo postmodum possit relevari vel gravari. Ergo adhuc dico nos debemus nos hic preparare ut cum venit sponsus paratos nos inveniat. Quod autem de istis his virginibus cognovi aut legi etc quod de eis enim recte concludo verbum sapientissimum que parate erant etc.

[S]i meum sermonem servaverunt et vestrum servabunt Joh. xv. Verba hodierni evangelii in quibus dominus sanctis apostolis futuram predicit tribulacionem et maceracionem que ad malos ex parte adversitatis arguit, et quod vos integra quidam mali qui eum non audiunt, et ipsos post eum non audient; qui enim non diligunt neque suscipiunt, ipsos quos mittet post se multo minus diligent. Ipse enim ex dominus qui audientibus et suscipientibus se factus fuit salus et vita eterna Jo. vi. qui verbum meum audit et credit ei qui misit me habet vitam eternam. Ipse ut non deficeret salus post decessum eius illud verbum et post se reliquit audiendum, ut salutem eandem operetur sonans in ore ministrorum sicut operatum est in ore ipsius. Unde Luce x. Qui vos audit me audit. Et unde sicut dominus de se ipso dicit Jo. qui audit verbum meum et custodit illud, Sic et omnes de se dicere possent predicatores ex eo quod verbum dei sunt. Illud ad Rom. x. hoc est verbum fidei quod predicamus quod si corde credideris et ore confessus fueris salvus eris. Omnes ergo qui diligunt deum et optant salvi esse per illud verbum illud audiunt et suscipiunt illud quasi oves audiendo vocem pastoris sui noscunt illud Jo. x. Oves mee vocem meam audiunt et sequuntur me quia noscunt vocem pastoris sui, sed alieni enim non sequuntur, sed fugiunt quia vocem eius non noscunt. Hoc est hii qui domino alieni sunt et de grege suo non sunt ipsum non audiunt verbum dei. Unde Joh. viii. Qui ex deo est verba dei audit, sed vos non auditis quia ex deo non estis, quasi dicat ipsi qui ex deo sunt id est ad deum pertinentes de dei grege sunt, deum in se amant, ipsum etiam verbum eius in ministrorum ore sonnendum audiunt et diligunt; qui autem ex deo ita non sunt nec verbum eius diligere possunt. Hoc est quod dicitur verbo proposito Si sermonem meum s[ervaverunt] etc.

De modo eorum qui verbum dei negligunt tria genera reperiuntur: primi audire nolunt, 2i quamvis audiunt non tamen custodiunt, 3ii non solum non custodiunt sed et ipsum simul audiunt loquentem illud pro ridiculo ferunt. Contra ad primum enim sunt qui se ex deo esse et ad deum se tendere fatentur, verbum autem eius odio habent. Hii sunt quibus competit ps. lvii. Furor illis secundum similitudinem serpentis surde et obturantis aures suas. Ipsi enim ad deum volunt sed viam per quam ad ipsum ire scire nolunt. Via enim per quam ad deum venitur Christus est Joh. xiiii. Ego sum via. Unde Ysidorus in de summo bono l. i c. xviii. Via ad deum Christus est, qui credit in illum viam habet per quam iturus ad deum sit. Ubi discitur hec via nisi auditu verbi dei ad Ro. x. quomodo credent in eum quem non audierunt, quia fides est per auditum, auditus autem per verbum dei. Nec sufficit fides, sed et lucem habere debet qui vult ad deum ambulare ne sibi deficiat lumen in via. Hoc lumen esse debet bona operacio Math. v. Luceant opera vestra bona. Unde Luce xii. Sint lucerne ardentes in manibus vestris. Hoc lumen non accipitur nisi auditu verbi dei unde ps. Lucerna pedibus meis verbum tuum et lumen semitis meis. Hoc lucide ubi dei [illegible] per dominum minori suo sacerdoti sibi, de manu eius requiram unde ysa. posui te in lucem gentium. Ut ergo de ore eius legem requirant, quia angelus domini exercituum est Malach. ii. Sunt autem nonnulli contempnentes verbum illud de ore illius accipere et propter nimiam vilitatem deformitatem etiam vite eius turpitudine. Contra eos qui propter vilitatem sacerdotis contempnunt verbum dei loquentis. Sermo in hodierna legenda. Sepe in speciosis scriniis vilia continentur, sic et in despectissimis capsis nobilissima thesauri includuntur. Unde Alanus in proverbiis: Non minus est dulcis de parvo fonte recepta quam de magno flumine sumpta aqua. Greg. Cavendus enim indignus humus officii [illegible] videmus, sed secundum privatam familiam magis sunt ea que videas. Nemo me propter me despiciat in hoc loco, et si nequaquam dignus sum ad imitandum, tamen magna sunt ea que promitto. Contra illos qui contempnunt propter malam sacerdotum sponsionem sibi malam vitam eorum et non intuentur vitam bonorum. Loquitur Ysidorus in de summo bono l. iii c. xi. Reprobi inquit non attendunt documenta bonorum que imitentur eos in melius, sed exponunt sibi exempla malorum quibus ad suorum morum perversitatem utantur etiam in peccatorum. Unde Greg. Sepe enim dominus malum sacerdotem habet per illum mirandum [illegible], et verbum eius non quasi ab ore illius, sed eius a quo missus est recipitur. Sic verbum dei ab ore meo non tamquam meo, sed tamquam a loquente deo accipi debet, quod propterea contemptores eius deo iniuriam inferunt.

Circa secundum: isti sunt qui licet ore audiunt mente non attendunt, nec opere custodiunt. De illis dicitur ad Romanos ii: Non enim auditores legis iustificabuntur sed factores. Item Iacobi i: Si quis auditor est verbi dei et non factor, hic comparabitur etc. Ad acquirendum igitur fructum verbi dei oportet ut non tantum aure audiatur, sed et mente percipiatur. Unde Luce xi: Beati qui audiunt verbum dei et custodiunt illud. Item Gregorius in moralibus: verba sapientie que reprobi audiunt clam, non intelligunt sed et despiciunt, ut commendetur et illis sapiat quod maiorum auribus et non mentibus sonat etc. Et non sufficit mente custodire aut memoria, nisi et opere custodiantur. Augustinus: Custodire mandatorum dei intelligenda est per operationem perceptionis eius. Item Holkot super librum sapientie l. lxxx: Frustra custoditur verbum dei in memoria nisi et servetur in vita etc.

Circa tertium: ad tertios hii sunt qui non tantum negligunt, sed et pro ridiculo aut contemptu habent. De illo in figura dicitur 2 paralipomenon 30: Misit rex Ezechias in omnem terram Israel ut redirent ad dominum deum patrum et venirent in Ierusalem offerre sacrificium domino pro peccatis Israel et celebrare pascha, et ipsi pro ridiculo habuerunt et subsannaverunt nuncios eius. Ezechias interpretatur [illegible] et confortatus, et est Christus de quo dicitur: dedit illi contra inimicos potentiam. Item dominus mecum est tamquam bellator fortis. Ipse misit nuncios, id est predicatores suos, docere omnes gentes, et nuncios et verba eius contumeliis abiecerunt. Unde eritis odio omnibus propter nomen meum. Item absque synagogis facient vos. Omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo etc. Iohannis xvi. Unde et in evangelio Mathei xxii: alii nuncios contumeliis affectos occiderunt. Hec omnia adhuc hodie contingunt. Si dicitur populo de malis que agunt, contempnunt. Unde Proverbiorum xviii: Cum venerit in profundum peccatorum contempnit. Quid commune est cum hiis? Item improperat nobis peccata legis etc. Si dicitur de bonis futuris, dicunt cum filiis Israel: quiescite facere omnes dies suos a terra; signa nostra non vidimus, iam non est propheta et nos non cognoscet amplius. Hoc idem attendunt, si de regno de promissione dei predicatur, non autem attendunt quod dicitur Deuteronomii xxxii: Dominus ait: abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum; generatio prava est. Si dicitur de penis inferni vel gaudiis celi, omnia nichil sunt; reputatur pro nichilo. Habuerunt terram desiderabilem. O quot sunt, qui cum pueris Israel adoptant ut sederent super ollas carnium in Egypto, et in via huius mundi contempnunt terram promissionis, id est vitam eternam. Similiter de penis inferni improperant fictionem esse sacerdotum pro acquirendo offertorio. Non audiunt illud Deuteronomii, ubi dicitur: Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissima. Item Augustinus in compendio: Vidisti quod deus fuit in creacione, in redempcione, in iusticia, in consummatione. Scito quod non deficiet in approbatione; qui mala gesserunt non deficiet eis in pena. Pietas male agentibus non decet. Sua sponte iusticia; potencia autem regibus malorum malicia, quod deus auctor sit [illegible] ut supra dixi. Non attendunt quod dicitur Iohannis iiii: Nisi signa et prodigia videritis non creditis, et in [illegible] si mendicaremus [illegible] etc.

Audite et exultate quia merces vestra copiosa est in celis. Mathei v, Luce vi. Verba hodierni evangelii. Deus et dominus noster rex omnipotens in omni creatione cuncta proposita ut suam magnificam [illegible] et magnam liberalitatem ostenderet, suorum militum diligenciam gratam [illegible], stipendium largum proclamavit, promittendo super omnes reges plus quam quis mereatur, plus quam etiam petat. Augustinus: id quod deus sanctis suis promisit fides non capit, spes non apprehendit, nec caritas comprehendit; desideria et vota excedit; acquiri potest, estimari non potest. Item Bernhardus: merces sanctorum ipsa est tam magna quod non potest mensurari, tam multa quod non potest memorari, tam copiosa, tam pre

ciosa quod non potest estimari / Luce vi° mensu-
ram bonam confertam coagitatam supereffluen-
tem dabunt vobis in sinum vestrum / Quemadmodum
enim volunt regum stipendium promereri
debent hec tria in se habere, primo quod validus
existat / quod arma et requisita per se habeat
3° quod non ex debito serviat / Sed dominus deus rex noster
nullum horum attendens, et impotenti et non
armato etiam ex debito servienti dare
promisit liberale stipendium / unde pro primo
dixi invalido apud regem stipendium non
meretur unde Judicum vii° Qui timidus est
et formidulosus revertatur et non ingrediatur
nobiscum in bellum Sed nos invalidi impo-
tentes sumus unde ii Cor iii Non sumus
sufficientes aliquid cogitare a nobis tamquam
a nobis glossa et si non cogitare, quanto
minus facere 2° qui non haberet arma
regis ipsum si rex servire deberet militi suum equum
et arma / non plenum sibi dare vellet stipe-
dium / deus autem rex noster qui sua virtute que
arma nostra est in nobis operatur / demum stipen-
dio non vult privari / unde subdit apostolus ibidem
de ipsis armis Sed sufficientia nostra ex deo est
hoc est per eius virtutem / per eius sapientiam
cum agimus omne quod agimus et nullam vir-
tutem nostram habemus qua agamus Gregorius super
Ezech sicut omne malum quod agis tuum est sic
omne bonum quod agis non tuum est sed dei agen-
tis in te est etc 3° dixi qui ex debito servit
huic non meretur stipendium a rege ut prudentius
eius Sed nos ex debito omne quod agimus, deum
mercede non privamur Anselmus omne quod agis
non ex merito sed ex debito facis quia quod das non
tuum est, sed eius cuius servus es / igitur omne
quod habes omne quod potes, immo plus quam
es debes, super omnia demum noster rex minus sive summam
copiosam beatam magnam ex plenitudine mercedem
et non sit aliquod opus quod premium pro illo acci-
piemus hoc est quod dixi verbo proposito
Gaudete et exultate etc      Ex illo igitur valet
advertendum / mercedem arguitur esse copiosam
ex tribus / ex laboris paritate / ex dantis vel domini
liberalitate / ex muneris prosperitate Sic et con-
sideratur mercedem sanctorum esse copiosam ex ipsis
tribus primo ex eo quod parvus est labor quo
merces eterne vite acquiritur, non tamen ipsa
magna quasi hiundantur excedens meritum
laboris unde Sap iii In paucis vexati in multis
bene disponentur Illa enim que sancti dei in hac
vita laboraverunt aut passi sunt nullo modo ad-
equari possunt hiis que in summa patria pro mer-
cede acceperunt, et quamvis in oculis hominum magna
videantur, in comparacione tamen illorum nulla sunt
unde ipsi vitam eternam acceperunt pro modico
labore aut tempore aut passione meruerunt
et quamvis hec omnia computata sunt apud deum
primo quod est in labore meo, dico Jeronimus
cantus laus etc Quando hec sunt in sua
valitudine nisi deus ex sua institucione et
sua pietate acceptum haberet ex pro valore la-
boris essent inutiles unde Sap iii Sunt eorum
inutiles et acerbi ad manducandum et ad nichil
apti glossa opera eorum inutilia ad manducandum hoc
est ad satiandum eterne perfectionem promerenda Si
2° pensemus empcionem quam dare deo possumus
in appreciacionem huius mercedis / Quid dabit
homo deo quo indigeat, cum dicit Bonorum meorum
non indiges, et quid det quod ante non habeat a
quo primus suum non est unde mee sunt omnes fere
plurarum hominum in mundo et eo utique quod
det eterna quod non debeat vel ex debito tribuat
unde verbo Aug. Si 3° pensemus passionem
qua meruerunt vitam eternam ad Ro viii Non
sunt condigne passiones huius temporis ad futuram
gloriam sunt ii Cor iiii Id enim quod in presenti est
tribulationis nostre momentaneum est, et leve
supra modum in sublimitate sublimitate eterne glorie
pondus operatur Ergo quantum ad primum ex
facilitate laboris copiosa dicitur merces sanctorum
quantum igitur ad 2m merces dicitur copiosa ex liberali
consideracione dantis dominum / et quis deus magis
largus quam deus rex noster Eccl xi Benedictio dei
festinat in mercedem justi / ut sancti bonum et ar-
tipices retribucionem a deo sed etiam retribuet
magnus quam meretur, et nichil bonum quod fecerit
sed remuneratum derelinquit unde holkot lec-
cione / dominus deus per mercede nos reddere illa
sufficiunt dat / nichil perit de labore nostro

holk l. xxxi

nec factum nec verbum ymo nec cogitacio quod
bonum mercede recompensabitur / quantum ad factum dicit
Aug. Nullum bonum a deo manet irremuneratum
/ quantum ad verbum patet de achior viro fideli cui
dicitur cuius verbum locutus es det tibi vicis-
situdinem sicut nobiscum est ita et tecum sit
Nec cogitacio bona sanctorum perit irremunerata
unde sapiencie v apud deum est merces eorum et
cogitacio eorum apud altissimum / sed accipe Ubi n
attendit deus rerum quantitatem ipsius boni
operis nec brevitatem seu temporis quo ad primum
math. x. / qui unum ex minimis dederit calicem
aque frigide non perdet mercedem suam / deus
enim plus intuetur cor et intencionem quam operis
magnitudinem Greg. super Ezech. omelia viii sicut oculus
tuus hoc est intencio fuerit simplex apud deum et
rectus totum corpus i. operacio tua erit lucida
i. rectum ut in muliere vidua que misit ii era
luce xxi / quantum ad 2m dicit math. xx volo et
huic novissimo dare sicut et tibi premium
Iero. non enim tam apud deum magnitudo
operis sicut magnitudo doloris vel contricionis unde
Greg. super math. omelia Eundem denarium accipiunt
hii qui xia hora hic novissimi venerunt sicut
qui a mane laboraverunt / et sepissime preveniunt
multi sunt sed qui usque ad diem ad horam sextam
fuerunt et hii primi sunt Subdit ergo Greg.
a novissimis primum incipitur quia latronem
ante petrum in paradisi gaudia perduxit
Quantum ad tercium dico merces sanctorum dicitur
copiosa ex preciositate illius quod datur
unde melius contentantur milites / cum pro stipendio
pro dare aurum quam aurum pellicia / deus dei
dedit suis pro stipendio magis [illegible]
non aurum non argentum non lapides preciosos
sed se ipsum quo nichil est melius unde aug. hic
per multa deus optimum est quo melius ex-
cogitari non potest secundum boeti in de cons. phi.
2 pro x deus est summum bonum et omni bono
et perfectum plenissimum quo melius excogitari
non potest hoc bonum dat pro mercede sanctis
suis Gen. xv dicit deus abrahe Noli timere
ego sum merces tua secundum apoc. ult. Ecce
ego venio et merces mea mecum reddere unicuique
secundum opera sua hec merces tam magna et pre-
ciosa est quod illa adepta non cupit homo aliquid
minus unde aug. in de verbis dei domine promisisti
michi dare omnia bona / si autem te dabis
michi et sufficit michi ut hec est merces quam
aliquando dicimus coronam sanctorum / aliquando vitam
eternam aliquando beatitudinem perfectam / quantum ad
primum canitur hodie secundum ecclesiam / ipse est corona
sanctorum omnium secundum ysa. lxii Eris corona glorie
in manu domini, et dyadema regni in manu dei
et esse in manu domini ~~et dyadema~~ [illegible]
de qua a sanctis dicitur accipere esse per spiritum sanctum
Sap. v accipient dyadema regni decoris de
manu domini et coronam de manu altissimi etc. 2o
dicitur vita eterna quia ipsa adepta mors amplius
non dominabitur / sed in eternum vivet unde Joh. xvii
hec est vita eterna ut cognoscant te solum
deum verum vivum et quem misisti Jhesum Christum
cognoscant / hic per fidem / postea facie ad
faciem intuendo / ibi nulla mors erit Greg.
in omelia O quanta tunc erit electorum leticia cum
eum meruerint conspicere / de cuius conspectu
videbunt elementa contremiscere / de quorum oculis
meruerint illa celestis visio evelleri 3o dicitur
beatitudo perfecta Boecius ubi omnium Cum omnes boni
perfectum in deo cognoverint in eo hoc est in ha-
bitu eius summam beatitudinem constituunt Beatitudo
in se autem tercio iii de beatitudine iiii ponit
descripcionem Beatitudo est summa desiderii et per-
feccio / hec in habitudine dei est unde ps. Sa-
tiabor cum apparuerit gloria tua secundum math. dixit
petrus domine bonum est nos hic esse si vis faciamus
hic tria tabernacula tibi unum moysi unum
et helie unum / sanctus non mirum est si
ex intuitu humanitatis domine clarificate se beatum
estimabat et nichil amplius pro se ipso nisi
pro dei laude optabat unde [illegible] beatus Jero.
de illa societate dicit ut legitur in morte eius
de qua libro conscripsit beatus Eusebius Nunc
inquit gaudete mecum et exultate quia transivi
per ignem et aquam et eduxisti me in refrigerium
modo vado de tenebris ad lucem de fame ad
saturitatem, de labore ad requiem etc. 2o
Beatitudo est summa de dei honorificacione exultacio
hoc est assistere summe laudi ad thronum agni
ut legitur Apoc. vii in epistola hodierna secundum augustinum

in de miseria humana: ubi inquit splendent angeli, refulgent archangeli, gaudent patriarche, assistunt prophete, apostoli et martires non cessant laudare dominum. Hoc est quod non plus adoptat ecclesia ut choris illorum sua vox admittatur ut in officio missali: cum quibus et nostras voces etc. 3o Beatitudo sponse ad sponsum copulacio, hoc est anime fidelis ad Christum sponsum suum unio. Unde ps. xliiii adducentur regi virgines, offerentur in leticia et exultacione, adducentur regi domino. Unde Bernardus in sermone: ille meretur cum sponso ad nupcias intrare, denique sponse eius esse cuius corporei merentur fieri, et de eius amplexibus numquam eternaliter evelli. Quarto beatitudo est in dei visione, hoc est assimilatio et gaudium in ipsum. Unde Gregorius super Ezechielem xx: similitudo hominis erat in eis etc. dicit: sanctorum enim sunt, qui similitudine huius hominis habere sancti non essent nisi eam haberent ut gratia similitudinem et in ipsum esse dico transformatum aut repletum, et non mireris quod dico nos in deum transformari, quia dicitur in epistola Jo. Scimus similes ei erimus tunc cum videbimus eum sicuti est, sum dominum in deo manet et deus in eo Jo. ii Cor. iiii. Nos revelata facie gloriam domini speculantes in eandem claritatem reformamur. Hiis omnibus adeptis habebitur eterna beatitudo, quam domini misericordia ipsa ut ad gaudium experiremus intrare domini nostri sponso gaudere et exultare etc.

Fallax gratia et vana est pulcritudo, mulier timens deum ipsa laudabitur. Proverbiorum ultimo. Deus et dominus noster qui ex sua dileccione vocavit nos et trahit ad se ut ad eum veniamus et in eo maneamus, ac viam et modum manendi tribuit nobis. Malivolus autem mundus deo semper contrarius, et nos contrarios efficere deo festinat; quantum deus ad se nos vocat, ipse dissuadet; quantum ille trahit, ille retrahit, modum et viam apostatandi prebet. Ad deum enim venire nos oportet per affectum et amorem eius. Aug. in li. de confessionibus: Fecisti nos domine per amorem et affectum venire ad te, requiescere in te. Item qui manet in caritate in deo manet. Mundus autem ad sui et suorum amorem trahens a deo apostatam facit unumquemque qui ad deum tendit; ea que dei sunt amare incipit, sed illo placencia hec que mundi sunt odire. Unde Bernardus super cantica sermone lxiiii: quod deo placet illi placet, quod deo non placet et illi displicet. Non enim quod deo placet illi displicere potest. Se ipsum similiter disponit ut deo placeat plus quam mundo. Mundus enim ea que dei sunt non amat sed que sua sunt. Unde Jo. xv: mundus quod suum est diligit, vos odit quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, dicit dominus. Similiter namque deus eadem diligit qui mundum diligentes et ab ipso amantur. Unde ps. Qui hominibus placent confusi sunt, quia deus sprevit eos. Que autem illa sunt dicitur i Jo. ii: omnia que sunt in mundo sunt concupiscencia carnis, concupiscencia oculorum et superbia vite; que mundus enim sensu exteriori placent iudicant bona esse a mundo, quia homo videt in facie, deus autem intuetur cor. Igitur non secundum visionem hominum iudicabit, sed est scrutans cor et renes. Jeremie: que apud mundum estimantur optima et pulcherrima, apud deum sepe sunt despecta. Hec notans beata Elizabeth magis corde quam corpore cupivit placere, magis mentem quam carnem in gloria mentis quam faciei studuit ornare. De quo et sanctam hoc ipso intellexerunt verba Salomonis: fallax gratia, ut mulier timens deum etc. In hiis verbis sic notantur duo: tanguntur corporis exterioris pulcritudinis vanitas; 2o interioris decoris virtus. Quantum ad primum dico quod vana sit et fallax pulcritudo corporis et gratia, quia est bonum ex gratia dei acceptum, et tamen ipsa non est mala nisi male utatur ea homo; tamen vana gratia quia non gratum facit deo hominem nec meliorem apud homines. Etiam fallax quia falso facit hominem de se estimare. Credit namque homo ex ea se esse meliorem alteri, sibi ipsi mentiendo. Dicitur enim Eccl. xi: Non laudes virum ex specie sua, nec despicias hominem ex visu suo, ac si diceret nihil magis credas esse laudis et honoris aut bonitatis in pulchro quam in turpi; quia equaliter bonus est, equaliter immundus est pulcritudine solum more teste tegente. Unde secundum Papiam pulcra dicitur a pelle decore quasi pelle decoratus. Intus autem latet fetor et immundicia. Unde Aug. xxi de civitate dei: Corpora pulchra comparantur pomis que sunt extra pulcerrima, intus vermibus et favilla, secundum sunt velud sepulcra extra ornata, interius immundicijs plena. Dico ergo quod nichil bonitatis ex ea est. Fallax est et vana gratia secundum illud Prov. ult. ad necternum. Holkot super li. sap. l. 92: pulcritudo nunquam quia a deo datur, bonum quoddam est, imperfectum autem. Est namque bonum defectivum, infectivum et deceptivum. Pro primo dico quod sit defectivum bonum, hoc est non duraturum, sed facile transitorium. Ovidius in de arte amandi: Forma bonum fragile, quantumque accedit ad annos fit fragilis minor et spacio carpitur ipsa sua. Ista decens facies longis viciabitur annis, rugaque in antiqua fronte senilis erit. Cum tibi aliquis dicet sunt hec pulchra, dolebis, et speculum mendax cupis esse tuum. Secundum Boecium de consolatione li. iij pro. viij: forme vero nitor rapidus nimis est atque velox, vernalium florum more fugacior. Sed audi quid de flore dicit psalmista: Mane transeat, vespere decidat, induret et arescat. Sic species hominis hominis est in iuventute usque vesperam id est senium vel ex petitionem senium usque ad dies senectutis. Sed et alio medio velocius dissolvitur. Unde Boecius ubi supra: Contraxit homo contendiusque formis sit aut pulcre tercianae febris igniculo dissolvitur. Defectivum igitur bonum est, ut legitur de sancta Elizabeth contempsit gladii cuspidem illa, elegit plus ... adequari ut in legenda. Pro secundo dico quod sit bonum infectivum, hoc est nocivum. Holkot ubi supra: pulcritudo licet in se bona sit, in multis et maxime est occasio valde mali. Ledit namque habentem et intuentem. Intuentem unde Jer. xx et Hum.: Solis pulcritudo femine inspecta cecat oculum videntis. Pellis bufonis et ignita visum ad se respicientis fuscat visum. Sic pulcritudo hominis inspecta ledit oculum interiorem hominis, ducit in tenebras peccati secundum auctor de varietate carminum. Pulcritudo autem in homine cognita inuenem aut offert predam alterius libidinis aut prodit alterius cupiditatis. Ledit etiam habentem. Unde Hieronymus

In vita philosophorum ~~legitur~~ legitur Socrates dixisse: mulier pulchra et speciosa est sicut templum super cloacam edificatum. Item non invenies uxorem tam bonam in qua non invenias quod reprehendas

Socrates

Consulebat discipulis suis frequenter se in speculo contemplari, ut dum forme pulcritudinem viderent gloriam pulchritudinis solitam forent turpibus moribus non dedecorarent, dum autem eam deformem aut dispositam cognoscerent, ut virtutibus et laudibus vita deformitatem carnis tegere addiscerent

li. iij. Raro est concordia forme et pudicicie, secundum Hugonem in de claustro anime. Cum muliere pulchra immunditie libidinose opus perficere quod cum turpi non faceret. Dico igitur tercio quod infectivum et nocivum bonum est. Sunt tamen contra illa et alia remedia. Iuvat enim fugere intuitum, iuvat contemptus vel occultatio habentem. Pro primo dicitur: Averte oculos tuos a muliere compta, et ne respicias ad mulierem alienam; propter speciem enim multi perierunt, et ex hoc enim concupiscencia quasi ignis exardescit. Nota de David, qui cum vidit Bersabee, 2 Reg. xj. Item Susanne pulchritudo decepit senes in Babilonia, unde dicitur: Species decepit te, et concupiscentia subvertit cor tuum, Dan. xiij. Item Judith Holofernem, Judith xvj. Item etiam in viris, ut in Joseph qui visus uxori placuit, Gen. xxxix. Sed igitur homo cavere mulierum speciem formose forme et fugere ne ... concupiscatur ille ne igne libidinoso incendatur. Unde Ambrosius in de officiis virginum: ac mulierum cubilia et demum ... non deceat iuvenem sepe visitare, ne ex illo alterius confringant tempore, ne etiam coram populo confirmat mala suspicio. Dixi enim secundo quod iuvat habentem contemptus aut moderata sive occultatio. Contemptus namque eius ut simpliciter displiceat in concupiscentiam non ducat; occultatio ad hoc ut ab aliis concupitus non sit neque impugnetur. Unde Hugo in de claustro anime c. iij et iiij tractans de illis: debent mulieres pulchre suam pulchritudinem velare, ne aliis dent occasionem mali vel ruine, secundum apostolum i Chor. xi: Mulieres debent habere velamen propter angelos id est adolescentes, maxime propter sacerdotes sicut exponitur in glossa. Facile enim decipitur cor cum respicit oculus ad obiectum nocens tempore. Unde Origenes in de pulchritudine: Mulier inquit est gluten et retis quo ancupatur dyabolus, secundum Ambrosium in de officiis. Si mulieres querere ... viris ... dicitur ... dyaboli. Ergo moderate debent mulieres coram hominibus et viris suam pulchritudinem non nimis se ornare. Similiter et adolescentes ... habeant, ne offendant castus mentes eorum. Sed hic obiciunt mulieres argumento dicentes quod erga viros suos liceat se ornare. Super hoc

zur.
sicut autor eo viii parte de libro quarta verbo c[ontra] ter-
mulieri ut viro suo se ornet ut sibi placeat
quia mulier gloria viri sui est i. Chor. xi Sed non
licet ut aliis quam domino coniugibus se placentes
exhibeat, et dicit tales comparari taberna-
riis tabulis, qui bonum vinum insertant alienis
et clarum, malum autem et deforme servant
pro se et domo sua, quod et ille coniugi et do-
mui sordiditates et immundicias exhibent aliis
ut puta in plateis et choreis ut placeant hominibus
se aptant, hic textus in tercio dominica post legendam
de s. Elizabeth 3o pulcritudo est deceptiva
bonum facit enim mentem hominis de se falsa
estimare Credunt enim ex ipsa homines
se esse aliquid pulchritudinis sibi reputantes
sibi ipsis mentientes, credunt etiam ex ipsa quod
sint se meliores et digniores esse, Quo
ad primum dico quod tunc valet tunc apparentiale quia
hoc est pulcritudo solum ex apparere aliquid
esse videatur, sed in eo autem non est aliquid ut
Boetius iii pro viii Si linceis oculis homines
uterentur, ita ut obstacula queque penetraret
visione, introspectis interioribus visceribus illud
corpus quod certum pulcerrimum, turpissimum vi-
deretur; quod igitur pulcer videris, non tibi natura
sed oculorum spectantium attribuit infirmitas
predicta Quia ut ad speciem ad emenda poma
bona enim pulchra ea esse bona credens que
ista pulcra et grata sunt intus quod vidi non
sunt malicia eorum non cognoscit. Quo ad
2m dixi credunt se meliores vel holkot pulchri-
tudo corporis mentem hominis in superbiam erigit
et per formam corporis sepe perditur gratia meri-
torum Ovidius in de arte a. fastus inest pulchris
sed ut in primo tactum est meliores non sunt Sed
heu sepe peiores, quia ut per totum id patuit ipsam
consequitur libido, superbia contemptus proprius fundat
invidia et multa alia mala. Sunt cuncto s pleti-
nisi velamine turpitudinis, plerumque qui sunt in forma
pulcriores sunt intus peiores dixit ergo bene Sa-
piens fallax est gratia et vana pulcritudo
ex ea non est laus neque dignus neque vera mulier.
contempsit eam Elizabeth iam pro diversa vestem
in festivum tempore etc

[illegible] ad illam [illegible] nota hystoriam de Narcisso in holkot lectione 147

an caman et exquisivi a iuventute
mea quesivi eam sponsam mihi ~~[illegible]~~
assumere et amator factus sum for-
me illius Sap viii, Christus et deus noster qui est
amator et sponsus omnium diligentium se et non
excludit aliquam que velit amare illum
copulari et desponsari sibi proverb. viii Ego
diligentes me diligo et qui mane vigilant ad me invenient
et requirit ab unaquaque anima que velit esse
sponsa eius ut se quantum potest preparet et
ornet ita ut digna fiat amore eius et non
appareat ante conspectum suum absque ornatu nuptiali
Quia si conviva qui non fuit indutus veste nupti-
ali cum scandalo eiectus est, quanto magis ea anima
que sponsa in his nuptiis esse velit, si non
velit ornatu digno se preparare domino tunc hester
ii virginum virgines per xii menses et ungu-
entis pigmentis et aromatibus et aliis que ad pertinet
ad cultum muliebrem acciperent, ut ingrederentur
regi placeant etc Item non licet indutum sacco
ire ad regem ibidem. Rex quia est magnificus
et gloriosus in seipso nobilis honore et pulcritudine et de-
decore, non igitur deformis illo nupta sit sponsa
eius, quod sicut rex filiam rustici deformem sibi non
adamaret, ita non Christus amat eam que decore et
gloria sibi displicens est Aug viii ethicorum Anima
facile generatur quod similis qui qualitate dispone mo-
ribus similes sunt facile in animam placent
quod quod alieni in se ipso placet facile diligit in alio
Sic et Christus eam in anima vera similitudine sua invenerit
facile eam diligit, cum autem displicens sibi et placens
mundo fuerit deus eam non amat beata enim
Katherina per se adaptavit ut mundo displicens sit
omnia que sua sunt sprevit et tractavit ut solum
Christo placeat unde dicit Regnum mundi et omnem ornatum seculi
contempsi propter amorem etc Et propter hoc sponse
Christo placuit et ipse amavit, eam sponsam
sibi assumpsit illam unde in figuris dicitur
de ea hester ii placuit regi super omnes invenit
gratiam coram eo super omnes rex adamavit eam
super et plus quam omnes mulieres dicta est in cubiculum
regis fecit eam regnare etc unde et xx de ea dicitur
conveniat verbo proprio hanc amavi etc ubi s
unde pro illo attendendum dixi quod preparet

se sponsam quantum potest ut regi sponso fiat conformis hoc sibi placeat considerandum primo propter quid ipse sit 2º qualiter nos ei conformare possimus 3º qualiter illo modo s. Kath. fuit ei conformata. Reperiuntur enim in Christo quatuor maxime venerabilitates aut virtutes in summo scilicet Nobilitas pulcritudo sapientia et divitiae, ipse enim est Nobilissimus pulcerrimus sapientissimus et ditissimus. Et quaecumque anima vult esse sponsa eius in istis debet esse sibi conformis, sicut et s. Kath. in nobilitate pulcritudine et sapientia multum se conformavit ei sed in divitiis hoc anima vero non indiget se quis ei conformare quia paupertatem in nobis plus diligit quam divitias, pauperibus enim regnum suum promittit dicens vestrum est regnum caelorum, ergo dicitur proverbiorum xviii Rex est dives non habet necesse sponsam ditem, respiciat igitur quaelibet anima ut nobilis sit et prudens et speciosa sit, pro illis ordinate determinandis, primo nota quod Rex iste nobilissimus est qui sponsus est Matthaei xxii homini regi qui fecit nuptias filio suo, Ecce filius regis est non parvi regis nec reguli, sed potentissimi regis Luce i filius altissimi vocabitur. Anima igitur haec erit filia quae satis nobilis est huic sponso. Non est autem haec nobilitas saecularis apud deum, sed maior est huiusmodi nativitas quam ignobilis, Salomon, nemo ex regibus aliud habuit exordium [illegible] quam alii ignobiles sed debet esse nobilis nobilitate virtutum haec spiritualis est de qua dicit Ieronimus in epistola Nobilitas est summa apud deum clarum esse virtutibus, nam ille apud deum est preciosior, non qui nomine nobilitatis gaudet, nec dignus solum, sed qui devotione et vita sancta commendatur. Anima enim nostra quo ad naturam et generationem sua nobilis est, sed virtutibus est custodia illius nobilitatis ipsa enim est filia dei altissimi qui fecit et creavit illam in summa nobilitate et generositate, sed nisi virtutibus custodiatur illa nobilitas non manet nobilis, ut per peccatum fit ignobilis. Unde igitur de nobilitate eius dicit Aug. in de quantitate animae c. xxxiiii Anima enim naturaliter quod nobilis et preciosa sit nec terra nec maria nec sidera neque aer nec aliud quod invisibile est ea melius esse credendum est, quia et omnia creata longe deteriora sunt. Matthaei xvi homo si universum mundum lucretur animae vero suae detrimentum patiatur quam commutationem faciet pro anima sua. Bernardus in meditationibus O nobilis anima o preciosa anima insignita dei imagine decorata eius similitudine, desponsata fide redempta Christi sanguine dotata spiritu angelis capax beatitudinis heres bonitatis particeps rationis et huius nobilitatem suam conservaret anima per peccata venire ut ancilla dyaboli, ipsa digna esset sponsa Christi satis nobilis, quia sicut Christus est filius altissimi sic et illa quia in manu dei creando nata est. Sed dyabolus cum in peccatum cecciderit ipsa recedit a nobilitate progenie sua et facta est ignobilis, ex filia dei facta est filia dyaboli, ergo amplius non est digna esse sponsa Christi, quia adultera dyaboli facta est secundum Augustinum super genesim ad litteram. Anima vero quae ad imaginem dei facta est sponsa Christi est, quae autem se polluit adultera est. Unde Ieremie iii Tu fornicata es cum amatoribus tuis in viis sedens expectabas eos sicut latro in solitudine, terra polluta est in fornicationibus et malitiis tuis et dyabolo etiam ignobilis amplius facta est et filia dyaboli est quia facit opera eius et obedit ei quia peccando sequitur suam plus. Unde Io. viii vos ex patre dyabolo estis quia opera eius facitis. Tres enim filias genuit ipse homicidam mendacem et stultitiam, de prima subiungit dicens ibidem, Ille scilicet pater vester homicida fuit ab initio, sic vos filii eius quaeritis me interficere. De 2a dicit dyabolus est mendax et pater eius scilicet mendacii, de 3a dicitur proverbiorum xv stultus irridet disciplinam et patrem, stultitiam stulti ipse dyabolus est. Quotiens anima nostra quam similis istis facta est cognata carni, sicut nata in pinguitate et filia dyaboli unde et post haec periret in stultitiam concepit dolorem et peperit iniquitatem. Nunquam digna anima erit haec ignobilis filia ut sit sponsa regis nobilissimi. Beda, non est digna filia latronis ut sponsa sit filii regis. Ergo dixi si volumus animam nostram Christo desponsare, debemus eam nobilitate sua custodire sed non modo si adhuc cupimus desponsari Christo possumus adhuc nobilitare animam nostram / oportet ut de novo nascatur / et penitus redeat in nova nativitate / unde Joh. iij nisi quis renatus fuerit denuo non intrabit in regnum celorum. Item Jer. 3° revertere mihi et ego suscipiam te dicit dominus. Ergo sicut per mala opera facta est filia dyaboli sic per bona opera potest fieri filia dei / Matth. v. ubi docuit dominus omnes virtutes subdit Sic faciens eritis filii patris vestri qui in celis est / unde potest dici tres esse filias dyaboli / et per contrarium reperio et tres esse filias dei / pacem veritatem et sapientiam et dico eas esse filias dei quia a deo ad omnia sola nate sunt / pax enim Christus est ad Eph. ij. Ipse est pax nostra. Item ipse est veritas Jo. xiiij Ego sum via et veritas. Ipse est sapientia Eccl. xxiiij Ego sapientia ex ore altissimi prodivi / et Christus a patre deo ante secula natus creditur / sicut in ipso unum ipse et hec que in illo sunt cum ipso unum sunt a patre nate sunt / ad illas debemus applicare animas nostras / et cum fuerimus filie dei / si debemus inter pacem per veritatem sapientiam inter eas dividimus / de pace nota secundum illud Matth. v. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Secundum de veritate nota illud Holk. lectione x super librum Sap. Sicut per mendacium efficiuntur filii diaboli / sic per veritatem fieri possumus filii dei quia deus veritas est. Item sapientia similiter nos facit filios dei Joh. primo dedit eis potestatem filios dei fieri etc. Hec est ergo decora et ornata veritate et sapientia Holk. 62 / que summo regi sponso suo placet quia amat et suscepit / et eam regina esse beatam Katherinam in nobilitate anime decoratam / unde de ea dicit dominus Audi filia et vide etc. quia concupivit rex speciem tuam hec introducuntur secundum partes legende concludendo ergo de ea quantum ad primum verbum thematis dicitur hanc amavi etc.

Sed quantum ad 2m sponsus Christus est sapientissimus Eccl. i fons sapientie verbum patris in excelsis ad Ro. xi o altitudo divitiarum sapientie et scientie dei etc. decet et sponsa eius etiam esse sapientes / unde non sufficit quod anima nostra sit nobilis nisi fuerit prudens / non sufficit quod sit filia dei per fidem aut bona operatione nisi etiam sit prudens ad custodiendum suam filiationem ad regendum suam dominum et suam conscientiam. Item ad dirigendum eam bona opera / que facit in humilitate et caritate ex illo est quod dicit beatus Gre. in omelia de decem virginibus etc. multitudo omnium que bonis et malis collecta est / decem virginibus comparatur / quarum quedam prudentes et quedam fatue dicuntur / ecce omnes virgines dicuntur inquit sed intra beatitudinis ianuam non sunt omnes recepte etc. sed sapientes intraverunt cum sponso fatue foris stantes clamant et non audiuntur. Debet igitur et sponsa se preparare in sapientia Aug. Non potest digna ut sit sponsa dei filia fatua sponsa etc. fatua velut sterquilinium eicitur a viro suo etc. Item Sap. viij Neminem diligit deus nisi qui cum sapientia inhabitat; Ideo autem sunt iste fatue quia prudentiam relinquunt ubi in o. Gre. inveniuntur fatue que licet per fidem et sponsionem aliquam etiam per bona operationem filie sunt / sed laudes exterius querentes nituntur placere mundo plus quam deo sed prudentes spem et affectum totum ad superna erigunt / solum celeste volunt / laudes et placere mundi non requirunt / unde apost. virgo cogitat que dei sunt etc. hic possum introducere de humilitate item de caritate quod in illo fiat bona operatio. Sic item per omnia prosequitur hec in beata Katherina hec est virgo sapiens etc. introducendo in legenda. Sed nunc quantum ad tertium dici

Marci ii

on veni vocare iustos sed peccatores
ita scribitur Marci ij et luce v
verba sunt hodierni evangelii. Beatus Gregorius in sermone
de feria quinta pasche. Quid in hac re fratres karissimi
aspicere valemus, nisi divine pietatis immensam
pietatem que velut in signo ad exemplum peni-
tentes nobis proposuit, quos per penitentiam vincere post
lapsum fecit. O vere in hoc immensa eius pietas
comprobatur qui nos sic conversos ad se trahere cupit
et quamvis nos terga sibi vertendo evadere nitimur
ipse currit post nos revocando ut dicetur
sicut ipse iterum dicit Gregorius in moralibus. Et ut decipere
hoc est a mala malicia nos retrahere possit, didicit
morem aucupis, qui cum vult aviculas capere ponit
aliquas escas super hoc domitas et invitatas que
in tugurio suo cantant audientibus hys que circum-
volant, estimant valde bonum esse hys et credunt se
tutas esse que sic vident cantare, et advolant
et capiuntur. Sic et dominus volens capere genus humanum
tamquam aves scilicet peccatores et impios quo illos posset de
malo et ad se trahere eciam quosdam elegit aliquos
quibus valde bonum fecit in dilectione conversacione in hac
collacione in eterna beatitudine participacione. Et omnes
hos nobis, ut videamus et audiamus et faciamus et ad eandem
gloriam perveniamus unde subdit beatus Gregorius. Vos fratres post
petrum et latronem conspicio paulum et intueor zacheum, re-
spicio mariam magdalenam et cognosco, quia
peccatores dum suum inquirunt, et totus est post hec
paulus persecutor est ecclesiam et fecit eum predicatorem
apostolorum, nimia miseria peccatrix predicta fuit, et ipsa
christo ipso familiarissima amica facta est. Sed quid cor
de hoc sancto apostolo et evangelista Matheo adnectam qui
fuit publicanus peccator et avarus. Dicit Beda in omelia
Mox vocato domino eum in apostolum statuit et conferens
et non tantum apostolum, sed et summum evangelii sui scriptorem
sed et eum principalem et primum fecit eum. O
mirandum et imitandum quod sic amat peccatores, qui tu
sic petrum fuit adeo hunc, o felix peccator qui dignus
est amore dei, propter quod eciam de celo descendere
dignatus est. Dicit quidam doctor hoc quod non angeli
non iusti traxerunt christum de celo sed peccata tua hoc
est quia peccator redimi cupiebas, tu ad tibi ipsi auxilium
dare non potuisti, ipse venit ut te adiuvaret
et te liberaret unde dictum est. Non veni vocare iustos
etc. unde sic illud propositum procedendo oritur quod dubium
quia movet beatus Augustinus super locum ubi illa verba tractat.
Quomodo eum sic dicit iustitias diligere, in quo videtur
iustum detestandum, aut quid est hoc equitas iusti detestari
quem et peccata vocavit. Cum solutione illius dubii vel

significat post multa quod finaliter advertendum sicut du-
pliciter omnes esse iustitiam, aliqui sunt usurpato-
res iustitie et hec est falsa et usurpata iustitia. Alia
vera iustitia, sic eciam quantum ad aliud membrum tractandum
dupliciter sunt peccatores ut patebit. Quantum ad pri-
mum de iustitia primo dicendum est de vera iustitia et
veris iustis. S. Thomas in 2a 2e q lviij arti i diffinit:
Iustitia est magis constans et perpetua volun-
tas ius suum unicuique tribuendi. In ista diffinitione ta-
ctum est quod de hac iustitia que sunt tres circa
opus iusti, et denique quarta eam non comprehendit
inveniri. Primum est materia quod significatur in hoc
quod dicitur tribuit unicuique quod suum est, hoc est
quasi subiectum et materia circa quam versatur opus iusti.
Dicit s. Thomas sicut sutor est circa corium et pictor circa pannum
sic versatur opus iusti circa reddicionem iuris unius-
cuiusque. Cum autem et quid unicuique reddatur longa
indigeret pertractacione et non est de proposito. Vide
eum Thomam et Augustinum hoc omne, quia teneamur supe-
rioribus deo nobis ipsis et proximis, item prioribus superioribus
equalibus et inferioribus, quod autem eorum totum
dimitto. Sufficit tamen quod unicuique suum reddatur.
Hoc facere iustitie est et illud est fundamentum iustitie. 2m est
quod hoc reddatur sic voluntarie Thomas ibidem, ad iustitiam
actum ut sic requiritur ut agens operetur
sciens eligens et volens, et illa sicut voluntas operis
iusti est eciam efficiens operis iusti, ab ipsa voluntate
accepit opus quod iustum est unde sic illo Christo luce
xi si oculus tuus fuerit simplex totum corpus tuum
lucidum erit. Si autem nequam fuerit tenebrosum erit. Dicit beatus Gregorius
super Ezechielem in prima omelia. Oculus intentio dicitur, si intentio
recta totum vitam et opus iustificat. Si autem intentio prave
voluntatis mala fuerit totum opus confundit. 3m quod
quod sic constans et perpetua. Augustinus parum de tempore
permodicum omnino est iustitia que in futuro bonum
non desinit esse. Non enim sufficit hodie iuste operari
facere et cras fornicari, non sufficit iam vel diu post
horam fallere. Dicitur enim Ezechielis xviij: Si averterit se
iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem omnes iusticie eius non
recordabuntur. Oportet enim incipere, prosequi et finem
perficere sicut Augustinus ubi supra dicit subiungens: In futuro bonum
perpetua non desinit, sed talis et tamen erit ut manere
et persona esse non possit, sic in illo intellige quia ...
sic finaliter quod ordinari debet in beatitudinem competentem
et in deum unde Seneca in de iiij virtutibus: Si iustitiam sec-
tari desideras, time primum et ama deum ut ameris
ab illo, unde et sic homo omnia peccata facit sed non
in deum ordinavit opera sue iustitie non est verus iustus
sed plasmator ergo quot sunt hodie in mundo qui iustitiam

[illegible]

103

per sectam. Nunquam nihil voluit esse et dicuntur iusti, qui omnes illas partes non custodiunt. Et heu quod pessimum est, multo plures sunt qui nullam earum servant neque deo neque mundo neque sibi ipsis ius suum exhibent, et si quis eos de iniustitia argueret, male haberet. Sicut omnis historia de alexandro magno et pirata capto de quibus dicit aug[ustinus] in iiii de civitate dei quod dixit Alexander: tu latro occupas mare. Et ille ait: ego unum mare occupo, tu totum mundum occupas et ego vocor latro, tu diceris imperator. O quot adhuc sunt magni fures suspendentes parvos fures, magni iniusti corripientes parvos transgressores, magni adulteri confundentes parvos incontinentes. Nonne videmus heu saepe iudicare iniquos principes iniustos et bestiales homines nec deo neque hominibus [illegible] iustum condemnantes et impium iustificantes, sicut scriptum est: omnes sequuntur munera. Preterea iudicia que dat [illegible] contra phi[losophi] li[bro] pro quod potestas ut sequitur advenit malis, et si adveniat bonis non facit eos meliores sed sequuntur peiores. Et in ordine nunquam voluit esse iniusti neque arguunt de iniustitia. Est adhuc ponere aliam esse iustitiam videlicet iustitiam quam voco propter usurpationem iustitie et tamen non est iustitia, falsa iustitia est. Et ea dicuntur usurpatores iustitie quos reprehendit beatus Ambrosius [illegible], qui dicunt inquit se iustos et iustitie [illegible] sibi [illegible] ignorantes autem dei [illegible] statuere suam iustitiam et suum honorem aut pudorem sine gratia volunt iusti ante deum [illegible] non sunt subiecti unde [illegible] super [illegible] tractatus illud verbum sap[ientie] i: diligite iustitiam. Quatuor distinguit genera hominum falsorum iustorum qui volunt esse et dici iusti et tamen iustitiam non diligunt. Primi sunt humanis appetentes ut qui vicia [illegible] corrigi ceteros [illegible] amatores et operum malorum et tales frequenter inveniuntur in prelatis et doctoribus spiritualibus unde arguit dominus eos Matthei xxiii: ve vobis scribe et pharisei qui mundatis quod deforis est, intrinsecus autem pleni. Amen dico vobis publicani et meretrices etc. 2. 2i sunt sale-us dissimulatores [illegible] saepe [illegible] [illegible] quod [illegible] oporteat [illegible] esse [illegible] aliquid [illegible] exhibere, admittentes illicita et scandalosa que prohibere et impedire deberent, dicunt se iniustitiam odisse et iustos esse, quia etiam iustitia hoc exigit aliud [illegible] aliud minus emendare. Sed certe hoc est in mente quod agere vel favorem hominum [illegible] divites et potentes amicos sibi contineant, aut ut ipsi liberi etiam sint cum ipsi eadem faciant. Unde dicit aug[ustinus] in quadam epistola: si medicus parcit frenetico et [illegible] indisciplinato filio parcat, dissoluto populo non est via sed crudelitas et vera malicia. 3i sunt munerum appetentes. Isti sunt qui propter lucrum et proprias acceptiones iustitiam iudicandi vel exequendi iustitiam, adiuvant eum qui plus dat, non advertentes quid iustum vel iniustum sit, et si iustum iudicium faciunt, pecuniam tamen petunt et non iustitiam. De illis dicitur Ysa v: ve vobis qui iustificatis impium propter munera. Quarti sunt amatores vindictam, dum aliquis alium impediat delictum respicit odiens, quo in levi culpa capiat alterum tunc propter amorem [illegible] accusans illum puniat ut dicens se ob culpam bene ei fecisse, et [illegible] quod excessiva sit pena operum quod [illegible] [illegible] fuerunt hii duo senes qui susannam nolentem [illegible] eis accusabant et condemnabant ad mortem. Quintus patet illos deo esse dilectos. Scriptum [illegible] cum hominibus placere confusi sunt quia deus sprevit eos et ambrosius [illegible] iustos deus non venit non vocare et ingrati sunt qui dicunt se esse iustos [illegible] autem deum. Quis [illegible] nunc quod dominus dicat quod non venit vocare iustos, certe veros iustos semper habet sibi dilectos, nunquam eos sprevit. Usurpatores autem et [illegible] iustitie [illegible] de iustitia de vita [illegible] habent, illos [illegible] et sprevit semper. Isti sunt quibus dicit Matth vii: venient ad me et dicent domine in nomine tuo prophetavimus etc. Nunquam novi vos. Non venit inquit vocare iustos superiores, istos sed peccatores [illegible] et [illegible] qui in [illegible] et [illegible] aliquid in [illegible] et [illegible] [illegible] male tractantur. Isti [illegible] et [illegible] non [illegible] [illegible] et divites [illegible] illos [illegible] illos tamquam impios nihil boni agentes. [illegible] venit vocare, et impios iudicat eorum [illegible]. Quinque [illegible] duplices sunt [illegible] [illegible] [illegible] et malorum [illegible] non [illegible] aut [illegible] [illegible] mali [illegible] boni [illegible] in verbo vel doctrina [illegible] admonentem [illegible] [illegible] [illegible] blasphemat, [illegible] et

Flos yom ...ria

O quot adhuc illos

Duplices sunt peiores

verecundia postquam intimum hec sunt peccata in spiritum sanctum
de quibus dominus dicit quod neque hic neque in futuro re-
mittantur de illis dicitur Iob xv. Tetendit manum
suam contra deum et contra omnipotentem roboratus est.
Cucurrit adversus deum erecto collo ut quod tractat
b. G. xij moralium. Currere contra deum dicimur et ten-
dere manum suam contra eum, qui divina precepta
obviamus, et deum spernere omnia apud se agimus
impenitentes se vident, audacius [illegible] ad ma-
liciam sermonem, neque credere [illegible] quod sic velit voce
illos peccatores, vel ut dicit se illos velle repellere
nunc in discedite a me omnes operarii iniquitatis
sine precibus i. vobis et lamentis, ex [illegible] me
despexistis omne consilium meum. Venit super vos calamitas
et ego subsannabo vos in interitu vestro [illegible]
[illegible] ut de vita et consiliis suis comedant. 2i
sunt peccatores humiles et penitentes, qui quamvis ex ignorancia
timore aut infirmitate inciderint in aliquod peccatum, et non
cessant totis viribus peccata pro ipsa affligere sicut
fuit publicanus ille de quo dicitur Luce xviij Deus propi-
tius esto mihi p. stans in angulo neque oculos audens
in celum levare, unde de eo subditur ipse descendit jus-
tificatus in domum suam [illegible] phariseo autem qui secum
ascendit quamvis justus sunt [illegible] [illegible] sua
de sua justicia sit peccator et abiectus est. Sic bene
penitens est [illegible] [illegible] [illegible] devota
[illegible] que ad pedes domini iacuit et lacrimis rigavit
[illegible] superbia [illegible] Simonis de sua justicia [illegible]
humilis Zacheus [illegible], regulus qui prostravit et in-
vitavit dominum ipse recepit. Sic hodie etiam de ho-
s. apostolo et [illegible] dico a peccatis suis emendata
et ad apostolatum [illegible], et non gloriosus ille Annas
aut Cayphas qui se reputabant meliores, eo quod ipsi
et [illegible] [illegible] [illegible] quod illud sustinerent
et manducarent et biberent cum eo. Ipse ipsis est ergo
[illegible] humilitate et [illegible] et clarius est. Ipsi autem i.
sua [illegible] [illegible] in illa [illegible] sunt [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non
vocavi ad gratiam, sed [illegible] et confirmacionem peccatores. Isti [illegible] et [illegible] ego veni ad gratiam
hec sunt verba que [illegible] dicit dominus non veni vocare

Respexit dominus humilitatem ancille sue. Ista
scribuntur Luce i. Verba sunt [illegible] [illegible]
sapiens proverbiorum xxvij c. in hec pre-
cetera [illegible] verba. Quod probatur in confla-
torio [illegible] et in fornace argentum [illegible] [illegible] oris

In visitacione

laudantis. Quod laudatio non placeat Ecclesiastici xxvij
[illegible] illud Job xxxvj Sapientem callidi pro-
vocant iram dei sic sequitur laus sua quippe
justos erudiat iniquos delectat justos dum eru-
diat purgat impios dum delectat iniquos
[illegible] volens magis probare [illegible]
justicie et venerandis gloriose marie virginis, quam justi-
ciam et justicie habuit [illegible] et [illegible] et modum principis
[illegible], ut consideres qualem se ad vocem laudantis
exhibuit. Ingressa est in domum Elizabeth et salutavit
illam, hec mox in eius laudem [illegible]
[illegible] eam laudando, nomen eius magni-
ficavit [illegible] quo motus sit animus eius [illegible]
[illegible] [illegible] verecundia, quod ut [illegible] respon-
sionibus patet, penitus laudationem a se fecit alienam
quasi non suam, sed ascribere voluit eam illi cuius
est propria cui eam facit plus quam sibi, ipso se
nichil glorians nisi in sua vilitate et infirmi-
tate huius rei [illegible] rectius [illegible] manifestum
dicit quod Elizabeth mariam beatam et benedictam
proclamat. Mox [illegible] anima mea dominum
et ex. sp. m. in d. sal. meo quia re. hu. an. sue
[illegible] est quod se nulla [illegible] potuit [illegible]
[illegible] mihi [illegible] mea [illegible]
[illegible] regina celi [illegible] ut sic [illegible] Ihesus
Christus. Non putavit quod ad aliquo fide [illegible] posset
tantum misterium secreto cordis sui habitando
[illegible] illud sermone, quamquam [illegible] laudes
illius cepit amorem cognatam suam ut deum
laudaret, ad quem spectat omnis laus et gloria.
Se autem solum tamquam vilem parvam et humilem
recognosceret, et ad laudes huius acceptionem
minus abilem ad hunc sensum verborum quasi dicat
O mea cognata, quid tu me sic laudas audi me
et disce meritum deum laudare hunc enim laudes et
magnificat anima mea, huius est opus quod
vides, huius est virtus quod dixisti et non mei
[illegible] in me nichil est honoris nichil mihi, ergo non
meis [illegible] illud honorem ad [illegible], ipse [illegible] et [illegible] infirma
eligit gloriam [illegible] humilia eligit [illegible] [illegible]
parva [illegible] in nullo genere glorie [illegible] lau-
dari volo nisi in [illegible] meis in [illegible] et hu-
militate mea, sed [illegible] plenius sunt humilitatis hec gloria
mea, hec est [illegible] magnifica
laus mea quod respexit dominus humilitatem ancille sue.
Ubi [illegible] Maria in quatuor collaudatur
et magnificatur ab Elizabeth ad que ipsa in sua
responsione reddit alia quatuor per que ipsa

laudem sicud a se ipsa inveniendo deo attribuit. laudat igitur eam de benedictione sive beatitudine, de dignitatis altitudine, de fidei magnitudine, et de prolis aut virtutis valitudine. Quantum ad primum ut notatur in lectione evangelii Elisabeth dixit mariam esse beatam sive benedictam. Beata es inquit que credidisti et iterum benedicta tu in mulieribus. O quanta est hec magnitudo huius eximie laudis. o maria quibus terreris quid verecundaris, ad tante laudis magnitudinem, times ne fortassis talis esse quales fieri speraverunt et oraverunt tot sanctissimi patres tui qui ut benedictionis divine et beatitudinis sancte munera consequi possent nullo ad deum deprecati sunt. vere si recte estimarem invenio non te hoc voluisse, sed verecundia et prudentia tua in animo tuo te tenuisse. Cum tu illud divinum misterium in secreto cordis habitaculo volebas animo pretuens quod nullus tibi si diceres crederet, audisti illud iam palam fieri et hominibus cognitum. Certe admiracione dignum. Illud est verbum angeli, quod nullo hominum preter te audierat, quod dixit benedicta tu in mulieribus. Vide ergo illud Elisabeth diceret. Gaude o maria tu nobilissima virgo noli mirari. Cognosce hunc esse spiritum qui tunc per angelum hoc verbum tibi ministrat non senis nec audis. Spiritu sancto enim repleta est Elisabeth et clamavit. Si spiritus sanctus in ea est, quid miraris, ipse est qui et ad te venit qui illud verbum similiter in ore angeli posuit tibi in salutacione, inquit Ambrosius. Sed eodem verbo loquens sed tunc dat. Nonne spiritus sanctus semper suos novit et numquam obliviscitur, non time ergo o maria sed gaudens suscipe hoc verbum, scias te ipsam dici benedictam. Certe cum deus te benedixerit vere benedicta es, quod quem deus benedixerit hic beatus est etc. 2o de dignitatis altitudine laudant eam, quod dixit unde michi hoc ut veniat mater domini mei ad me etc. O celestis dignitatis, o immensa altitudo, quibus verbis plenius dicit aut novit, quibus audivit ut deus meus hec sive hoc mater est et filia, sed hec ut novi quibus audivit illud, sed quis ad hoc tenta e beata virgo, nichil scandalosum nichil inhonestum tibi est quod mater dei diceris, times etiam, nichil indignum est quod hanc excelsam dignitatem nullo se veram sunt quod non sanctis dignos se putarent quod filii eius dei exerint, poterit ut se faceret ut servos et ancillas suos ut dicitur Luce xv. tu eum sic honorares ut ipsius mater predicti dici. gaude abscit tibi omnis timor sed fortassis si recte te intueor cognosco te non honoris illius aut gracie sed virtutis et magis humilitatis cupidam. mater dei cum sola fueris non dedignata [illegible] virtute humilitatis. Cum sola eis domina digna es dixit quod sis ancilla. Ambrosius super lucam sed illo verbo ecce ancilla domini etc. vide inquit quam humilis vide eius devotionem, ancillam se dicit que mater eligitur, nec repentino exaltata, promissa [illegible] ullam sibi arrogationem tante gracie sibi vendicavit. 3o laudatur de fidei magnitudine beata es inquit que credidisti. O magna laus virginis, que tam indubitanter verbis credidit angelicis. In ea idcirco sunt ipsi confunduntur in qua abrahe laus ipsius fidei [illegible] zacharie filium precedens incredulitatis supplicia. Ambrosius super lucam vere inquit beata virgo que prodiens sacerdotem precedit fuit, cum sacerdos fidem negasset virgo correxit errorem. 4o laudatur de operacionis valitudine in eo quod dicitur, cum factum est vox salutationis tue in auribus meis exultavit in gaudio. O quanta est hec laudatio, tam et tribuenda miraculose operacioni, quibus mira quod ossa helisei mortui, mortuum quem tangebant suscitarunt [illegible] homo. hoc nichil est mirabilius quod hodie actum est, infantem in utero in hoc virginis adventu vitam habuit, et si minus quod abilis ad vitam, aliud sed ad vitam habile vivere fecit. differentia hec, duo sunt quod vita indigens homo ad vitam adhuc abilis non fuit, unus aliud dat ad quod habendam ipse adhuc non est aptus. Sed item non solum sibi unius cepit aliud, non minor quam cepit ei, que honorationem se esse novit, et si ipse videre illud nec vidit nec novit, per miraculum assurgit ut [illegible] qualis sonus sit. O inestimabile laus cui quod hodie sibi ascribitur, sed vere hec humillima virgo et mater quam laudis magnitudine non est delectata, que non ita capta [illegible] esse, non ita laude magnificari sed [illegible] gracie [illegible], cepit laudes suo dicenti cum a se ad deum convertere, nulla alia responsione inserta. mox prorupit in laudes dei altissimi canticum fecit gloriosum in quo singule quatuor de deo [illegible] per que quatuor dicere [illegible] iiij de se ad illud [illegible] fiat, predicant eum de deo quod potens sanctus misericors sit et quod salvatoris vel salvator suus sit. O quanta in hac virgine humilitas quanta virtus quanta justicia recte in primis dictum est justos laus [illegible] conciat et dum conciat quales sunt ipsi demonstrat. Sed laudatur et [illegible] ipsius [illegible] eius iustitia manifesta

Reddere deo eius iustitia, quod secundum beatum Augustinum iustitia est virtus que reddit unicuique quod suum est. Marie virginis iustitia maxime in hoc ostenditur quod in sua laude putabat alienum se posse rapere despexit additum videri a se honore sue magnificentia. Sed cuius est et ad quem spectat omnis honor et gloria attributa est reddere integraliter et reddere quod putabat se non iuste posse possidere, potentiam et virtute operum que de se dicebantur deo reddidit, quod confessa est quia fecit sibi deus magna qui potens est, sanctitatem plenam et beatitudinem de se predicanda se reddidit et sanctum est nomen eius, dignitatem quia mater dei dicebatur deo ascripsit, quia mater eius creatorem eius factura se confessa est eius nunc ancillam, ab eo dicit se salutem accepisse, cui sancta salute constringere. Quod exultavit spiritus meus in deo salutari meo, salutari meo in deo salvatori creatori et redemptori meo, a quo quasi dicit omnem salutem ego habeo non ipse a me accepit. Ultimo sibi magnificentia in rebus celebritate divine vite, et nihil per suum conficiendo se consequenter esse nihil ad sibi nullo operibus sed totum accepisse ex mera divina pietate et misericordia eius a progenie in progenies timentibus eum. Quod sic per contemplationem ostensum quasi ex parte sua nostre possum amplius dilucidare. Concludunt in eadem sententia que ad distinctionem sermonis forma est, quod nihil glorie Maria non de sua insufficientia nihil dicens non se fuisse. Ergo quia deo placuisset. Sed tamen utilitatem et qualitatem non se fuisse. Si hec placuerit se possibile est in ea aliquid fuisse, ideo accepta omni gloria respexit humilitatem etc.

## De adventu domini ad iudicium

Memor esto iudicii mei. Eccl. 38.

Magister in libro de vita Christi parte i c. xli dicit quod triplex est adventus Christi scilicet in carnem in mentem et ad iudicium; tertium celebramus propter primum et primum propter medium. De adventu ad iudicium fit mentio isto tempore in divino officio ut inducamur nos [illegible] ad venerandam venturam festivitatem natalis domini in carnem nos solventes specialiter de adventu in carnem. Ideo festa recolimus quia per ea verbum eternum mentalem conceptum merea[mur]. Dum ipsum mentale conceptus est maxima gratia omnium donorum que in hac vita secundum legem communem [illegible] consequimur. Unde dicit Aug. Beatior fuit Maria concipiendo Christum mente quam carne, et ideo quod maioris est preparare locum et quod introducit caritatem sicut fecit filium. Ideo ecclesia celebrans domini adventum in carnem prius et in mente qui est adventus amoris, simul mentionem facit in officio de adventu eius ad iudicium qui est adventus timoris, ut nos per timorem amore inducamur, ac per hoc nos moneamur ad [illegible] hospitii preparationem isto verbo eterno mentali in nobis concepto dicimus cum propheta: A timore tuo domine concepimus spiritum salutis. Hec ille.

Memor esto iudicii mei. Advertendum quod homo conditus est ad consequendam vitam eternam, ad quod tria requiruntur scilicet mali declinatio, boni operatio et pro eterna pace laboris perpessio. Ad hec autem tria in hac vita consequenda que valent pro eterna vita adipiscenda maxime valet consideratio finis. Unde dicitur: Quicquid agas prudenter agas et respice finem. Primo namque consideratio finis valet ad mali declinationem sicut testatur Sapiens Eccl. vii: Memorare novissima tua et in eternum non peccabis. Que verba tractans sanctus Bernardus in quodam sermone dicit: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, que quidem quatuor sunt scilicet mors, gehenna, iudicium et gloria. Quid horribilius morte, quid terribilius iudicio, quid intollerabilius gehenna, quid iocundius celesti gloria. Secundo consideratio finis valet ad boni operationem, quod dicit philosophus primo ethicorum quod consideratio sive cognitio finis magnum habet incrementum ad vitam humanam, hoc est ad directionem operum vite humane, et ponit exemplum quemadmodum sagittatores signum habentes magis utique adipiscuntur quod oportet scilicet tangere signum. Tertio consideratio finis valet ad laboris perpessionem, quod dicit b. Aug.: Quod spes premii minuit vim flagelli. Et b. Ambr. de interpellatione David li. 1: Magna est consolatio presentium spes futurorum. Ista tria exemplariter patent in opifice. Nam opifex qui attendit ad finem operationis sue que est remuneratio et gratia domini sui utique fideliter operatur, precipue si novit quod dominus considerat laborem sicut scriptum est de domino nostro [illegible]. Quid tu solus laborem et dolorem consideras, et ob ista dicit philosophus et [illegible] quod finis est ultimum in operatione [illegible] et propter hoc secundum ordinationem romane ecclesie legitur evangelium de ultimo fine in ultima dominica, tunc est primus in intentione et ob hoc ecclesia sancta in principio anni scilicet in prima dominica divinorum officiorum proponit nobis evangelium de ultimo fine ad docendum nos quod ultimum iudicium et ultimam remunerationem debemus recogitare in principio omnium operum nostrorum. Ideoque congruenter fecimus thema presentis assumpto verba dei omnipotentis pie consulentis quibus dicit ad quemlibet christianum: Memor esto iudicii mei.

Ubi advertendum secundum Isid. li. 3 de summo bono c. xxviii: Geminum est divinum iudicium, unum quo in hac vita homines iudicantur, et in futuro alterum. Et hoc est duplex scilicet particulare et universale. Iudicium divinum particulare est quod agitur cum qualibet anima immediate post separationem a corpore in novissimo hominis die, ubi ipsa anima secundum opera sua iudicabitur ad gaudia vel ad tormenta purgatorii vel inferni secundum illud Eccl. xi: Facile est coram deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. Unde dicit [illegible] de miseria conditionis humane quod tam bonus quam malus antequam egrediatur anima de corpore videt Christum in cruce positum, malus ad confusionem ut erubescat se esse redemptum sua culpa, Io. xix et Apoc. i: Videbunt in quem pupugerunt; boni vero ad consolationem [illegible] et pie credendum est gloriosis post obitum occurrant agmina superiorum forte specialiter illorum quos specialiter honoraverunt aut [illegible] fuerunt homines in hac vita. Unde b. Ieronimus in epistola ad Eustochium: Qualis erit illa dies cum tibi Maria mater domini occurrerit choris comitata virgineis. Ad illud iudicium non obliviscendum monens nos s. Aug. li. 1 sermonum domini sermone xxi: Fratres inquit unusquisque de novissimo suo die cogitet in quo recipiet iudicium suum particulare, ne forte cum [illegible] vel putaverint longinquum esse novissimum seculi diem dormitent ad novissimum [illegible] diem. Aliud est iudicium divinum universale quod agetur in novissimo seculi die congregatis omnibus hominibus simul in et circa vallem Iosaphat, ubi recipiet unusquisque secundum finalem sententiam retributionem secundum merita sua [illegible] non solum quo ad animam verum etiam quo ad corpus. Hoc utrumque iudicium cogitandum scilicet ad predicta tria consequenda. Unde dicitur [illegible] xxviii: Viri mali non cogitant iudicium, qui autem requirunt dominum animadvertunt omnia.

Sit autem nobis cogitandum quia scilicet ad multa. Primo ad mali declinationem teste b. Aug. in sermone de s. Io. bapt. ubi dicit: Nam quia familiaritate mens humana in diversis mundi huius illecebris et concupiscentiis devicta fugit laborem, expetit voluptatem, et vix ad hoc ducitur ut concupiscentias a se vite prioris excludat. Si enim cepit cogitare ultimi diei veritatem ac futuri iudicii pondus [illegible] et stimulata aut spe premii vel timore supplicii voluntatem bellum indicit passionibus ut cum [illegible] assiduis et violenter se vincere ipsam gaudeat. Hec ille. Unde legitur in li. de [illegible] quod quidam doctor parisiensis et vita et [illegible] et fama doctrina atque scientia inter ceteros doctores parisienses excellens honorabiliter et mirabiliter [illegible] gravi et ultima infirmitate preventus [illegible] decumbens diem clausit extremum, cumque tota die illa qua defunctus est more parisiensium [illegible] funere in feretro decumbente [illegible] officia defunctorum in [illegible] mane congregata ibi universitate presente tam scolarium

Ad dicti [illegible] mentionem te significat [illegible] ut [illegible] Iob 29 [illegible] iudicium quod quanto plus [illegible] pro[illegible] experta [illegible] iudicium tam doctorem et tam honestum virum sollempnis pararetur funeralis officii sepultura. Cum igitur feretrum viri feretrum in quo funus iacebat elevare vellet ad ecclesiam deferendum, subito cunctis stupentibus qui mortuus videbatur et erat elevato capite resedit in feretro, ac omnibus audientibus alta et terribili voce clamavit: Iusto dei iudicio accusatus sum. Et hoc dicto caput deposuit et decubuit sicut prius. Qua voce cuncti attoniti et territi deliberaverunt ipsum illo die nullo modo fore sepeliendum sed usque ad crastinum reservandum. Mane ergo sequenti cum multitudo magna convenisset, ipsum funus ad sepulturam portaturi, defunctus sicut prius elevato capite dolorosa et terribili voce iterum: Iusto dei iudicio iudicatus sum. Quam vocem multitudo audiens et intelligens stupuit plus quam prius, et aliquamdiu interrogantes quid vellent sibi timere tam insoliti et inexpecti defuncti clamores, adhuc decreverunt ipsum ad aliud usque crastinum nullatenus tumulandum. Tercio vero die cum propter ista prodigia fere tota civitas convenisset, et funus cuncti separare vellent ad tumulum deportare, defunctus sicut prius iam tertio altissima et mestissima voce personuit: Iusto dei iudicio condempnatus sum. Qua horribili sententia audita quasi omnes timentes facti sunt terrore perculsi, certi facti de condempnacione tanti viri qui inter alios et super alios videbantur honestate vite, claritate fame, dignitatis excellencia, et multiplici sapiencia et sciencia prefulgere. Ea tempestate erat ibidem magister Bruno doctor famosissimus natione teotonicus de civitate Coloniensi non obscuris parentibus natus, ecclesie Remensis canonicus, et ibidem scolarum magister, qui supradictis vocibus salubriter territus atque compunctus allocutus est quosdam socios suos ibidem presentes in hec verba aut similia: Fratres karissimi, quid faciemus? simul omnes peribimus, non salvabitur nisi qui fugerit. Si in viridi hoc fit in arido quid fiet? Si homo tante dignitatis, tante literature, tante scientie, qui videbatur tam honeste vite, qui erat tam celebris fame, sic indubitanter est dampnatus, quid nos miseri homunculi faciemus? Si lugubri voce huius homuncionis tam horribili ac stupenda timore et tremore concussi et stupefacti sumus, quid facturi cum rugitus leonis cum extremi iudicii tuba in aures nostras personuerit, cum omnes audiemus: Surgite mortui venite ad iudicium? Hiis et similibus verbis et sententiis seipsum et socios quosdam alloquens et exhortans, deliberaverunt ipse et cum eo sex alii probi viri abnegare mundo et omnibus pompis eius, et ad perfectam penitentiam agendam heremi desertum competentem querere, et ibidem relictis omnibus divitiis, deliciis et honoribus huius mundi, arripere singuli cruces suas, et iudicio proprio mediante per artam viam scilicet que ducit ad vitam, et latam ac spatiosam deserere quam amatores et sectatores mundi perducit ad supplicia dampnatorum.

qui audierant famam sanctitatis sancti Hugonis episcopi Gratianopolitani, qui prius aliquo tempore eundem magistrum Brunonem in studio Parisiensi rectorem extitisse, spiritu sancto inspirati, ad memoratum sanctum episcopum simul accedere decreverunt, et eiusdem auxilium et consilium requirere, ut in eius diocesi quam audierant multis desertis montibus habundare locum congruum obtinerent, in quo suum sanctum propositum ac salubre possent effectui mancipare. Quos episcopus non solum grate sed et reverenter suscepit et tractavit et voti compotes fecit. Ipso namque consulente, iuvante et comitante, Carthusie solitudinem intraverunt atque construxerunt anno domini millesimo lxxxiiii ut dicitur etc. Ecce qualiter iste clericus magister Bruno cum sex sociis compunctus cum ipso sancto episcopo Carthusiam construxerunt et in eadem a malis omnibus declinaverunt.

Secundo iudicium cogitatum inducit ad boni operationem. Quod dicit beatus Ambrosius libro i de officiis capitulo ... Nichil est quod magis proficiat ad vitam honestam quam ut credamus eum iudicem venturum quem et occulta non fallant et indecora offendant et honesta delectent. Hic ille. Item habetur in vitaspatrum ubi narratur quidam senex quod aliquis frater dum commorari vellet et prohiberetur a matre sua, non quiescebat ab intencione sua dicens: Salvare volo animam meam etc. Si iniuriam matris mee sustinere non potui, quomodo Christi et angelorum eius accusacionem confusionem potero in die iudicii sustinere?

Tercio iudicium cogitatum inducit ad laboris perpessionem. Qui enim frequenter cogitat futurum iudicium parat se ad perpessionem laboris et excutit se ab omni segnitie et negligentie. Dicit enim sanctus Ieronimus qui de seipso loquens super Math. sic dicit: Quociens diem iudicii considero toto corpore contremisco. Sive enim comedam sive bibam sive aliquid aliud faciam, semper videtur illa tuba terribilis insonare auribus meis: Surgite mortui et venite ad iudicium. Et idem ad Eustochium et hic habetur: Ego in cellula mea latens sepulchro et pene vinculis colligatus cotidie diem illum tremendum expecto. Ieronimus: Venientes horas ego domine omnia tua ... timeo. Et beatus Anselmus libro de meditationibus super illo verbo dies illa dies ire: Quid dormitas o pigra homuncio? quid ... anima tepida et evomi digna de ore dei? qui enim non expergiscitur et qui non tremit toto corde et corpore ad tantum tonitruum non solum dormit sed mortuus est. Item legitur in speculo hystoriali quod quidam rex fuit magnus et gloriosus et factum est procedente illo in curru deaurato cum regali obsequio obviasse illi duos viros attenuatos et sordidis vestibus indutos, attenuatas macie et pallidas facies habentes. Ut ergo rex vidit illos desiliens confestim de curru, et in terram prostratus adoravit, et surgens amplexatus est eos et affectuose osculatus. Magnates vero illius ac proceres de hoc indignati sunt arbitrantes eum fecisse indigna regali gloria, non tamen ausi sunt eum reprehendere, germano fratri eius suggesserunt ut ei loqueretur ne tantae celsitudinis diadema tantam inferat ignominiam, qui cum fratri ista diceret et eius humiliationem reprehenderet, ei rex responsum dedit quod ille non intellexit. Consuetudo autem erat illi regi quod quando mortis sententiam aliquem dictabat, praeconem suum ad ianuam illius cum tuba huic officio deputata mittere, cuius voce omnes cognoscebant mortis reum illum esse. Vespere igitur veniens misit buccinam mortis tubicinare ad ianuam fratris sui, quam cum audisset ille de salute desperans tota nocte sua disposuit, ac summo diluculo nigris indutus vestibus ac lugubribus cum uxore ac filiis pergit ad fores palatii flens ac lugens, quem rex ad se ingredi fecit, videns eum lugentem ait: O stulte et insipiens, si tu sic timuisti praeconem germani fratris tui adversus quem te nihil deliquisse cognoscis, quod mihi reprehensionem intulisti quia in humilitate salutavi et osculatus sum praecones dei mei probabilius mihi mortem significantes et terribilem domini occursum cui multa et magna me peccasse conscius sum. Hoc denique tuam arguens insipientiam isto usus sum modo.

## Memor esto iudicii mei etc. ubi s.

Circa divinum iudicium futurum in novissimo die tria sunt consideranda:

Tempus quando scilicet veniet
Actus et quid fient et
Fructus post iudicium quid fiet

Primum igitur considerandum principaliter de extremo iudicio est tempus. Circa tempus igitur ~~extremi iudicii~~ adventus Christi ad iudicium tria veniunt declaranda scilicet Certitudo, Incertitudo et Sollicitudo. Certum enim est quod est venturus iudicare vivos et mortuos, sed incertum quo anno vel quando veniet, ideo semper debemus esse solliciti ut cum venerit inveniat nos vigilantes. Primum igitur considerandum circa tempus iudicii est certitudo, quia ipsum hoc est certitudinaliter et indubitanter aliquando venturum, quam certitudinem tria probant:

1 Sacrae scripturae inviolabilis auctoritas
2 Fidei catholicae indefragabilis veritas
3 Rationis evidentiae indissolubilis claritas

Sed quare huiusmodi certitudo futuri iudicii adeo fortiter sit probanda possunt assignari tres rationes.

Prima propter futurorum haereticorum confutationem, de quibus ~~dicit~~ dicit sanctus Petrus ii Petri iii c.: Venient in novissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes et dicentes: Ubi est promissio et adventus eius? Glo.: Veniunt illusores illudentes fidei et spei christianorum quia temporis resurrectionem futuram sibi frustra promittant.

Secunda propter tepidorum christianorum excitationem. Sunt enim quidam tepidi christiani qui fugiunt verbum dei dubitantes in fide non credentes iudicium futurum vel resurrectionem mortuorum, ideo audacter exponunt se omnibus malis dicentes illud Sapientiae ii: Dixerunt enim apud se non recte cogitantes: Exiguum et cum taedio est tempus vitae nostrae, et non est refrigerium in fine hominis, et non est qui agnitus sit reversus ab inferis. Et post pauca: Venite et fruamur bonis et utamur creatura tamquam in iuventute celeriter. Vino pretioso et unguento nos impleamus et non praetereat nos flos temporis; coronemus nos rosis antequam marcescant; nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra; nemo nostrum sit exsors luxuriae nostrae; ubique relinquamus signa laetitiae quoniam haec est pars nostra et haec sors. Et enumeratis pluribus malis subiungit: Haec cogitaverunt et erraverunt, excaecavit enim eos malitia eorum et nescierunt sacramenta dei, i. secreta iudicia dei.

Tertia ratio propter bonorum christianorum confirmationem et consolationem, ut intelligant quod prudenter agunt a malis declinando et bona faciendo ut non deficiant in pugna. Ex his patet quod necessarium rationabile et utile est fortiter probare certitudinem futuri iudicii, quemadmodum in textu huius divisionis praemissum est. Dico igitur primo quod certitudinem futuri iudicii probat sacrae scripturae inviolabilis auctoritas, de qua dicit beatus Aug. li. xx de civitate dei c. i.: De die ultimo iudicii dei quantum ipse donaverit locuturi eumque asserturi adversus impios et incredulos tamquam in aedificii fundamento prius ponere testimonia divina debemus. Sed quo ordine divina testimonia poni debeant idem docet eodem li. c. iiii dicens: Huius itaque ultimi iudicii dei testimonia de scripturis sanctis quae ponere institui prius eligenda sunt de libris testamenti novi, postea de veteris, quamvis vetera priora sint tempore, nova tamen anteponenda sunt dignitate. In veteribus habentur lex et prophetae, in novis evangelium et apostolicae litterae. Et firmat suum dictum exemplo Christi ibidem dicens: Hunc et ~~ipsum~~ ipse Christus istius ordinis servandi esse demonstrans: Scriba inquit eruditus in regno dei similis est viro patrifamilias proferenti de thesauro suo nova et vetera. Non dixit vetera et nova, quod utique dixisset nisi maluisset meritorum ordinem servare quam temporum. Hucusque ille. Eligendo igitur testimonia primo de novo testamento ex evangelio et libris apostolorum et expositoribus eorundem, dico quod certitudo venturi iudicii ostenditur triplici testimonio:

primo Christi testis fidelissimi omnium verorum
2o sanctorum apostolorum
3o doctorum expositorum

Primo ostenditur testimonio Christi qui est testis fidelis omnium verorum, Apoc. i. Cuius etiam testimonio primo utitur beatus Augustinus li. xx de civitate dei c. v. sic dicens: Ipse salvator cum obiurgaret civitates in quibus virtutes magnas fecerat neque crediderant et eis alienigenas anteponeret, Verumtamen inquit dico vobis Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et paulo post alteri civitati: Amen inquit dico vobis quod terrae Sodomorum remissius erit in die iudicii quam vobis. Hic evidentissime praedicat diem iudicii esse venturum. Hucusque ille. Propter verborum maiorem intellegentiam advertendum quod dominus Matth. xi sic loquebatur praedictis civitatibus: Vae tibi Corozain, vae tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in ~~[illegible]~~ vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis Tyro et Sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu Capharnaum numquid usque ad caelum exaltaberis? usque ad inf. des. quia si in Sod. fac. f. v. q. fac. s. in te for. man. usque in hanc d. Verum d. v. q. t. Sodo. re. e. in die iudicii q. t.

Math. xi

Ubi advertendum quod salvator non solum denotavit illas civitates Iudee, sed etiam omnes civitates designatas per eas spiritualiter. Unde dicit Rabanus: Corozaim intelligitur misterium et significat illas civitates in quibus misteria divina copiose predicantur. Et bethsaida intelligitur domus fructuum vel domus venatorum et significat illas civitates in quibus habundant fructus spirituales scilicet verbum dei et sacramenta et ubi etiam sunt venatores spirituales scilicet predicatores verbi dei, quibus omnibus dominus minatur maiorem penam propter impenitentiam quam tyro et sydoni id est civitatibus gentilium et infidelium. Capharnaum autem intelligunt quidam de villa pulcerrima, et videtur michi significare ecclesias cathedrales et collegia canonicorum et monasteria monachorum et sanctimonialium qui penas habebunt in iudicio quam sodomite si non egerint penitentiam.

Deinde beatus aug. assumit aliud testimonium christi dicentis ibidem et alio loco scilicet math. xij Viri Ninivite surgent in iudicio cum generatione ista et condempnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione Ione et ecce plus quam Iona hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista et condempnabit eam quia venit a finibus terre audire sapientiam salomonis et ecce plus quam salomon hic. Duas res hoc loco discimus: et venturum esse iudicium, et cum mortuorum resurrectione venturum. De Ninivitis enim et regina austri quando ista dicebat de mortuis sine dubio loquebatur, quos tamen in die iudicii resurrecturos esse predixit. Non ideo dixit condempnabunt quia ipsi iudicabunt, sed quia eorum comparatione isti merito dampnabuntur. Rursus ponit addit aliud testimonium ibidem dicens: rursus alio loco cum de hominum bonorum et malorum nunc permixtione postea separatione que utique die iudicii futura est loqueretur scilicet math. xiij adhibuit similitudinem de tritico seminato et superseminatis zizaniis, eamque suis exponens discipulis: qui seminat inquit bonum semen est filius hominis, ager autem est mundus, bonum autem semen hii sunt filii regni, zizania autem filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminat ea est dyabolus. Messis vero consummatio seculi est, messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni comburuntur sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos suos et colligent de regno eius omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. qui habet aures audiendi audiat.

Hic iudicium quidem vel diem iudicii non nominavit sed eum multo clarius ipsis rebus expressit et in fine seculi futurum esse predixit. Adhuc subiungit aliud testimonium ibidem dicens ad discipulos suos math. xix Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis et vos super sedes xij iudicantes xij tribus israel. Hinc discimus cum suis discipulis illum iudicaturum. Unde et aliis iudeis dixit scilicet luc. xj Si ego in beelzebub eicio demones, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. hec ille. Idem in eodem libro c. v. addicit testimonium quartum ad separationem dicens: Pervenitur ad illud hic dicam quod in libro suo math. scripsit et est christi de bonorum et malorum separatione legitur per iudicium extremissimum atque novissimum christi. Cum autem venerit inquit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo tunc sedebit super sedem maiestatis sue et congregabuntur ante eum omnes gentes et separabit eos ab invicem ~~...~~ sicut pastor segregat oves ab hedis et statuet oves quidem a dextris suis hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei percipite regnum a constitutione mundi paratum vobis etc. Tunc dicet inquit et his qui a sinistris eius erunt: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. etc.

Hec testimonia euvangelica adducit beatus Augustinus. Possent plura adduci si temporis pateretur brevitas que tamen non videntur pretermittenda quod ponitur math. xiij ubi dominus dicit: Simile est regnum celorum sagene misse in mari etc. Sic erit in consummatione seculi. exibunt angeli et separabunt malos de medio iustorum et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium et alia similia non pauca que [illegible] iudicium [illegible] seculi expresserunt in fine.

Tertio probatur certitudo futuri iudicii testimonio sanctorum apostolorum et primo sancti petri qui epistola ij c. iij sic dicit: Celi autem qui nunc sunt et terra eodem verbo repositi sunt igni reservandi in diem iudicii et perditionis impiorum hominum. Quos autem celos sicut beatus aug. li. xx c. xviij dicit celos istos aereos intelligimus quorum locum ac spatium aqua diluvii crescendo superavit, non autem illos superiores ubi sol et luna ac sidera planete quoque constituta sunt. Item probatur testimonio sancti pauli qui dicit ij ad thi. 4 Testificor coram deo et christo ihesu qui iudicaturus est vivos et mortuos. Idem ad heb. x Terribilis est autem quedam expectatio iudicii. et ij ad cor. v Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum. Consequenter testimonio sancti iacobi epistole v Patientes estote usque ad adventum domini. Item testimonio sancti Iohannis apocalipsis i Ecce venit cum nubibus et videbit eum omnis oculus et qui eum pupugerunt et plangent se super eum omnes tribus terre. Concludit sanctus iudas in epistola sua c. i dicens: Ecce veniet dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus suis et impietatis eorum quibus impie egerunt et de omnibus duris que locuti sunt contra deum peccatores impii. Plura alia possent adduci ex dictis sanctorum apostolorum testimonia que brevitatis causa dimitto.

Quarto certitudo venturi iudicii probatur testimonio sapientiorum doctorum nomina testium fidelium [illegible] quorum omnium dicta ponere esset tediosum nimium quia in sequentibus aliqua sunt dicta et multa in sequentibus venient enarranda. Ideo aliqua doctorum dicta que videntur magis ad propositum facientia et edificatoria tangam. Et primo beatus Iheronimus qui ita dicit ad Sabinianum diaconum lapsum: Time quesumus ante ... et crede dei futurum iudicium. Idem ad Apollam de fictis annis: Ante tribunal christi stabimus ibi patebit qua mente quisque vixerit. Item ad Heliodorum de exemplo(?) ... et est epistola xxxv: Veniet veniet illa dies qua corruptivum hoc et mortale induet incorruptionem et immortalitatem. Beatus servus quem invenerit dominus vigilantem. Tunc ad vocem tube pavebit terra cum populis, tu gaudebis. Cum iudicaturus dominus lugubris mundus immugiet, et tribus ad tribum pectora ferient. Potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. Exhibebitur cum prole sua venere tunc igneus iuppiter. Adducetur et

cum pus stultis plo distipul Et ayh nichil
sunt sua prodeunt argumenta Tunc tu
rusticanus et pauper qui vilnisti mundo
qui nunc vivis cum xpo tunc exultabis
in dno dicens Ecce cui confisus deus meus
ecce qui fuit spiritus coronatus ecce qui iacuit
in presepio pannis involutus ecce nunc verus
iudex iustus omnium hominum iuxta iudicaturus
Ueme nunc iudex miser meum propter quod in
tenet fixeras vide nunc romanum latus propter
quod foderas videto nunc vivum id spiritum propter
corpus sit quod dicebas clavis discipulos
suscitasse h(ec) ille / Et mellifluus doctor Bern(ardus)
in epla ad eubertum veniet michi dno illa
quando plus valebunt pura corda quam astuta verba
Et consciencia bona quam marsupia plena quando
quidem iudex ille non fallitur verbis nec flectetur
donis h(ec) ille dicta aliorum doctorum que possidetur
inscribentur dicta presenti transeo Ex predictis
patent testimonia novi testi de certitudine
futuri iudicii et concludit nunc omni doctor s(anctus)
Bonaventura in breviloquio suo parte vii c i
dicens Sine dubio iudicium universale futurum
est in quo deus per dominum nostrum ihesum c(hristu)m
iudicabit vivos et mortuos bonos et malos
reddendo unicuique secundum exigentiam meritorum propriorum
capitulum nunc testimonia veteris testi

### Memor esto iudicii mei

Postmodum itaque testibus testamenti novi debito ordine
premissis iudicii certificacionem restat nunc addere
testimonia veteris testi Et quoniam sanctorum
veteris testamenti quadrifariam dividunt s(cilicet) in lib(ros)

legales
historiales
sapienciales et
prophetales

Quadripartita testi sentencia
ex veteri lege et quinto bi
Aug. xx li de civ dei c iii
dividat veteris testi in lib(ros)

legales et prophetales solum tamen sub isto nomine
binario videtur comprehendere alios libros hyst(oriales)
sub legalibus / sapienciales sub prophetalibus vel
utrosque sub prophetalibus quia in omnibus aliqua
prophetia invenitur ¶ Primo igitur sumenda testimonia
ad probandum certitudinem futuri iudicii ex
libris legalibus quorum sunt quinque et dicuntur penta
teucus Unde quinque libri moysi Gen(esis) Exodus Levi
ticus Numeri Deuteronomius Et quia secundum Iheron(imum) in
glo Deuteronomius repetitio est iiii librorum legis igitur
de ipso loco omnium aliorum sumatur testimonium videlicet
deutro xxxii Iudicabit dns populum suum et in
servis suis miserebitur Et post pauca Si acuero
ut fulgur gladium et arripuerit iudicium
manus mea glo i. p(er)tas divina reddam ultionem
hostibus meis et hiis qui oderunt me ultionem
inebriabo sagittas meas sanguine et gladius
meus devorabit carnes i. carnalia sapientes
secundum in iudicio extremo ¶ Secundo sumenda testimonia
ex libris historialibus quorum sunt xii ut

| | | |
|---|---|---|
| Josue | Paralipomenon | Judith |
| Judicum | Esdre | Hester |
| Ruth | Neemie | Job |
| Regum | Thobie | Machabeorum |

Et aliquibus istorum loco omnium sumenda testimonia
Primo ex libris regum qui dicitur i. R(egum) ii Dominum formida
bunt adversarii eius et super ipsos in celis tonabit
glo sic in igne eterno ¶ Et ne omnibus gingeret dns
cottidie in celis i. doctoribus et scripturis tonat h(ec) glo
deinde dicitur Judith xvi Ve genti insurgenti super
genus meum dns enim omnipotens vindicabit in eis in die
iudicii visitabit illos glo quando dabit unicuique secundum
opera sua Deinde habetur Job xix Fugite ergo a
facie gladii quoniam ultor iniquitatum gladius est et
scitote esse iudicium Glo faciem gladii fugere est ante
adventum districte sentencie penitus appetere placare
¶ Tercio sumentur testimonia ex libris sapiencialibus
et sunt quinque Tres salomonis s(cilicet) proverbiorum ecclesiastes et cant(ica)
cant(icorum) liber sapiencie videtur philonis Quintus ecclesiasticus
fuit Ihesu Sirach Primo ergo sumentur testimonia ex libris
salomonis qui sic ait proverb xxviii Viri mali non
cogitant iudicium glo in futuro / qui autem requi
runt dnm animadvertunt omnia et post pauca beatus homo
qui semper est pavidus glo pro futura pena / qui
vero mentis est durus glo non timens corruet in malum
Et proverb xxix Iudicium a dno egreditur singulorum Et
ecclesiastes 3o Iustum et impium iudicabit deus glo in futuro
et tempus omnis rei erit glo temporis districtionis Et eccl(esiastes)
xi loquens proinde amatoribus mundi dicit Letare
ergo iuvenis in adolescentia tua et in bono sit cor
tuum glo quod tibi placet in diebus iuventutis tue et
ambula in viis cordis tui glo voluptatis et in intuitu
oculorum tuorum glo passive / Et sequitur Et scito quod pro omnibus
hiis adducet te deus in iudicium glo ubi manifestabuntur
abscondita cordis mei Et eccl(esiastes) li. c ult Cuncta que fiunt
adducet in iudicium pro omni errato sive bonum sive
malum glo etiam ociosum verbo ignoranter prolato
Deinde philo sapiencie iii dicit fulgebunt iusti glo
in iudicio et tanquam scintille in arundineto discurrent
glo tanquam scintille ignis qui arundinetum cito
finiunt subitam peccatorum mutacionem et vindictam
celerem ostendunt deinceps Iudicabunt naciones et do
po et reg. do. ill. in perpetuum Item in eodem li. c v.
Tunc stabunt iusti in mag. con. ad. eos qui se a
et qui ab. la. eorum glo sanctos et omnes iudicantes
Deinde ihesus sirach ita dicit eccl v. Noli attendere
ad possessiones iniquas et ne dixeris est michi suf
ficiens vita / nichil enim proderit in tempore vindicte
deus enim vindicans vindicabit Et eod(em) li c xviii
Ante iudicium para iustitiam glo reddens deo rom
ante languorem adhibe medicinam glo ante iudicium
adhibe penitentiam iusticie que tunc non habebit operi
et ante iudicium interroga teipsum et in conspectu
dei invenies propitiacionem ¶ Quarto sumentur
testimonia ex libris prophetalibus / quorum aliqui personam
iudicis aliqui comminacionem aliqui locum vel aliud
quid ad iudicium pertinens exprimunt / et sunt sex
s(cilicet) liber psalmorum Quatuor prophete maiores
qui ideo dicuntur maiores quia prolixiores eorum
sunt scripta auctore Aug. et liber xii prophetarum minorum
Et omnibus hiis adducentur testimonia ¶ Primo
ex libro psalmorum de quo beatus Aug xx li de civ dei
c xxiiii sic testatur Multa de iudicio novissimo
dicuntur in psalmis et assumit solum unum hoc testimonium
quod habetur ps c. i. In principio terram fundasti dne

et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu in autem idem ipse es. Sta cum in iudicio quod scilicet eum celi aerei peribunt, non quod scilicet substantiam sed qualitatem quia purgabuntur et clarificabuntur. Deinde sumitur testimonium ex psalmo xlix dicente de iudicio domini novissimo intelligendo dictum: Deus manifeste veniet deus noster et non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit et in circuitu eius tempestas valida. Advocabit celum sursum et terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius qui disposuerunt testamentum eius super sacrificia. Exponit ibidem dicens: hic nos de deo nostro ihesu christo intelligimus quem speramus de celo esse venturum ad vivos et mortuos iudicandos. Manifestus enim veniet inter iustos et iniustos iudicaturus iuste qui prius venit occulte ab iniustis iudicandus iniuste. Ipse inquam manifeste veniet et non silebit id est in voce iudicis eminens apparebit qui prius cum venisset occultus ante iudicem siluit quando sicut ovis ad immolandum ductus est et sicut agnus coram tondente se fuit sine voce. Quod vero dictum est Advocabit celum sursum et terram discernere populum suum intelligitur de angelis vel animabus sanctis separandis a terre corporibus sed iudicaturis cum eo. Deinde inquit tunc iterum sermo ad angelos facta est: Congregate illi sanctos eius qui disposuerunt testamentum eius super sacrificia id est super opera nunc. Item psalmo viii dicit: paravit in iudicio thronum suum, glossa id est iudiciariam potestatem quam acquisivit quando a iudeis iudicatus est et post: Et ipse iudicabit orbem terre, glossa id est mundum ipsum in equitate, glossa merita reddens digna. Deinde ex prophetis maioribus sumuntur testimonia. Et primo ex ysaia qui dicit capitulo iii: Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi et principibus eius. Item capitulo xiii: Ululate quia prope est dies domini, glossa iudicii vel mortis cuiusque. Et post pauca: Ecce dies domini veniet, glossa iudicii, crudelis et indignationis plenus et ire furoris ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius conterendos de ea, glossa ad ponendam terram in solitudine que peccatorum pondere gravatur. Item capitulo lxvi: Reddere in indignatione furorem suum, glossa dicendo ite maledicti, et increpacionem suam in flamma ignis, glossa sua iudicii quasi ignis devorabit eos. Deinde de ieremie ii: In iudicio contendam vobiscum ait dominus. Consequenter dicitur ezechielis vii: Iudicabo te iuxta vias tuas et imponam tibi omnia scelera tua et non parcet oculus meus neque miserebor. De daniele sic dicitur libro Augustini li xx de civitate dei capitulo xxiii: Daniel de ultimo iudicio sic prophetat ut antichristum quoque prius venturum esse praenunciet atque ad eternum sanctorum regnum narracionem suam perducat, qui capitulo vii sic ait: Aspiciebam donec throni positi sunt et antiquus dierum sedit, glossa sempiternus iudex et deus et cetera. Aspiciebam in visione noctis et ecce in nubibus celi quasi filius hominis veniebat et usque ad antiquum dierum pervenit, glossa patrem, omnia equalis patri. Et in conspectu eius obtulerunt eum, glossa in conspectu patris obtulerunt eum in terre, et dedit ei scilicet pater potestatem honorem et regnum et omnes populi tribus et lingue ipsi servient; potestas eius potestas

pro tube des helhorns
clangoris r des grossen getons

eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Similiter ex prophetis minoribus sumuntur testimonia et primo ex osee iiii capitulo ubi dicitur: Audite verbum domini filii israel quia iudicium domino cum habitatoribus terre. Item ex Iohele ii capitulo: Conturbentur omnes habitatores terre quia venit dies domini, glossa iudicii vel finis cuiusque, et scilicet prope est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis; et sequitur capitulo iii: Congregabo omnes gentes et deducam eas in vallem Iosaphat et disceptabo cum eis ibi. Item ex Amos iii capitulo: Leo rugiet quis non timebit; et capitulo v: Revelabitur quasi aqua iudicium. Item ex Abdia i capitulo: Iuxta est dies domini super omnes gentes, glossa iudicii et vivo. Item ex Iona capitulo iii ubi legitur quod Ionas missus fuit ad civitatem Ninive predicans penitenciam qui audientes egerunt penitenciam; et licet Ionas non fecerat mencionem de iudicio tamen christus iesus de isto facto math. xii facit mencionem de iudicio dicens: viri ninivite surgent in iudicio cum generatione ista et condempnabunt eam quia penitentiam egerunt in predicatione Ione.

Item ex michea iiii capitulo: Iudicabit inter populos multos.

Item ex Naum i capitulo: Deus emulator, glossa id est amator castitatis, et scilicet et ulciscens dominus. Item sequitur: ulciscens dominus in hostes suos et irascens ipse deus inimicis suis, glossa in illos qui impetum penitentie non mittet ulcionem et furorem domini vel pro malis cogitacionibus vel pro factis vel pro dictis.

Octavo ex abacuc ii capitulo: Si moram fecerit expecta eum quia veniens veniet et non tardabit.

Nono ex sophonie primo capitulo: Iuxta est dies domini magnus et velox nimis; dies ire dies illa, dies tribulacionis et angustie, dies calamitatis et miserie, dies tenebrarum et caliginis, dies nebule et turbinis, dies tube et clangoris super civitates munitas et super angulos excelsos. Exponit Gregorius in pastorali: Civitates munite sunt suspecte mentes semper tuende fallaci defensione, que quociens earum culpa corripitur, veritatis iacula ad se non admittunt. Anguli excelsi sunt corda impura et duplicitas impuri cordis; paries enim semper duplex est in angulo. Ita et in iudicio divine humana corda cum veniret sub prius defensionibus clausa, et humana cordis duplicitatis iudicio dissolvitur. Tunc enim munite civitates cum quia mentes dei iracundia dissipabuntur et excelsi anguli corruent quia corda que se impietate erigunt tunc per iusticie sententiam prosternentur hic.

Decimo ex aggeo ii capitulo: Adhuc unum modicum est et ego movebo celum et terram et mare et aridam et movebo omnes gentes et veniet desideratus cunctis gentibus; que verba tractans beatus Augustinus li xx de civitate dei c xxxv dicit: hec prophetia partim completa iam cernitur partim speratur in fine complenda; quod ad hoc veniet desideratus cunctis gentibus, non enim esse tunc desideratus creditur nisi prius esse dilectus. Item ex zacharia v capitulo: omnis fur iudicabitur et omnis iurans similiter iudicabitur. Item similiter testimonium ex malachia

iij c° Ecce venit dicit dns exercituum glo. Et ita q
veniet qui iuste iudicabit cui pr dedit omne
iudicium. Et seq. et quis poterit iudicare diem
aduentus eius glo. nullus humanus spus potest
cogitare qn venturus vel qualis futurus sit
Et seq. quis stabit ad eum videndum eum glo. p
nemo pt cogitare pro potencia maiestatis eius
quis enim poterit [illegible] oculis in sua claritate
conspicere qui est sol iustitie. Et iij de gloriam
certitudinis iudicii et temporis utriusque tempus
capitulo iiii exam theologicales idem cotestam

Memento iudicii mei etc. ps

Factum
et legem
dogmate
[illegible]
alios alia
et addere
facto qui
facta eo
primum
[illegible]
magis
omnes sub
ministeri
regem de
vindictis
optatum
dare ipsum
aplos ad
tui digni
pro omni
quo pro
hec [illegible]
et si fact
ipse me
dat m
qualiter
summo
domum
le proposit
sunt
tacitus
et mult
priores
omnium
parere
hoc pal
ipse in
diab

# Collatio sinodalis habita Moguntie per venerabilem sacre pagine licentiatum Johannem Lutrea in conventu sinodali facta in ecclesia Moguntina sub anno domini M° cccc° lxxii

Factum est dum irent mundati sunt sicut scribitur Luce xvii capitulo et legitur in nunc currentis ebdomade dominicali officio. Cristiana religio apostolico dogmate nata viri clarissimi, sive forte prave sencientium irreligionem indies utcumque desperent aut quod magis formidandum cultus dei tam sancte institutos alios alia prave veritati contrarie sencientibus reddunt pateremque prudentissima et radicem patres sancti et pontifices summi omnium religionum ordines, quovis sacro quem capitulum vocant crebrius convenire, ubi a recto lapsi erigant fracta consolident, et custodiant sana, nunc denique temporum vicissitudines et personarum varietates vetera innovent, et quantum congruit constituant nova. Quod si tanta circa parti, tanta circa accessorio provideant maiores, quanto magis sacer clericorum conventus, solus a Christo institutus totius christiane religionis substantia et fundamentum pro vigilanti cura sinodali sepius est invisendus, quem in arce potestatis et dignitatis locavit, et clavibus regni dotavit altissimus in puppim naufragantis ecclesie posuit, tutelam universitatis ut observet, et alios remige et manu ut rapido maris instro optatum portum comprehendant instare precepit. Primus ordo preminat ipsius quem in primis dominus pro nascente ecclesia instituit in ultima cena apostolos ordinavit et fidem faciendi tradidit potestatem, primus denique dignitate tum dignior consistit in conficiendo et magis necessaria in docendo et offerendo pro omnibus sunt commissa ipse militantis ecclesie, quo stante surgunt omnes, quo progrediente sequitur populus, quo lapso ruit omne in preceps. Et vere sancta sinodus qua dominicam fratres evangelice proclamant fraterne et si forte oporteat instinctu severiusque agere, pena petaturi in contumaces quibus maiorum cohercita audacia, et spinis de agro domini evulsis ecclesia ydoneis gaudeat ministris, quod sive factum fuerit sive non, a celebri tunc more ordo quadam exhortatoria antiquitas consuevit tractandi, quod michi omnium minimo nunc indixistis maiores. Conveniatis viri etc. hodie in unum convenistis omnes animo uno ut mundemini, omnis ex celebri conventu leprosorum evangelicorum commonefacti, quia factum est dum irent mundati sunt. Adestis multi et doctrina et eloquentia omnium famosissimi ut quo tacitus mente ad tantos estimavero eo ineptior michi ipsi reatus velinquo et nisi credite nisi vos viros mansuetudine probatos et ineptiarum supportatores cottidiana conversacione agnovissem spe tamen proficiendi in vobis ostium licet Moguntinum michi apertum non introissem, ac quia unius sum parere doctrina magis quam caritati vestre petita instinctus ne impetrata ingre hoc salvo quod si quo vel magis vel minus directo aut aliorsum quam debeo ipsis imputare velitis qui tantillo vices docendi indixistis ut aure vostris aliquantisper satisfacere possim, insufficientiam meam orombus

sumate Oremus dominum ipse scientiarum dominus est sine quo alij licet doceant alij
licet attendant, nemo tamen proficit sed primus omnium virginis gloriose be-
nivolentiam captate et veteri more salutate eandem

Factum est dum venit nundam sinit
ita scribitur ubi supra

Celeberrimi patres et domini carissimi est quod in altum malum longe lateque per
omnes pene ecclesias hos fines cottidie contingere diffusum ut debui et
potui invexi, quod cum licet dominus omnium suorum beneficia in pauperes rebus singulis
et spiritu pauperes ad se attraxerit, pauperes apostolos vocaverit. Et quod omnium
potissimum pauperibus regna pollicetur eterna, sed nostri etate plerique villici
iniquitatis et dispensatores iniustissimi et beneficia dona dei et patrimonium xpi
ut canon appellat cum acceptione personarum plus divitibus et suis sufflans
tradunt, quos sive licet doctissimi sint et optimi aditum tamen ad ministerium xpi hac
via precludit, et quod dolendum magis aculeum venit ut solent melle divitias
liniunt deforis et quod in cultum dei et fabrice opus requirant protestantur, quod
si sanctum, si purum, si denique iustum distamus omnis, distant notantes in templo
distant patroni, distant singuli, et sic omni malo licentia dabitur mentiendi se
bona. Et dicitur de tempore non beati pauperes sed beati divites quorum ipsorum est regnum
militantis ecclesie. Sed quid igitur lateres lavant qui lavant plus eos sordibus
tingunt magis, et sicut omnes omnia sibi conformia diligunt et proportionata
sic econtra omnes omnia sibi adversa odiunt, et perspicimus avari pauperes
doctores irrident, et superbi lima correctionis vilipendunt, dives divitem pro-
sequitur ut ditior fiat, illi obtemperat et morem gerit. Ecce hoc sic dicit ecclesiasticus
dives locutus est et iustificaverunt illum, pauper locutus est et hic est dicunt
illi locutus, dives locutus est et omnes tacuerunt, et verbum illius usque ad nubes
extulerunt, pauper locutus est et dicunt quis est hic. Ieronimus ad marcellam de
onesa dicit, prave hominum genus ita se naturalis habet ut amara sit veritas
et blanda vitia estimat, magna venit hora et nunc est quo sanam doctrinam
non sustinebunt homines, sed secundum desideria coacervabunt sibi magistros pru-
rientes auribus, a veritate quidem auditum avertent et ad fabulas con-
vertentur. Et ut multa paucis concludam velut anilem cantilenam et fabu-
lam vocem dei suscipiunt, attamen qui petentem repulistis forsitan pulsanti
aperietis, et quia apostolus dicit, oportet servum dei non esse litigiosum, sed cum modestia
corripe eos qui resistunt veritati, quidam etiam ait, qui nescit tacere
nescit loqui, ne quid nimis agatur hijs dictis dicta concludo, rebelles verbo
dei divino iudicio relinquo, ad aliud propero non minus horrendum, sudam
natum licet nimis usitatum, pluralitatem beneficiorum simoniam tendo etiam forte
sic sit spiritu sancto sic pateat aditus ad cor et sordes sordibus abluantur accipite
quod dixero oro in partem bonam, et in finem usque patienter audite, quid et

euangelii leprosi nondum starent, sed dum proficiscerent et uenit mundati sunt
Optimi viri dispensatio michi credita est, metuenda michi valde est si quieue-
rim, veniet super me indignatio dni, quod si vel saltim non cito dispensa-
uerim creditum michi verbum indutum gemerem Ideo in toto corde meo dno
quesiui eloquia tua ut non peccem tibi et fructus contente veritatis ne ma-
restat quod iacet alta mente sepultum humilibus edisserem verbis. Tria vero
per ordinem dicta e quibus simul in unum collectis clarior apparebit veritas

si vel non dispensauerim si dissi-
mulauerim si placerim si

### Dictum primum

Beneficiatus dum potest ad obligatum tendat offitium quia io
in ecca dicitur clico confertur, beneficium datur propter offitium
ut in c. quia per ambitiosam de rescrip. li. vj, et probatur sic primo per aplm i cor.
viiij, quis militat propriis stipendiis, quis plantat vineam et de fructu eius non
edat, quis pascit gregem, et de lacte eius non bibet, et lex moysi dicit non alliga-
bis os boui trituranti, et qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, et
qui altari deseruit de altario viuit, et hoc docet ratio ut qui ecclesiasticis utilitatibus
desudant ecclesia gaudeant remuneratione, et qui se obsequiis dni voluntarie subiecerunt
digne eius prouisionibus sustententur, colligimus ex hiis quod propter impendendum offitium
percipitur beneficium, sine quo frustra expectatur, adeo enim hec duo offitium et beneficium
sunt annexa, ut sicut offitio nisi prebenda gaudeat et beneficio grauari nemo
potest, sic si insti simus, nec beneficio releuari volumus nisi omnis boni participes
sine quo nec fructus acquiruntur, sed male fidei possessores effitiuntur sine quo in deum
sacrilegi in proximum iniqui, et in defunctos ut suffragiorum predones condemnantur
sacer canon solis clericis tamquam in sortem dni vocatis bona ecclesie statuit confe-
renda, ideo pueris et impuberibus prohibent conferre ut in c. super inordinata
de preben., nec etiam infirmis inutilibus ad offitia ecclesie debent conferri, non tamen
debent ideo iam obtentis spoliari, ideo etiam priuatum offitio vel suspensum ab
offitio, priuatum prebenda aut suspensum a preben. durante priuatione aut
suspensione dicimus, cum ille sit effectus eius ut dicit Jo. an. in glo. d. c. quia per
ambitiosam et habetur xxxij di. c. preter hec, patet igitur ex predictis, quod neminem
licet habere beneficium siue curatum siue non nisi talis impendat offitium
beneficii per se, vel saltim qui impendit offitium pro tempore quo impendit, et quod non
totum prebendam siue fructus beneficii capiat, patet ex connexione inseparabili
beneficii et offitii, deposito igitur et separato a te offitio, quod causa est, ut fructus a te
separati sint, sic dicitur exodi xxij non alligabis os boui trituranti, non dicitur
de tumulo habenti et non trituranti, sic dicitur in c. significatum de preben., et est cla-
mius in vj, qui sentit onus sentire et comodum et econtra 2º probatur sic. Nam
si percipis fructus et non impendis offitium, quero cuius gratia percipias cum
nullum offitium ecclesiarum feras cui fructus traditi sunt. Otiose igitur capis si recte
interpretaberis contra mentem fundatoris et contra mentem recte instituentis capis

tum contra deum / nec sufficit dicere ego per aliud offitium gero / ubi videtur se per alios
fructus capit / non ideo iniustus es / Tertio sic distributiones cottidiane non debentur nisi
hiis qui deserviunt eas vere vel interpretative ut in c. 2° de clericis non resid. in vi et item
in c. licet de preben. li. vi et super speciale de magnis / igitur a fortiori nec fructus
aut totum corpus / quia quod non in minori / a fortiori non licet in maiori / inter
omnia horrendum magis quod canonici omnes vel maior pars consenserunt
velut legem observant / quia etiam licet absens coram aliquibus vel aliqui fuerint
in privata causa / divino tantum vel unius vesperis aut misse vel duabus interfu-
erit vel interfuerint eum vel eos quasi presentem vel presentes fuisse per totum circulum
anni fingunt / aut velut in bonum publicum ecclesie absens fuisset totam prebendam
tribuunt et accipiunt / verum in favorem studii datur preben. ubi et interpreta-
tive offitium facit / quod id fiunt quod post in utilitatem non modo huius sed vlis ex
redundare potest / non tamen cottidiane distributiones et cultui divino actualiter
consulentur / ideo caveant et timeant qui periculosam vitam vivunt qui vel unum
vel plura beneficia curam vel quorum offitium vel offitia non impendunt nisi forte
ex accidente impossibilitate / ut est infirmitas impedirentur / in quo casu suspensa
est / nam si non licet locupletari cum iactura alterius ut dicit reg. iuris li. vi
ergo minus licebit ditari cum iniuria defunctorum qui sunt in iure fundatores / fundamentaliter in celo
et purgatorio et dei honori / Diceret quis ego non habeo competentiam de uno beneficio ergo
licet 2m et tertium habere Respondeo quod illa causa non valet / quia est proinde arguere Ego non habeo
libere et otiose unde vivam aut de illo vel illo labore ideo licet michi furari Nam sicut
furtum capit qui fructus capit et non impendit offitium / Et si per aliud offitium videt-
ur attamen quod sibi non debetur capit / patet ~~tamen~~ tamen haut quaquam valere / Ego habeo unum
beneficium curam offitium exhibeo nec de illo habeo competentiam / ideo possum aliud
habere cum eo curam offitium per me etiam exhibere valeo / alias clericus laboret
manibus si non habet unde vivat / nam licet clerico colere non ut in c. i de cle. mi-
sed nunc omnes superbire querunt et gloriam vanam / et quod inglorium est pro glo-
riam ducimus / sed laborare et manibus victum querere quasi ignominiosum putamus
Item 2m ut debitus ordo servetur in dei ecclesia / non monstruose unus plura sed
singuli singula dei possidebunt beneficia ad hoc est canon unum di. c. singula et in c.
si de offi. archip. dicitur Et et si valde redimens sit epo decet tamen ut sua onera
partiatur / item Ihr in epla ad rusticum et habetur in c. in opibus vii q. i. singuli ecclesiar-
um epi singuli archiepi singuli archidiaconi et omnis ecclesiasticus ordo sive rectoribus nititur
et probatur sic ecclesia quoddam corpus misticum est 1 cor. x unus panis et unum
corpus multi sumus / si corpus non est unum membrum / sed multa / omnia autem mem-
bra cum sint multa unum corpus sunt Si autem totum corpus oculus ubi auditus
Si totum auditus ubi odoratus Item Ihr in epla ad hedibiam dicit xij questionibus
declarans illud apli 1 ad thess v. deus pacis sanctificet vos per omnia ut integer
spiritus vester in adventum domini sine querela inveniatur / ubi dicitur tunc corpus integrum
est vere quod manus operantur pes ambulat oculus videt aures audiunt dentes
cibos molunt quos decoquit stomachus et egerit alvus / Et indecorum valde est ut

ut alterum membrum alterius se ingerat officio, et nichil adeo corpus ecclesie destituit sicut cum in ecclesia velut in articulo membra distenta et distracta ex propriis locis alterutrius loca subintrant, et unum alterius officio se ingerit, aut plurium, velut si oculus audire vellet et auris videre aut oculus videre et audire contendant. Secundo probatur dictum ex pulchritudine ecclesie que redundat ex diversitate officiorum et officiatorum. Canticorum vi: Pulchra es et decora filia Jerusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Nam sicut varietas membrorum per diversa officia et robur corporis servat pulchritudinem, ita varietas personarum per diversa distributa officia subsistentiam et decorem ecclesie manifestat.

Dictum tertium et sic multipliciter reus approbatur qui in ecclesia dei pluribus beneficiis intitulatur. Illud dictum licet satis pateat ex dictis, tamen ex superhabundanti probo sic: Ysaie v dicitur: Ve qui coniungitis domum ad domum et agrum agro copulatis; numquid habitabitis vos soli in medio terre? Illa dicta sunt in genere, que si contrahere volumus ad speciem dicemus: Ve qui coniungitis prebendam ad prebendam, prebendam pastorie, beneficium et officium alteri beneficio et officio incompatibili, prelaturam prelature, et ministeria dei confunditis; numquid habitabitis soli in clero, soli divino cultui et ministerio addicti? Unde sequitur: Propterea ductus est populus meus captivus, propterea dilatavit infernus os suum. Sed ait dominus omnipotens, sic dicitur Luce iii: Qui habet duas tunicas ~~vendat unam~~ altera non habenti. Et Math. vi dicitur: Nemo potest duobus dominis servire, aut enim unum odio habebit et alterum diliget, aut unum sustinebit et alium contempnet. Et salvator Math. x dicit: Neque duas tunicas habeatis. Ad hoc est canon Cum non ignores de preben., ubi dicitur: Non est conveniens ut idem plura loca habeat in diversis ecclesiis. Et probatur ratione sic: Ministri cum beneficio ecclesiastico est coniugium quoddam, unde ecclesia sponsa vel uxor dicitur clerici xxi q. i c. Sicut. Si igitur una ecclesia plures episcopos, et unum beneficium plures sacerdotes habeat, non sponsa sed scortum verius dicitur; sic eadem lege idem clericus non diversas habebit ecclesias, ne adulter aut bigamus seu trigamus dampnato nomine dicatur. Tenetur namque uxori vir debitum reddere et viceversa; quod si uxores habebit, petit hec, instat illa, et dum unius voluntati satisfacit, iniuste alterius voluntati resistit. Et quis stultior eo querente plures coniuges, qui vix unius ~~[illegible]~~ coniugii onera portavit nec sensit? Sic dicitur in c. Nonnulli de cle. non resi.: Nonnulli enim unum officium vix implere sufficientes stipendia vendicant plurimorum. Ad hoc est glo. in c. Dudum de elec. super verbo retinere circa finem capituli: Vides hodie quandam prodigium mirabile et portentum inusitatum, dum idem duarum ecclesiarum aut plurium intitulatus aut prelatus aut canonicus pro tempore in celebri clero cernitur nunc huius nunc alterius, velut animalia que panthera nominantur ymaginem protendit, qui sic ipse ignorat ipso in ordine quem locum teneat in choro, quem stallum introeat, in processione quem sibi socium iungat nescit; quod malum hodie tantum obtinuit vires ut nisi quis dicta pluralitate in oculis stultorum refulgeat, velut nullus aut nullo honore dignus reputabitur. Hinc pluralitas

alluit, sed miseram animam decipit irremediabiliter, et ut in simili loquar quis
vero cum duobus monasteriis regularibus distinctis unum preficeret abbatem
aut priorem aut monachum utrobique servitorem, velut impossibile hoc intel-
lectus capere non potest ut distinctis corporibus unum sit caput aut membrum, idem
sic dicitur xx. q. i. c. interdicimus, ad idem est c. si. de rel. dom. Et vos pluribus
ecclesiis unum prelatum preesse aut clericum instituit, ad quod ducit avaricia
sive inordinatus appetitus habendi, quod si respicitis ut fieri debet, an officia utriusque
exhibere posset pensate quesso mala que beneficiorum pluralitatem concomitantur
Sic cultus divinus diminuitur honor et amor proprius amori dei preferitur
defuncti debitis suffragiis privantur, et quod omnium terribilissimum est, scandalum
pessimum in ecclesia dei seminatur ut dicit Jo. xxii in quadam extravaganti que incipit
Execrabilis, primum malum dixi esse quia cultus divinus minuitur. Ideo dominus
mox postquam templum ierosolimitanum introiisset, non modo verbis sed verberibus
asperrimis sacerdotes negociatores eiecit, qui plus sibi quam dei honori serviebant
Ideo dicit Bernardus: qui non est unus sed plures in beneficiis, non erit unus sed
plures in suppliciis sic dicitur in c. mandata de prescript., mandata celestia attentius
gerimus et efficatius, si una cum fratribus partiamur, et in c. quia per ambi-
cionem de rescript. li. vi dicitur quod papa cupit divinum honorem ampliari et non dimi-
nui, ideo prohibet ne de facili prebende vacantur. 2m malum dixi defunctos debitis
suffragiis fraudari, nam xiii q. ii c. qui oblationibus dicitur qui oblationem defunc-
torum retinent ut infideles ab ecclesia sunt eiciendi, hoc plurales in beneficiis
eorum faciunt, laus etenim per divinum officium deo exhibita honor et meritum
omnia sunt fructa a suis ministris prestita. Si igitur illud inter plures dividitur
tanto portio cuiuslibet resultat minor, et ita fraudantur fundatores beneficiorum
3m malum dixi scandalum in ecclesia quia duce cupiditate omnium malorum
radice pluralitatem beneficiorum studemus, docemus paupertatem cum christo et divicias
conquirimus cum gentibus. Addo quartum modum scilicet destructionem beneficiorum
quia nullus pluralis constituit se murum pro ecclesia, sed quasi recurrens ad
aliud habet dum lupus venit illam velut viduatam relinquit, sic non dubium
perierunt multe Collegiate ecclesie, et etiam si verum sentierim aliqua in hac
civitate Moguntinensi unam non plures hodie eodem male pacto per eam
inde venerunt beneficia titularia, quarum pretextu pro pluralitate beneficiorum
Volo autem patres optimi ut prius paucis verbis intelligi dedi nunc clarius
destruere, illa plura beneficia non simul habenda quorum officia idem homo per
se exhibere non potest vere vel interpretative, nam et si utriusque officium divisim
exhibere posset per se tamen propter incompatibilitatem eorum simul ea exercere non
potest, quod si officia eorum simul exhiberi possint ab uno non video quin idem ea
habere possit cessante cupiditate et avaricia, patet ar. c. de multa de preb.
a contrario sensu quod et nec legem nec racionem prohibere intelligo, ad hoc valet

dictum Ieronimi super illo Luce iij qui habet duas tunicas det unam non habenti ubi
dicit quod si frigora sint et alpine nives que non duabus et tribus
tunicis, vix pellibus repelluntur, quicquid ergo corpori nostro sufficere potest
et humane subvenire potest necessitati, quos natura nudos produxit una
tunica est appellanda. talia igitur beneficia mensis sustentatione unum sunt appel
landa, quod et ab uno homine integre eorum officia possunt exhiberi. Si vero tibi
nec unum nec plura tibi talia beneficia sunt operata, quod magnus sanctus
paulus quem cottidiana oneris sollicitudo omnium ecclesiarum pressit, prelatus et
doctor gentium precipuus fecisse creditur, qui actuum xx dicit argentum
aut aurum aut vestimentum nullius vestrum concupivi. Sed hiis que opus erant
michi et hiis qui mecum sunt ministraverunt manus iste, nec etiam dicere intendo
hec plura beneficia ubi alterum ab altero dependet de quo in c. dudum de electione
et c. eam de etate et qualitate ordinandorum et c. extirpande de prebendis. Optimum vero dixit
et aures erigite et credite, et propter dicta et alia que iam non est dicendum
locus pluralitatem ~~[illegible]~~ beneficiorum et officiorum timete et refugite, quid
enim prodeerit homini si sub tanto discrimine totius mundi divitias possideat
et anime sue detrimentum eterne pene patiatur, qui non hac sed contraria via
iniustis gressibus incedit, ad unum dirigite pedem ut mundemini, ad christum redite
cum evangelistis leprosis et super nivem dealbamini quia factum est dum irent
mundati sunt. Fuerunt verba in principio orationis proposita et sic ut audistis
introducta, et tantum de thematis introductione premissa brevitatis gratia eius
divisione. Viri clarissimi iuste distincta officia et beneficia in ecclesia dei u
beres et magis et plus se invicem in fructibus excedunt ut secundum merita et status
personarum magis doctis aut prelatis de pinguioribus dum vacaverint provideantur
beneficiis, et hiis gradus alios antecedit quem labor prolixior et stipendia pro
[illegible] fecerunt anteriora, et qui plus prodest in ecclesia honestiori sustentatione
honoretur, quales sunt viri docti, qui in corpore ecclesie velut cor sunt quod
vitam reliquis membris diffundit, et sicut stomachus qui alimentum digerit
et omnibus membris pro sui necessitate condividit. hec sunt iustitie distri
butive, et non secundum equalitatem rei ad rem sed rei ad personam, ut maiori
et potiori persone in maiori dignitate provideatur, et promotione secundum propor
tionem geometricam, ut proportionem tendamus plus quam quantitatem, nunquam
tamen uni committantur plura officia vel tradantur beneficia quamvis cum
ratio postulaverit per sedem apostolicam circa sublimes personas et litteratas
posset dispensari, attendite oro vigilanter quia dicit cum ratio postulaverit
quasi dicat canon non postulante cupiditate aut ambitione aut privato
favore. Si enim ratio que deprecatur ad optima postulaverit potest per sedem apostolicam
cum talibus dispensari, quod si non sit talis dispensatio apparens ab ipso
dispensatore concessa est, et que ratio hodie oro postulat ut in principibus

Comitibus aut aliis sive etiam viris doctis ociosis lascivius scandala infunda
in ecclesia sua pompa lascivia et familia superflua indigne effundentibus dispen dicunt
sative, quorum etiam multi dispensative multis cathedralibus ecclesiis sunt astipu
latis si forte episcopatum in ecclesia vacare contigerit facilius consequerentur omnia.
Ordinavit dominus hiis qui evangelium annunciant ut de evangelio vivant. Or
dinavit ecclesia rationabiliter ut ecclesiasticis officiis desudantes ecclesiastica provisione
sustententur, non ut superbiant lasciviendo aut ecclesiam dei scandalisent, aut
ditentur ex bonis christi et domus dei, culpabiliter reus est qui pane vix vi
li et cibario pane rugientem ventrem saturare poterat, nunc in familia domini
vocatus simulam fastidit et mella. nemo sibi blandiatur de statu, sed suo
officio et honori dei intendat quod si implere poterit in honore dei se per statum
suum conservet, hodie maiores statum honestum provisione licet legali
gaudeant, carnes nutriunt in pruritum feminarum et mechos, fornicarias
aut clam aut palam fovent, rebus quibus pauperes in ecclesia dei sunt
nutriendi. Cithara tympanum et tibia in conviviis aures demulcent ut vox
blandiatorum ut lumen vultus domini non videant, opus domini non respiciunt
dominum misericordiam in divitias se perdunt et alios et ut dicendi finem faciam
agite oro et ite cum evangelicis leprosis ut corda vestra laventur, et pedes pra
varum affectionum. Credite mortales quod timore maximo vos ecclesie sumenda
sunt et maiori timore dispensanda, et maxime hiis vivendum, ne forte
servus iniquitatis de domo peccatorum intrat, vita brevis et incerta, porta angus
ta et via arta rectum verum, obliqua sive multum, ideo videte quomodo caute
ambuletis. Oro ergo dominum ut vestrum aperiat cor vestrum et in lege sua et in precep
tis cum mansuetudine dictum verbum cordibus vestris inferat, det deus
omnibus nobis cor ut eum supra omnia diligamus non mundum aut que
mundi sunt, non animam et carnem ne eam perdat et sic faciens eius volunta
tem veritatis amatores in presenti et in patria futuri comprehensores quod nobis
prestare dignetur deus in secula seculorum benedictus Amen

Alius sermo sive tractatus de statutis servandis in claustris
Canonicorum ad preces suppositi domini Johannis de lurrea
qui habitus fuit per eum in quadam synodo celebrata
Moguntie sub anno etc in ecclesia Moguntina

Cum venerit paraclitus ille testimonium perhibebit de me et vos testimonium perhibebitis, ita scribitur Johannis Quintodecimo. Juxta canonicas sanctiones et patrum instituta in hanc sanctam Synodum convenistis hodie patres optimi, tamquam veluti virtutum cultores adestis, quatinus vulnera secentur et quod putridum est effluat, vitia curentur et plantentur virtutes, quia quanto periculosius in radice ne rami pereant et fructus, quod tanto perniciosius in clericis in quibus omnium pendent oculi, qui ut aurum metalla et sol stellas et astra preceteris virtutum splendore fulgere iubentur, qua de re antequam singuli in singula post sua recipiant habitacula generali quodam alloquio vetusto de more, synodali correctione premissa in contumaces, ad obsequentes coram dirigenda est oratio, quatinus cauti cautiores et boni surgant meliores. Sunt plures quos novi patrum presentes ~~parentes~~ qui deserto sermone una voce et prudenti indagine perficere possent opus quod sumitis, attamen hodie maiorum ordinacione michi dicendi indictus est dies, tu adeste ergo animo oro, quatinus omni passionum desideriorum sub sermonis puro animo insitum verbum in mansuetudine suscipiatis. Et super exceptum intelligatis, totis cordis attendite. Nemo ex vobis noctue morem sequatur, quam nox illuminat et dies excecat. Nemo ut vespertilio superbie sese consumat que sola sine pennis volitat, et sola inter aves mordaces acuit dentes. Nemo erarium imitetur, et alexandrum quondam Pauli predicatoris gentium obtrectatorem, qui eidem forte veritati restiterit, cum eo sathane tradamur ut discat non blasphemare, sed omnes in deo mutua caritate id ipsum senciamus et super omnia omnes pro impetranda gratia virginem gloriosam primo veritatis genitricem imploremus quatinus suus filius verbum verum ab eterno patre dictum dicenti intellectum aperiat et spiritus veritatis verum inflamet affectum et testimonium dicenti perhibeat, dicamus Ave maria etc.

detestabilius in capite quo languente omnia membra mox egrotant tamen

intercedit

[O]lim constantissimi verbi dei predicatoris Johannis baptiste discipuli nimio fervore suum zelabant preceptorem adeo ut licet suum baptista salvatorem et eorum verbo preconisaret, indice ostenderet, et demisso capite tremulis manibus agnum dei limphis tingeret, minus tamen quam dignum erat disciplinari zelo trahente, christum venerabantur, propter quod, ne pietas veritatem desereret, sed iuvaret, mittit veritatis agnitor, ab utero pusillos fide, ad fontem veritatis ut bibant, tu es qui venturus es an alium expectamus. Ait, Si dominus non ~~animo~~ verbis tantum sed re gesta quod maius est, dubios fide confirmat, Ceci vident, tunc claudi ambulant, leprosi mundantur, pauperes evangelisantur, et mortui resurgunt, quasi diceret, Ex operibus discite agnum dei, qui venit tollere peccata mundi, non alium. Post hec dum solemnia enceniorum agerentur phariseis dolo eum circumvenientibus dixit si michi non creditis operibus credite. Sed quid ut tunc sic hodie apud

dictat et lex insania mos
plerosque agitur ut omnibus contumaciter reiectis, quod ratio docet et lex misera
mente refugit et fastidit Optimi patres quia non tanta est mee pusillanimitatis
auctoritas, qui vulnerum tantorum morsibus parco, ut pitagore discipuli non docentis
studeo tantum quantum doctrine rationis pensabunt ut docet Iheronimus in epistola de
resurrectione carnis, et licet innumera mala quibus mundus laborat, campum dicendi
prebeat, vitium tamen Simonie modernis clericis magis proprium, in tantum estimatione
nepharia, cetera vitia quasi virtutes se fingunt, adeo thorum religionis con
maculavit, ut vix reperiri possit qui valeat aut saltem digne valeat deo in
suspecto officio ministrare, et dona dei relicta ydoneitate personarum solis divi
tibus aut maioribus, quibus credita est dispensatio misteriorum dei ad instar
mercatorum ministrantur, in quorum detestationem et evidens exemplum salvator noster semel
bis ter flagellis complexis evectis mensis columbarum venditores aliis vero
solo verbo correctis, huius fomitem mali in moderna ecclesia prestruis de templo
exclusit severissime, Jo. ij et math. xxj et i q. i c. qui studet, quod ad dicendum animum
pulsat magis et magis, quare optimi patres animum in deum erigite, pedes
affectionum pravarum contrite, aures sane intelligentie erigite, et vera predicanti
favete, qui nam et si viri satis doctissimi viva tamen voce vim habet latentis
energie que in dei amorem et animarum salutem directo suscipite loci, et si quod
absit quasi minus provide dixero indulgete dicendi ut plenius a singulis
capiantur, exuta forma oratoris, doctoris formam induo, et ne pregnanti stilo
cuiquam veritas occultetur, humili eloquentia, et verbis propriam veritatem quasi pre
tiosa unguenta, plumbea ex fistula effundam, Primo divisiones aliorum
recitabo 2o propositiones propositam veritatem continentes subiungam 3o conplura
si que mihi sunt necessitatibus hominum et ecclesie congrua in fine omnium apponam
Quantum ad primum, presupono vulgatam diffinitionem Simonie apud theologos
circa dist. xxij quarti sententiarum, beatum Tho. 2a 2e q. centesima articulo i, et Canonistas
i q. i Simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi spirituale aut spirituali
annexum, dicitur notanter spirituale ubi nondum quod aliquid est spirituale dupliciter
uno modo formaliter, quia immediate a spiritu sancto est, aut aliquid spirituale fit
ut gratia dei sunt sacramenta ~~fuisse~~ et dona hic spiritualia non ut distinguitur contra corporale
sed derivative ut dicitur a spiritu sancto vel a spiritu qui est deus Nam deus
spiritus est Johannis iiij, Nam quod virtutes et scientie non emuntur non est ratione
spiritualitatis tamen quia non sunt transferibiles in alium, 2o aliquid dicitur spirituale
ex ordine quem habet ad spirituale ut sepulture exequie mortuorum et benedictionem
nubentium pro quibus sub nullo pacto, nec sub pretextu cuiusque consuetudinis
ante vel post debet aliquid exigi, ita quod pretextu non solutionis aliter spirituali
privetur, et istud a fortiori in facultate absolvendi tam in totalibus casibus
quam reservatis debet observari ut in c. cum in ecclesia de simonia que est constitutio

concilii lateranen / Consuetudines tamen ex devotione hominum introducte sunt spiritualia
et ab ordinario iudice transgressores earum cohercendi ut in c ad apostolicam / de simonia
¶ dicitur notanter / nec ante nec post / quia non relevat a peccato si temporale post con
sequitur spirituale datur dummodo tantum pactum precesserit aut tanta spes temporalium
que fuerit sufficiens movens et principale ad ministrandum spirituale sed quia
in materia symonie mens oritur in obligacione et pacto licet consumetur in effectu
et ex solucione / et prava mens hominis nequit deo occultari ut in c tua nos de ~~si~~
simo. Nam Quia nec Giezi cum Naaman pactum fecit / quia tamen gratiam spiritualem temporale
exegit in penam symonie lepra est percussus iiij re. v ~~iiij regum~~ 2o nota circa idem
secundum s. tho. in scripto super iiij sen. dist. 25 de symonia quod aliter dividitur spirituale
uno modo spirituale est aliquid ad sui principium et in se ut celebrare orare et generaliter
omnia que propter solam spiritualitatem queruntur ut crisma oleum sanctum et ideo
talia non possunt locari nec vendi . quia talis actus est emere spiritualitatem involutum
et unum ab alio separari non potest / et ideo prohibetur omnis subtilitas accipiendi
talia per pecuniam ut in c ea que de simo. et in c in tantum eo. ti. / nec potest dici ego
vendo tibi oleum non unctionem / quia sic fraus posset fieri omnibus sacramentis
ut eucharistie vendendo species panis / et in baptismate vendendo actum ablucionis
cuius tamen racio non potest haberi / verum Beruh' in c significasti de preb. dicit quod
in celebrando et orando operam possit locari et ad hoc allegat capitulum in p tenen
quare dictum suum videtur non acceptandum Alio modo aliquid est spirituale quo ad
finem quia per hoc devenitur ad spirituale ut predicare docere et talia opera possunt
locari / quia distincte ad illud opus sequitur spirituale scilicet fides caritas / in
audiente / sic visitantibus debetur procuratio / et potest exigi ex debito / quia nec
tenetur suis stipendiis militare / licet sit ad spirituale tamquam ad finem ut in
c cum sit romana de simo. / dicitur nota ~~c~~ in diffinicione vel spirituali annexum
pro quo nota quod aliquid dicitur spirituali annexum dupliciter / uno modo antecedens ut quia
antecedit spirituale / et illud potest aliquo modo vendi secundum sanctum tho. et communem modum
loquendi ut iuspatronatus / non tamen in se / sed ut transit cum universitate rerum
ut in c ex litteris de iurepa. et in c pia mente xvi q. vii ubi dicitur quod iuspatronatus
non est mere spirituale quia debetur laico et transit ad heredes ut in c conside
randum e. ti. et q. / nec est mere temporale quia non potest vendi ut in c de iure . de iure
pa. sed est partim spirituale et partim temporale / non quasi sit compositum sed est deno
minatio potius secundum intellectum quam secundum actum sive rem sunt Et in summis sermo dicitur
quia communis potius ad intellectum quam actum Alio modo aliquid est annexum spirituali
quia sequitur spirituale / et spirituale habet ordinem ad ipsum et econtra / et sic
prebenda clerici est spiritualis quia est annexa beneficio sive canonie ubi
notandum est quod ius quod provenit ex electione inchoatur et ex institucione
completur que fit per anulum vel librum ut in c auctoritate de insti. relatum ad
officium dicitur Canonia / sed relatum ad prebendam dicitur beneficium / nam beneficium
datur propter officium ut nisi esset officium facturus / non deberetur ei beneficium nec

Radix Symonie

nec preben(dam) ut p(atet) in c. per ambiciosam de rescrip. li. vi. & beneficium non debet(ur) nisi clerico illi qui potest in officio ministrare ut in c. super inordinata de preben. / Illud vero licet obiective sit in fructibus beneficii qui prebenda dicuntur, tamen denominative est in beneficiato quem denominat canonicum vel beneficiatum cui competit ex illo iure percipere fructus / hec notandum secundum Bern. in glo. c. cum M. Ferrariensis de consti. / quod diversa est iure prebenda et canonia ut patuit ubi Vincentius dicit quod laicus potest habere prebendam et esse prebendarius sed non potest esse canonicus ut in c. i. extra de insti. / unde omnis canonicus debet habere prebendam sed non econtra / Illud dictum Bern. multis fuit occasio errandi qui in velamen aut avaricie aut symonie dixerunt quod preben(da) potest vendi / et ita ingrediens canonicatum ut consequenter preben(dam) possit emi ad dandum temporale / hoc insufficienter dat ad consequendum beneficium, non attendens quod beneficium et preben(da) adeo sunt coniuncta ut beneficiandus unius sine alio acquirere non potest / sed eodem modo quo unum consequitur, consequenter et reliquum sic dicitur in c. Salvator i. q. iii. / quorum unus cum altero venditur sine quo alterum non provenit neutrum non venditum relinquit unde habito beneficio debetur et iure prebenda / et sic requiritur emere quodam et modo debetur Est tamen notandum quod preben(da) habet duplicem respectum unum modo ad beneficium et ad spirituale et sic procedit quod dictum est / Alio modo preben(da) in se sumitur sed pro fructibus perceptis aut percipiendis / et sic talis preben(da) et fructus possunt vendi et emi simpliciter vel ad tempus et sic clerici pro persona ex bonis perceptis emunt sibi victualia / et sic potest prebenda vendi eo modo quo religiosi hanc stipendiarios et tales etiam clerici vel collegia possunt habere decimas quas tamen decima venditur et tamen est spiritualis Responsio quod decima vendere sicut prebenda absque relacione ad spirituale propter quod debetur clericis sed in sustentationem ministrorum ecclesie unde quia spirituale non potest vendi Ideo sanctus Tho. secunda 2e q. c. dicit quod ius decimarum non potest vendi / et secundum Gr. in registro et habetur i. q. i. c. ? dicit Altare decimas et spiritum sanctum vel ordine vendere symoniacam esse heresim nullus fidelium ignorat / que omnia intelliguntur ut sunt altare vel decima hanc ordinem ad spirituale / ut si quis vellet quod instituetur ad parochiam nisi solveret aliquid pro decimis post collacionem parrochie percipiendis 2o est notandum ~~[illegible]~~ principaliter distinctio quorundam quam ponit Bern. in glo. c. ex parte de offi. dele. quod symoniaca sunt duplicia quedam Simoniaca quia prohibita, que sunt spiritualibus annexa / et hec sive quo ad usum ut calices, Albe Casule et alia ornamenta / sive antecedenter ut dispositive aut consequenter ut beneficium quod sequitur ordinem quia soli clerico debetur sicut prebenda que sequitur beneficium et ordinem prohibita est quod symoniaca secundum Bern. sunt que in veteri et novo testo sunt prohibita symoniaca / que ex tota diffinitio nec quid / nec eas nec anceden diffinitio ostendens / Altera potest dici prohibita quia Symoniaca sunt que essentialiter circa spiritualia contingunt Sam dicunt illi qui utuntur hac divisione / quod symoniaca quia prohibita de iure positivo sunt symoniaca / et ideo talis Symonia vel consuetudine in contrarium vel dispensacione aplica possit tolli / sed cum reverentia illud dictum est intelligibile / quod nulla prohibitio humana facit symoniam sicut nec superbia vel luxuria sed symonia facit spiritualitas rei quia ab consensu

o
alia sunt prohibita quia symoniaca Simoniaca quia prohibita sunt secundum Bern. q. per eorum etc. sunt symoniaca Sed ut possit dici symoniaca quia prohibita sunt

o+
ut gratia et caritas aut sacramentum que circa spiritualia contingunt

115

divinum non potest nec debet minime vendere que tamen nec vendi potest ipso nec studiosus ub
vendens est dominus rei quam studet vendere Si vero de hiis possumus / insignum simonie
quedam ponit ut irregularitas et depositio / et tales per dispensationem [usar] possunt tolli Secundum circa
hanc divisionem arbitror venire ex apparentia similitudinis / quod non est similis / nam secundum Tho(mam) 2a 2e
q. lxviij dicit quod quedam sunt bona quia prohibita / et quedam prohibita quia mala / propterea
igitur illi ex similitudine hic posse simoniam dividi / non attendentes quod genus extenditur in plus
quam species / et ideo membra que dividunt genus non dividunt speciem / sed magis con
stituunt speciem 3o nondum pertinet quod duplex est simonia scilicet manifesta et confessa
Manifesta est quando datur temporale pro spirituali et econtra interveniente pacto / dicitur notanter
interveniente pacto / quia absque pacto communicans pro ministrante spirituale recipere temporale quod
naturali obligatione obligatus beneficiatus beneficienti sicut dicitur 1 Cor. ix ubi declaratur
illud Deuteronomii xxv non alligabis os bovi trituranti / quis gregem pascit et de lacte eius non
edit quis plantat vineam et de fructu eius non comedet / qui in sacrario operantur de sacrario
vivant / et qui evangelium annunciant de evangelio vivant / sed ministrans spirituale potest
ab illo [alio] petere temporale cessante fraude / sicut secundum Scotum in 4o de talibus ministris / offerens etiam
mendicat ab alio orationem ~~ut~~ non [ut] emat eam / sed ut bono inclinat ministrans ut spiritualis
ministret sicut absque pacto qui sponte confert ministrans spirituale est laudandus / sicut fecit
Anna que obtulit Heli tres vitulos tres modios farine et amphoram vini 1 Re 1o
et 1 q. ij § ecce ~~illa~~ [oves sed] quo ~~de apostolorum ad quorum~~ / sic in primitiva ecclesia precia precium
pia ad pedes apostolorum ad quorum collegium recipi desiderabant Actuum iiij et per Jheronimum in
epistola ad Nepotianum de vita clericorum et monachorum / non tamen [sit] illud in pactum dictum / quia sic
mutaretur obligatio naturalis que oritur caritatis et amicitie in obligationem civilem
que oritur ex iustitia ut in vendente et emente. sed gratis accepistis gratis date Mathei
decimo nec excusat consuetudo nisi hic possit [nec] malos excusabit quia tanto graviora
sunt crimina quanto diutius infelicem animam detinent alligata ut in c. cum tanto
de consuetudine et in c. cum in ecclesie de simonia nec relevat multitudo peccantium quia ex multitudine [ne]
pena non minuitur sed augetur / nec excusat quod [quia] ad fabricam aut ornamentum aut pium usum
recipiatur quia quod una via prohibetur / alia via non debet admitti ut est elegans inc. li. vj
maxime dum factum plus prohibetur quam modus ut in c. ex multis 1 q. iij dicitur
si quis male ~~acquirit~~ [accipit] ut bene dispenset / plus gravatur quam iuvatur nam rapina vel furtum
vel quasi rapina est ab alio sua exigere / et ei nichil pro illo dare / et contra caritatem
militat ideo penitus ab homine fugiendum / nec pro deo quod sit fiat pro caritate dei et
ecclesie conservande / quia talis [i]tas contra caritatem non est / qui autem non diligit fratrem
suum quem videt quomodo deum diliget quem non videt / nec deum diligit qui pauperes
spoliat / et de rapina ecclesiam dei ornat 1 q. 1 non est putanda / sed quantum debetur
respicit ut consuetudinis nostris habeatur / sed non de quanto capiatur / ad quod maxime tactus
eius respicit / si equaliter divites et pauperes gravat / quod augmentat penam per dissimulationem
igitur superiorum aut negligentiam abusiones tales pestifere animarum perniciosissime nunc atten
dentur sanctiantes sunt introducte / que hodie tollerantur / quia in iudicium non deducuntur
sicut dicitur in c. cum iamdudum de preb. Multa in ecclesia per patientiam tollerantur que si in

prohibita et quedam prohibita quia bona
nam quedam mala quia prohib

Aut si quondam libellus repudii
aut hodie multa mala [sunt] mag
nus malum vitetur ne ecclesia temporali
pena ad presens aut pro parvo non
tollerantur

in introitu essent deducta exigente iustitia tollerari non debeant. Alia est simonia presumptive ut qui in collatione spiritualium exigit quod spirituale non sub nomine pretii, sed quasi donum dei pro dono dei, ut bonum pro bono, quod partes sua auctoritate invicem se permutare intimant aut quod paciscuntur nomino te ut nomines me, ibi licet temporale non pretium, spirituale tamen spirituale succedit loco pretii, et talis simonia est tanto nequior quanto ex parte utriusque tecnia peior et velata secus si vim dare ut tuos inclinas recipientem ad instandum vel faciendum quod alias non esset facturus ut ego do tibi florenum sponte et rogo ut deo facias vel missam in suffragium mei celebres cessante fraude, nam in spiritualibus omnis pactio illicita sive gratuita expressa ut in c. si. de pactis, dicitur nonnunquam illicita sive consuetudinaria sive conventionalis quod licita pactio sive conditio possit apponi, sic per dominum petro Si diligis me pasce oves meas Ioh. xxi et in c. singula de electione. Tertia simonia presumptive est, qui quis non admittitur ad serviendum nisi det tantum sub isto velamine quod damnum applicat subtrahere et non privato usu, quod tamen per indirectum ad privatum usum applicatur. Nam canonici tenentur ecclesiam de bonis ecclesie ingresse consignare, ne igitur de suis portionibus stringat eos nimis recipere mentiuntur ubi non permanebunt, et de novo admissos gravant quos fructus ecclesie ipsius plenius percipiunt, a tali igitur pena exactione quilibet iure se participem eterne patrie sperans abstineat, ne eterne damnationis portionem cum Simone et Giezi recipiat, absit ut patrimonium Christi crucifixi et dona dei ad solos divites perveniant, doctissimi et optimi ex pauperes sunt velut ceci Ignatii Gibbosi Annei claudi idest et passionibus scatentes ingentem scabiem habentes iniuriosi contra legem Levitici xxi et canone in xlix dist. hinc etiam iustitie multitudine adeo ut si alio miraculo vel per columbam ignoram ut olim Greg. vel columbam albam candidam desuper sedentem ut olim Severus eligantur saltem florenis ut solet fieri careret canonica institutione et prebende perceptione prima, merito igitur tales in celum clamabunt, quanti mercenarii in domo patris mei habundant panibus et ego hic fame pereo, naturaliter namque aliorum mercenarii et servi sunt qui certo sensu et intellectu sub aliis erant, et quibus tamen meis et non exquanescat rant tam composite mentis ut non scandalizentur in re tam apte et scite et canonice scriptura concepta. Simile est S. Iacobi in canonica sua c. ii. Si introierit vir in conventum vestrum anulum habens aureum et vestem candidam et tu dicis illi sede et sedet, introierit et pauper in sordido habitu cui dicitur tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum nonne iudicatis vobismetipsos et facti estis iudices cogitationum iniquarum. Audite fratres mei dilectissimi, ait, nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, divites autem in fide. Si personas hominum accipitis peccatum operamini. Ad idem ne quicquam exigatur ab intrantibus ad beneficia vel prebendas statuitur in concilio Calcedonensi ut in c. salvator i. q. iii item in c. ex multis i. q. iii. in c. quod simoniaca de simo. que est constitutio sancti concilii lateranensis statuitur quod ~~monachos~~ simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit ut vix aliquam sine pretio recipiant in sororem paupertatis pretextu, volentes huiusmodi vitium palliare, ne de cetero fiat prohibemus, statuentes ut quecumque de cetero talem commiserit pravitatem tam recipiens quam recepta sive sit subdita sive prelata sine spe restitutionis de monasterio

expellatur in locum arctioris regule ad agendam perpetuam penitentiam retrudenda
et idem decernimus circa monachos et regulares observandum / quod et precipimus
ibidem singulis annis per diocesanos locorum publicari / ne quis per ignorantiam
queat [illegible] excusationem [illegible] si statutum et mens sacri concilii respicit ~~fin~~
et quietis penitus et ceteris quam alii statuta notantur [illegible] Ad idem est clara sententia
Bonifacii in constitutione que incipit Sacrosancta ubi generaliter sigillatim ne quicquam
exigatur ante vel post collationem spiritualis [illegible] romanus pontifex quod absit in-
~~quicquam exigatur~~ commissum fuerit consilio proprio desciatur / Ex ante hodie a tot
et tantis committi horum agitur / absentia vantur naufragii causa est. Sed et hic spiritus
sanctus corda hominum horum non inhabitat. Si enim venerit ille paraclitus testimonium
perhibebit de me / et vos testimonium perhibebitis et cetera de themate / introductionem sermonis
divisionem breviatur gratia. Quantum ad 2m principale pono primo conclusionem istam
Iniquum et caritati inimicum est statutum ~~ut~~ nemo recipiatur ad prebendam canonicatum
aut beneficium nisi tantum tribuat ad fabricam aut edificium ista conclusio sic probatur et dicitur
primo probatur sic quicquid adversatur legi divine est iniquum et caritati inimicum / sed tale
est statutum huiusmodi igitur / maior patet quia lex divina est finis precepti est ~~caritas~~ caritas 1 ad thimo. 1
et ideo dicit salvator math. 15 / quare vos transgredimini ~~preceptum~~ mandatum dei propter traditionem
vestram quas diceret traditiones offitiose divinis legibus sunt resistende. Sed minor probatur
quia illud statutum impietatem malam sub nomine pietatis mittit [illegible] quia deus dixit
honora patrem et matrem / et qui male dixerit patri aut matri morte moriatur
scilicet morte spirituali et eterna / vos autem dicitis patri et matri munus quodcunque est ex me tibi
proderit unde [illegible] sic ut nova parentibus debita vel eis impendenda in prebendis [illegible] quibus
iam laborant / aut nova iam a parentibus habita capiant in utilitatem talis [illegible]
et ita preceptum dei de honorando et subveniendo parentibus multipliciter transgreditur et pa-
rentes contingit exulari Relinquitur ergo quod hoc statutum per viam sequele directe est
contra legem dei nam / et si licitum in se quod non credo esset statutum / hodie tamen propter
scandalum maxime ab eo recedendum esset quia non solum a malo sed ab omni specie
mali abstinendum 1 ad thess. 5 et in c. audivimus de simo. et in c. in civitate de usuris
quo scandalo laici ~~[illegible]~~ idem dicunt / prudenter [illegible] et a suis parentibus
extorquent temporales donationes. Dicitur notanter in conclusione iniquum est statutum nemo re-
cipiatur etc. quia secus in summa in titulo de simo. q. 14 dicit quod possit tollerari si sit sta-
tutum. Quandoque dederit tantum ad fabricam etc. recipiatur [illegible] quas [illegible]
Si tamen periculosum est [illegible] nos de simo. ideo abstinendum. 2a conclusio Quin [illegible]
rectitudine morali premissa dictum more [illegible] ecclesie aut collegium observare
iure questio frustra se torquet / aut quia [illegible] cogitur liberare aut [illegible] factum
de statutis servandis observare. Ratio primum quia talis volens precipitat se in [illegible]
et alios eum recipientes isto modo eo precipitant quia potius dimittere canonicam ad
finis constitutionem [illegible] rectitudinem moralem illam [illegible] / Secus si [illegible]
[illegible] ius / et post ius quesitum experiretur ~~eos~~ ad esse vos qui pecuniam peteret / tunc ad

2m principale

p° ad thimo. 1

Textus math. 15 et marci 7 dixit vos autem dicitis si dixerit homo patri vel matri corban quod est donum dei quod dicitur [illegible] munus quodcunque sed [illegible] et ad honorem dei quodcunque ex me tibi proderit

alias [illegible]

2a

retinendum sed et maxime ne illi spem privandi fructibus dentur magis offenderent

potest aliquid dare ad tempus ut redimentes tempus ut dicitur Math. v Si quis accepit tibi

tunicam da ei et pallium. Unde Hostiensis deducit xxix moralium c. xxix. Ratio 2e partis [illegible]

est quia iuramentum hic est iniquitatis vinculum ut in c. si vero de iureiurando. Et

sanctius est non observare quam observando periurium crimine mutare. Si tamen dampnum sit dubium

probabiliter an valeat donatio vel non potest sub protestatione dare et compulsus tamen quod [illegible]

et post certior redditus corriget errorem et peniteat. 3m consilium potius homo debet eligere

quod ad talem prebendam pervenire aut alium ad eam promovere probatur quia homo

potius debet omne malum pati quam peccato consentire. Sed ad talem permutationem seu pro

motionem certitudine morali communiter peccatum committitur et sic propter temporale consequendum deus

sine medio offenditur quod est omnis caritatis exclusivum. Nam ibi peccat permutans

et promovens permutantes et promotus et singuli de capitulo. Unde sub pari pena puni

untur agens et consentiens quinimmo magis agens et adiuvans et consilium dans sine quo

non fieret. Dicitur notanter certitudine morali quia secus esset si ad factum vel promotionem

aut promotorum peccatum contingeret aut fortuitu sequeretur peccatum ut dicit Aug. in epistola ad

Macedonium et habetur in c. de occidendis xxiii q. v. Quantum ad tertium finale quia cari

tas defecit in hominibus nec sunt qui ecclesias aut edificia ecclesie edificarent. Sed potius heu

qui minime mineralia spoliant quos nec etas tenerrima nec fragilis sexus feminei movet

et quod miserabile dictu captivos ducunt ac gementes hostibus afficiunt. Respectu de modo de

modo quo templa sumentur ne ruant et domus dei in decore permaneat propter omnia

accomodatius foret ut intrantes libere aspecta necessitate contribuerent ad instar anime

et apostolorum collegium intrantium de quo supra. Quid si non sit electus ex tribus unum

Primum consilium quilibet unum recepturus in collegio aliquid de quota pia anima perdat

que potius fabrice assignetur quia melius est tibi unum oculum habere aut pe

dem unum vel unum famulum et eo parcius vivere ingredi regnum celorum quam duos

habentem sub amaro modo mitti in gehennam. Appellatur invidia Jheronimus ad Gellam

invidia primum mordax tui semper sancta persequens. Et facilius agendum erit. Nec

tum stolidus inveniatur qui arguatur et ego lucravi et tu ut intrares nec est quod

est argumentum cordis a caritate dei et proximi omnino alieni et perditione proximi.

2m consilium vacantium prebendarum imponatur omnis prebendarum quod fieri potest ut in c. significasti

de prebendis et ordinationibus ut amplius ingredientes ad eam, ad certum numerum annorum

aut temporum et temporis iuxta racionem certa curcant et certa quota fructuum fabrice deputanda

aut certo numero florenorum redimatur quod arbitrio eius relinquitur, ut arbitror ab initio

in ecclesiis actum fuisse. Et post quod voluntarie prius redemptum est sub necessitate fuit

per malam sequelam conclusum et quod promissum fuit ad tribuendum expenditur cres

cente transivit ad mercem ut in c. pia de except. li. vi. Istud consilium fundatur in fin

c. quamquam i q. ii. Et ad hoc est sanctus Thomas 2a 2e q. c. arti. iiii in fine. 3m consilium

incorporetur de novo aliqua de prebendis quia vice prima hactenus propter quam

statuta voluerunt ad fabricam reservant quod si ista via in una persona diminutis

tulius diminuitur melius est tamen deo paucos mundis manibus et labiis servire quam

quam multos peccatores vanae actionum verberant, arguunt in c. non amplius de institutione ubi dicitur: Non amplius suscipiantur in monasterio monachorum aut clericorum aut puellarum quam quot de bonis ecclesiae sine penuria sustentari possunt; ad illud est et periculosa, de statu regularium li. vi. Primum viri deum timete, deum diligite, dictis animum adhibete, nec sitis tam duri cordis ut qui verba in ventum me dedisse fateatur, nemo sit quem sermo diu induret, nec sit cuiquam odor mortis in mortem qui vivus omnibus sive salutis interesse conditionis vitam ancipite retractate quia media vita in morte sumus; unum est sapientis consilium ante finem parare infinita verbum veritate plenum, quia hic manere non est hominum, sed spiritu sancto monemur, et civitati dei et premium impendi in mansuetudine suscipite quod potest salvare animas vestras ~~amplius~~ modo neminem excusabit ignorantia quae hactenus ut spero probabiliter multos ex vobis potuit excusare; nunc mementote quia aliud est non scire, et non scire velle; si repellis sciam repellit te deus, quod si veritatem amamus et virtutem amatam sequimur ad summam virtutem perpetuo qui est via veritas et vita veniemus ipso duce qui vivit et regnat eternaliter ludimus Amen 1488 in xlma

Sequitur appellatio simpliciter duorum venerabilium doctorum studii
Erforden. per spectatum dominum licentiatum super hoc consultorum

Honorum laborum gloriosissimum fructum percipe cum hinc recommendacione sui venerabilis domine licentiate recepi nuper litteras vestras cum quodam sinodali per vos facta quam potius videre narrando Reverendo patri meo seniore doctore henrico ludowici conspicere ut quod in ea veritas reperiretur veritatis et salutis amore confirmaret et approbaretur. Sin vero quid a veritatis tramite deviaret in meliorem reduceret; laudo studium humilitatem et zelum vestrum. Vellem autem quod peritiorem iudicem quam ad personam meam attinet elegeritis, quia tamen amatores vobis et si non prout debemus tamen quantum valemus respondere intendimus, ut igitur vester senior prius loquatur ex ore ipsius istam vobis scribo sententiam qui, per litteram nobis collatam nobis directam ego inquit quemadmodum dudum istius estimationis fui adhuc sum quod statuta quaedam ecclesiarum super hinc re ingrediendis sunt periculosa licet ille sponte non recedat estimationem meam legere, receptis quidem per laboribus vestris tempore deliberando recolligendo litteram et denuo legere quibus inveniens quod semper maiorem in premissis sententiam me imminere ponderosa levius amplexasse videar aut iniustius impegisse vel in veritatem vel amicitia duxissem tamen amando veritatem vos offendere non valeo animo, cum ipse sinceriter sit veritatis eiusdem amator; ad propositum igitur dico quod meo consilio verum inter doctrinale invenibiliter principia limitando testibus et suis validissimorum doctorum quibus omnino dissentire nequeo, quam ut vobis gestorum illam aut negativam sive illud negativum receptamentem ordinacionem sive statutum Nemo ad hominem recipiatur nisi tantum tribuat et de cum doctorum quos unquam legi sive in sacra pagina sive iuris intentione fore iudico unde ut in limitibus facultatis meae maneam quae doctorum theologorum per huiusmodi confirmatorum dicta submittam, hugo de s. victore in li. ii de sacramentis parte x c. x inter cetera declarans hoc sine simoniae vitio non esse, si prebenda nisi aliquid detur non obtineatur dicens sic infirma; vide quoque modo non emeris quod non habuisses si pretium non dedisses ne relevat bonam conscientiam. Nota ubi constat de ecclesia quod videlicet dandi adnecessarium non datur ut pretium prebendae, sed ut statutum pro fabrica sicut willhelmus altissidorensis in tertia parte sue

117v

sime in tractatu de Simonia ad propositum sic ait / Non licet pretendere dare pro spirituali
aliquo mediante arte qui omnimodum concludit nullum admittit / addit quod spirituale cum
non potest cadere in dacione precende nec ut sic principaliter nec secundarie vel consequenter
Si enim ibi cadit ut precium ergo sub precio id quod est annexum spirituali venit / Insuper
beatus Thomas 2a 2e q c articulo iiij in solucione ultimi ar. dicit sic Circa collationem vero beneficiorum
sciendum Si episcopus antequam alicui beneficium conferat ob aliquam causam ad manum aliquid
subtrahendum de fructibus beneficii conferendi in pios usus expendendum non est illicitum
Si vero ab eo cui beneficium offert requirat aliquid sibi exhiberi de fructibus illius beneficii
idem est ac si aliud munus exigeret et non caret vitio Simonie Similiter dicit super
iiij dist. xxv q iii ar iii Et quia secundum doctores secundum planum est si aliquid requiratur a beneficiatis
sub quocumque pretextu simoniacum est Secundum magistrum Sententiarum plana satis ponit sententiam dicens
omnes qui pro ministerio sacro sibi aliquid dantes vel accipientes Symoniaci dicuntur Verum
ne tam planis doctorum sententiis percellantur omnes corrupti sicut ceteri simoniacos inge-
niosissime varios novarum pallios obvelare videte diffinita est Simonia ab omnibus
est studiosa idest ingeniosa voluntas / aliorum modernorum applicatorum et religiosorum in ea
scripta in hoc tellegi qui unanimiter conscripta gemunt hoc malo ecclesiam infectam refertur
etiam statutum generalis concilii Basiliensis sessionis xxj et confirmatum per Eugenium
papam quod pro collatione aut institutione ad prelaturas vel beneficia nihil debet exigi ante
aut post racione cuiuscumque statuti aut consuetudinis exceptis salariis scriptorumque
pro labore accipere pro / in quo quidem decreto michi duo valde videntur ponderanda
primum tot et tantorum qui in tanto et tali modo in illo concilio congregati inveniuntur
2o auctoritas spiritus sancti regentis ipsum concilium ut pie credendum est sententia est / Illo
autem epistole compendio concedit videre [illegible] dico quod primo statuendum tale negotium in
perfectione timoratis et bonis conscientiis valde periculosum et horrendum / tum quia
repugnat sententie Christi clarissime ac sanctissime / gratis accepistis gratis date / tum quod nocet
rei publice sancte ecclesie per hoc quod excludit a perceptione beneficiorum pauperes et doctos
ac timoratos habentes conscientias et sic fit quod collegia replentur per tales de quibus propheta Non
est timor dei ante oculos eorum / dicit autem Aug. primo de civitate dei / quod omne statutum
rei publice lesivum iniustum est Item quia sanctorum bonorumque sanctis contrarium Ego vero ita
late tamquam edera hoc simoniaca heresis repperitur / cum fore timeo et plango cum
Jheremia a minore quippe usque ad maiorem omnes avaritie student a propheta usque ad sacer-
dotem omnes faciunt dolum certe avaritia facit studiosam et dolosam voluntatem acqui-
rendi lucrum etiam in spiritualibus quod est diffinitio symonie Oro igitur pium dominum nostrum
Jhesum Christum quatenus inspiret omnibus qui hoc periculo malo involuti tenentur et ut sa-
lutaribus acquiescant consiliis a tanto malo liberentur in bonum anime sue et tocius
ecclesie dei amen valete in Christo salvatore anno 1471

Collacio synodalis facta [illegible] p
m. Seitzer [illegible] ad cle-
domino herbipolensi

In Nomine sancte et superbenedicte trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Ad laudem vnde et gloriam omnipotentis dei eiusdem dei creatoris redemptoris et salvatoris nostri, necnon in specialem denique honorem beatissime virginis dei matris marie domine domus huius ceterorumque patronorum sanctorum eiusdem totiusque celestis curie, demum etiam singulorum in augmentum salutis scientie et virtutum venerande congregacionis huius, necnon omisso multiloquio locutivo mihi et prolativo collacionem brevi in scedulam, verbum simul et manum dicendi actus ipse offeret et quod in presenciarum celebrari oportuit: Messis quidem multa operarii autem pauci. Ita scribitur originaliter luce x et mathei ix capitulis, auditum est in sancte iam recenter decantate leccionem et assumitur pro themate huius proferende collacionis. ¶ Prestantissimi patres ac domini colendissimi prelati doctores Canonici sacerdotes ac alii quibuscumque titulis sive dignitatibus refulgentes. Super proposito verbo dicere conaturus, en primum me cerno ipsius periculi similiter exponere ho. beato Gregorio in omel. Sed heu inquit messis multa dicitur et operarii pauci quia et si sunt qui bona libenter audiant, desunt tamen qui dicant; cunctas enim mentes vestre dominacionis video ad discendum erectas aures ad audiendum, lingua autem mea quamquam velox ad loquendum quietis impaciens, Nihil tamen forte satis decorum, satis utile ac decens pro tam venerandis auditoribus habet, dictare unum potius doceretur foret. Sic enim mandavit sanctorum patrum antiquitas, ut aliquociens in anno secundum singulas sedes sive ecclesias concilia synodalia celebrentur, ad exhortacionem ad correccionem, et querelarum solucionem oportunam ut habetur in canone xviii dist. c. i et per totum. Cuius autem sum ego ut vadam et loquar ad populum impedicioris enim et tardioris sum lingue Exodi iiii c. In uno tamen illo confisus quod tamen leto sancti evangelii legere audistis precedentem subsequentem: Rogate dominum messis (dixit salvator) ut mittat operarios in messem suam, hoc est secundum Gregorium ubi supra vos pro nobis petite ut digna vobis operari valeamus etc. per vestras quippe intercessionem graciam qua pro me dignus non sum consequi potero, et quod mea vita propter meorum obstacula non meretur tante devocionis et humilitatis instinctu apud summum patrem accipere valebit. Ad thronum ergo gracie recurrentes per mediatricem quam semper audit deus quia nihil negans semper honorat postulemus cum fiducia humili mente dicite una mecum ave maria.

Messis quidem multa operarii vero pauci loco et c. allegatis. Ornatissimi patres ac domini colendissimi dilecti. hortatur nos apostolus, et gracias agentes deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine ut ambulemus digne deo per omnia placentes in omni opere bono, fructificantes et crescentes in sciencia dei, in omni virtute confortati secundum potenciam claritatis eius etc. ad Col. p°. Nam si omnia merito laudent dominum, que participant bonitate eius, maior agenda nobis incumbit laus honor et dileccio quibus habundancius dare fecit in diversis gradibus statum. Crescentibus enim donis racionem etiam crescunt donorum sicut dicit beatus Grego. ac Luce vii magis enim diligit estimo is cui plus donavit. Et beatus Bernhardus in sermone ad patres in concilio Remensi, vos qui in memoriam eius offertis munera non corruptibilia auri et argenti sed preciosi corporis et sanguinis agni immaculati, quantam dignitatem contulit vobis deus, quanta est prerogativa ordinis vestri, pretulit vos deus regibus et imperatoribus, immo ut altius loquar, pretulit vos angelis et archangelis thronis et dominacionibus. Sicut enim non angelos, sed semen Abrahe apprehendit ad faciendam redempcionem, Sic non angelis, sed sacerdotibus divini corporis et sanguinis commisit consecracionem. Hic ille. Quid igitur potioribus nedum mortalibus creaturis, immo omnibus hominibus deo exhibere sedule debemus subieccionem virtute quantamque dileccionem sinceritatem audite i. Petri iiii, Si quis ministrat tamquam ex virtute quam subministrat deus ut in omnibus honorificetur deus per Ihesum Christum. O et si utinam non veritas dicere de nobis illud ad Rom. ii Nomen dei blasphematur per vos inter gentes etc. Habet quidem alia vasa misericordie que preparavit in gloriam suam ad Rom. viiii c. Hec est voluntas dei fratres karissimi sanctificacio vestra

ire apta in interitum que sustinuit in magna paciencia deus hec talia vasa

ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore, non in passione
desiderii sicut gentes que ignorant deum. i ad thess. iiij. Honorificat autem deus in
vobis patres optimi, quod videt eius honor vobis et beneficium ab hominibus exhibetur. Math.
x. Qui vos recipit me recipit. Honorificat iterum per divinam potestatem recte a vobis in dirigendo
populo creditam, quodcumque solveritis super terram solutum erit et in celis. Math. xviij. Hono-
rificat deum etiam, quod virtus et veritas xpiane doctrine in vita vestra et moribus
refulgere videtur. Johannis xiij. In hoc cognoscent omnes homines quod mei discipuli estis
etc. Sed quid dicam? primum quidem et alterum consideratum a vobis attentius, sapiunt
dulcius. 3m vero sustinetur gravius. Amicus me dixit dominus, non quod vidistis signa sed quia
manducastis ex panibus et saturati estis. Joh. vj. Pinguis est panis xpi et prebebit
delicias regibus. Canit ecclesia scriptum est. Gen. xlix. Sed durum est valde quod minatur
pastoribus delinquentibus dominus per prophetam. Ezech. xxxiiij. Ve vobis pastoribus qui lac quidem
comeditis, lana operimini, gregem autem meum non pascitis. Zach. x. Super pastores
iratus est furor meus dicit dominus et visitabo super eos etc. O quam periculosus status hodie
temporibus prelatorum aut cure pastoralis omnis habentis. Omnem enim laborem adhibito qui
ad pastoris officium pertinere videtur, vix adhuc parum fructus percepisse cernimus
sed pleriisque frustra contendunt. Ezechiel ij et iij. domus exasperans est, ad quos ego mitto
te loqueris ad eos, nec audient te, quia nolunt audire me etc. O quam quid retribuitur
ergo requirentibus a deo pro labore inutili. Quidquid grandis hic sermo illi luce xvij. Taceo
de hiis qui ecclesias pingues pluresque per audaciam dicere accumulant in nulla aliquam agentes
ubique negligentias committendas, animas in omni loco perdentes. In labore hominum non sunt
et cum hominibus non flagellabuntur. ps. lxxij. Quod beatus Bernhardus sermone predicto sic
ad propositum exponit. Cum absurde sonat quod per prophetam minatur dominus sicut populus
sic et sacerdos. ysaie xxiiij. et Osee iiij. plane modo peius esse cernitur. Non modo
sicut populus sic et sacerdos. Laycus enim per avaricie studet aut voluptati deditus
hoc non tamen labore habet. Sed clerici sine labore totum volunt hodie modum possidere
Coitare volunt cupiditati et superfluitati, sed non labori; peccare volunt cum
aliis hominibus, sed non flagellari cum hominibus. unde valde timendum est quod flagel-
lentur postea cum demonibus. hec ille. O patres quam periculosa res habere ecclesiam regendam sine
prochiam et absentare se. Non sine effectu procedit clamor querulantium. Greg. Exod. iij.
Clamor filiorum israel venit ad me. Non ignorant nec dissimulant sancti ecclesiarum pa-
troni fidelem pastorem in verum periculum postulantes. Non quiescunt neque tacent eius
fundatores coram summo iudice hec querulando. En aspere minatur omnibus Zach. xmo
Affligentur quia non est eis pastor. Durius increpabit pastores deserentes sine grege
Math. xxiij. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite, qui clauditis regnum celorum
ante homines, vos enim non intratis nec introeuntes sinitis intrare. O quam sine honore
stabimus si sic suscipiendi sumus a severo et iusto iudice in novissimo die.
Sed hoc quidem nonnullos considerantes, mentemque capere cessavit, et studium etiam eruditionis
quibus non satis dignum adhibere videmus nostris temporibus, qui quidem ecclesias pingues
et prelaturas etiam plures in detrimentum animarum, in lucrum peccatorum, in offensam
confratrum ad multa tempora otiose tenuerunt, tandem extrema hora noluerunt
volunt ipsas tenendo occupare. O utinam possem inquiunt permutare ecclesiam meam
pro aliis beneficiis, ego utique non libenter vellem mori plebanus. De tamen animarum
perditionibus fidelium animarum non dolent. Super male sumptis et consumptis fruc-
tibus non penitent, et qualem vice sui vel similem sibi, aut peiorem omnibus sui
succedentem substituant pastorem, dummodo solum care suis vendere possint sua non

non timent O patres colendissimi quibus hos simulabo nisi cum grauibus furibus et raptoribus
ymo et saluator eos his comparat vt Johannis x. fur enim non venit nisi vt furetur
et mactet et perdat Et Grego. in omel. de bono pastore Quia si mercenarii solummodo essent hodie
mercatores etc. sed sunt veraciter lupi fur enim non timet aliena iniuste sibi vsurpare in
furto autem aut forefacto non vult inueniri vt in glo. ibidem Sic et illos timeo ne ter-
ribilis illa procella transeat eternaliter sicut math. iij et luce iij Genimina viperarum quis ostendit vobis
fugere a ventura ira facite fructus dignos penitentie etc. Super quo beatus Grego. xix omelia
super euangelia a ventura ira idest extrema vltione fugere peccator non valet qui nunc ad
lamenta digne penitentie non currit Augustinum ergo audiamus in epistola ad valerianum Et in
canone xl. dist. ante omnia Ante omnia peto vt cogitet vestra religiosa prudentia nihil esse in
hac vita facilius et leuius et hominibus acceptabilius presertim autem pastoris officio si perfunc-
torie atque adulatorie res agatur Sed nihil in hac vita laboriosius et difficilius et periculosius
eo, verumtamen apud deum nihil beatius si eo modo militetur quo noster imperator iubet quos
vt dominus noster iesus christus hoc ille fugere ergo pater optime debemus, et non fugere suscipere et non
velle suscipere, ambitio enim culpam habet, sed labor meretur vt dicit beatus aug. in
de ciuitate dei In salute namque et non in periculum, in honore etiam et non in decore vestri
ministerii estis patres dilectissimi a saluatore nostro etiam in presenti vita et in futura .i. ad
Thi. v. Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni sunt, maxime qui laborant in
verbo et doctrina Et hoc quidem vtriusque legis obseruat apostolo testimonio Non infrenabis os
bovi triturantis deutro. xxv, et dignus est operarius mercede sua, quod etiam in luce x euangelica
audistis et in glo. ibidem tamen dicit esse mercedes euangelistarum regnum dei vt non contristet
nec contollat, O quam bonum igitur quam iocundum quam honestum est seruire deo Sic ait
ambro. in li. de vita beata Sub christo tutus securus est et secura libertas etc. et aug. ad fla-
cillam virginem Seruire deo esse summa libertas est, et quasi quedam supereminens mundi
nobilitas etc. Sic ergo nos existimet homo vt ministros christi et dispensatores ministeriorum dei .i. cor. iiij
Ministrantes autem regnant scientes precipue vt ibidem ostendit et in precedentibus c. vbi
emulationem corinthiorum contra se et pastores dei arguit saluatorem populi et ministerio pastorum
pendere et vices dei illos tenere et amare debere ostendit Dei inquit adiutores sumus nos, dei
agricultura estis vos, dei edificatio estis, quod beatus Grego. xvij libro moralium tractans
ait hoc quod deus per spiritum sanctum agit intrinsecus nos exterius ministerio vocis
adiuuamus etc. Nos quidem plantamus, nos etiam rigamus, vt deo dante incrementum fiat
tandem metamus, quia que seminauerit homo, hec et metet, qui seminat in carne sua
de carne metet et corruptionem, qui autem seminat in spiritu, de spiritu et metet vitam eternam ad
Gal. vj. secunda ij chor. ix Qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedic-
tionibus de benedictionibus et metet, O quam copiosum igitur fructum de benedictionibus speratis et ha-
bundantem gratiarum dei percipietis patres colendissimi, si ad modicum laborare in agricultura
dei non piget, ymo vt in alio loco saluator ait, Alii laborauerunt vos autem in labores eorum
introistis, ego misi vos metere, quod non seminastis Jo. iiij Mensuram igitur bonam et
confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt vobis in sinum vestrum luce vj, Commu-
bitur enim vobis et computabitur in serium vestrum in regnum et donationem math. xxv. et luc.
xviiij Qui in modico fuisti fidelis super multa te constituam, Eris potestatem habens supra
x. ciuitates, vbi in glo. x ciuitates, x. sunt anime quibus bene glorificandus prepositus
qui ad gratiam euangelii per verba sancte predicationis illas perduxerit, Alios quidem populus
vos inter angelos siue archangelos collectis vos aliorum pastores et rectores ad principatus

o quam bonum quam iocundum quam salubre
est seruire et esse ministrum christi
ministrum ecclesie pastoremque
gregis saluatoris nostri

et pastores et doctores elevabimini ut perpetuo vos sibi prelatos videant quorum directioni et regimini sponte in puritate dei amore subiecerunt. Etiam ad thronos chorosque in quibus sedens dominus iudicat si perfecte regulam iustitie sectantes ~~terminis~~ ascenderitis domino promittente sedebitis super thronos iudicantes xii tribus israel luce xxii. Commendabitur iterum magis vobis et computabitur labor predicacionis verbi dei in decorem specialem et glorificacionem. Qui docti fuerint fulgebunt quasi stelle in perpetuas eternitates daniel xii. Hec est specialis corona doctorum et aureola de qua apostolus ii ad thimotheum iiii bonum certamen certavi cursum consummavi etc. et statim in reliquo reposita est michi corona iustitie etc. ubi interlinearis glossa ad nos loquens ait quod et tibi sperare potes quod et dicitur Apoc. ii esto fidelis usque ad mortem et dabo tibi coronam vite. Commendabitur tertio dominum magis vobis et computabitur veneranda sacierum dispensacio in sanctissima specie sacramenti boni per ipsum promissi et significati sempiternam fruicionem. Quia si tanta benedictione honorabuntur in novissimo die qui pane corporali esurientes cibaverunt sicientes potaverunt ut dicat illis rex Venite benedicti patris mei percipite paratum vobis regnum ab origine mundi math. xxv. quanto magis ipsi qui pane supersubstanciali populos multos non in sustentacionem carnis sed refectionem spiritus gloriosissimo videlicet corporis et sanguinis domini nostri ihesu christi sacramento cibaverunt et potaverunt. Multo enim maiora sunt opera iuxta spiritualia quam corporalia dicit beatus Aug. et est in Enchei. c. xii. Et si manducantes quidem sive sumentes venerandissimum sacramentum hoc promissionem acceperunt ut non moriantur sed habeant vitam eternam Joh. vi. Quanto clarius quanto intimius hiis proferentur qui etiam alios ad sumendum et in salutem suam recipiendum tractando dispensando conferendo vite ipsius salvatoris et domini nostri ministraverint. Hoc est igitur illud speciale quod ad honorem refert dominus in luce xxii ubi postquam se in medio recumbentium discipulorum velut ministrum comitisse ostenderat, primus ad ministrandum se in tali opere cum premio promissionis subiungens invitat, vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis, et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo etc. Nunc puto quod satis nulli liquet vere reverendi spectabiles domini et patres optimique clarescat, quid in verbis hiis que in exordio loquens preaccepi voluerim intendere, humilique vere audientium infirmam rogitarem dicens, Messis quidem multa, operarii vero pauci. Multa sunt in salute et gloria hiis qui bene in ecclesia christi laborant preparata, quia que oculus non vidit, nec auris audivit nec in cor hominis ascendit preparavit deus etc. i ad cor. ii et ysa. lxiiii, gaudete ergo et exsultate in illa die, quia ecce merces vestra multa et copiosa est in celis luce vi. Hec fuere verba vestris reverenciis proposita et coram d. e. tua qualia ut auditum est precialiter sunt introducta.

In quibus quidem verbis salvator noster si intencionem eius studiosius investigas divinitus innotando duo facere comperitur, primo enim bonorum laborum gloriosum fructum insinuans benigne liberaliterque invitat Messis quidem multa. 2o super negligentium malorum qualitas per minas etiam eorum insensibilitatem exigere curat, operarii vero pauci etc. Sit duplex hac via in omnibus novit deus allicere sibi genus humanum, cupidum enim est et timidum ut dicit Crisostomus super math. Cupiditati ergo promissis, timiditati vero minis decrevit subvenire ut dicit beatus Bern. in ser. de nat. domini. Et alibi timor et amor due sunt ale quibus levatur anima proficiens in deum sermone de palma. Si innata igitur diligis et dona dei pavescis, letamini et exsultate quia messis quidem multa, laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere ii ad thimo. ii. Si penas dampnacionis impiorum times, vigilate et state quia operarii pauci. Operariis enim et non ociosis quibus incepat paterfamilias iussit reddi mercedem math. xx. Quantum igitur ad primum ubi de messe dicitur, Messem quidem in scriptura multis modis dici invenimus. Generaliter enim significacione sua messis apprehensionem fructuum notat pro quibus cum ex intencione laboratum est, dicitur una quedam messis

h est messis quidem multa operarii pauci quia arcta est via que ducit etc. et pauci inveniunt eam math. vii multi sunt vocati pauci vero electi math. xx [illegible] commovimini simul et gravius si presumebimini et congaudebimini quia non conabimini [illegible] qui bene [illegible] ii ad thi. ii omne gaudium [illegible] fratres [illegible] in temptaciones varias incideritis Jac. i et i petri i [illegible] operum vestrorum in variis temptacionibus quod inveniretur in laudem et gloriam et honorem in revelacione ihesu christi Messis quidem multa [illegible] messis multa operarii pauci hec fuere verba etc. et prius

ad hunc qualem omnes bene viuentes quia pro bonorum operum remuneracionem accipient in consortio
felicitatis eterne de illa messe legitur ad Galla. vi Bonum facientes non deficiamus tempore
enim suo metemus etiam non deficientes 2a intelligitur spiritualis pastorum et prelatorum qui agri
culturam ~~celestis~~ eterni regionis terram bonam in qua cadens semen verbi diuini fructum faciens tricesimum
sexagesimum et centesimum colunt ad collectionem boni frumenti et tritici in horreum diuinum zizanias
mittens in ignem eternum vt Math. xiii et Luce viii 3am insuper messem insinuat nobis
apostolus i ad Cor. ix percepcionem scilicet temporalium bonorum in sustentacionem corporum hiis qui eciam
labores gerunt Si nos vobis spiritualia seminauimus magnum est si nos carnalia vestra
metamus debet enim in spe qui arat arare et qui triturat in spe fructus percipiendi Has
tres accepciones nobis commendat scriptura messis si que plures sunt quasi alterius generis
a prioribus abiciendum quam illarum igitur nunc tam seriose nobis dominus commendet ad quam
in verbis propositis inuitet nescirem forte nisi lucrum auarorum iuberet talia apte nossem
in scripturis sanctis Confusionem enim totum me redderet nudus cornua gerere Circa temporalem
namque fructuum messem nimis studiosam hominum cernimus instanciam Spiritualem autem agricul-
turam et omnium eternorum laborem nihil vel saltem pro vili reputamus Sic modus hodie spiritualia
illiteralitatem ostendit ministris populi quantum agitur in cultu diuino etiam pro modico nummi
illius satagunt lectio tocius psalterii non reputatur pro mercede vnius denarii At si quis
totum annum pro quodam altaris sacrificio ministraret offerendo vix vnius prandii coram
illo dignus effici posset vnde quasi nimietate concepta ad nichilum tam solitum ad nichi-
lum tam studiosi vt pecunias extorqueremus fingendo magnam deuocionem et nimium in eo
consistere quod ecclesias ditemus census magnificemus et sine dolo siue medio ad eo
tribuendum pro nostris sumptibus laycos populares in omnem ruinam eis condescendendo
et vanitatem inducemus Super quo si cui placet aduertere legat beatum Bernhardum in sermone
tractatu hoc breuitatis amore transeo vnum autem penso quod si illam intenderit saluator
in verbis propositis messem satis improprium eius inueniendo sermonem messis multa operarii
pauci verius hoc modo diceremus messis pauca operarii multi Omnes enim student
auaricie a minimo vsque ad maximum a propheta vsque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum Jhere-
mie vi Nam si vnum beneficium vacat si vna viduatur ecclesia decem sunt qui libenter haberent
omnes quidem currunt quoniam vnus vix accipiat brauium i Cor. ix Sunt si pro vacaret [illegible]
vnus qui libenter omnia reciperet Operarii vtique multi et messis pauca Sunt magne con-
scientie hodie seminarii vt census multos in esse consueuimus vt bona non minorem vt omnia
plura non supportemus multi sunt qui pauperes decipiant multi sunt qui extorqueant
multi qui magna bona pro ecclesiis se facere putant Bone operarii multi messis modica
Quid ergo dicit saluator / absit / absit vtique preces optimum ne aliquis hominum iam veniat in
mentem Ipse vtique iussit primum querere regnum dei et iusticiam eius primum hoc est principaliter
et precipue et maxime vt ibidem glo. hec reliqua adicientur vobis vt posteriora secundaria et
minus principalia vt Math. vi Altera igitur et non hec est nobis messis commendata
vt operarii simus in lucrum animarum in spiritualem profectum ecclesie in expletionem celestium
ierarchiarum Sic enim omnibus suis quibus predicat dicit Paulus Nonne opus meum vos estis
in domino nonne signaculum apostolatus mei vos estis in Christo Jhesu i ad Cor. ix Et nos similiter
cum Paulo alibi dicamus que enim est nostra spes et gaudium aut corona glorie Nonne vos
estis vos scilicet subditi nostri vos estis gloria nostra et gaudium i ad Thess. ii In hiis siquidem multa
messis est nobis secundum spem multa secundum laborem multa denique propter fructuum percepcionem

In omnibus itaque exhibeamus nos sicut dei ministros in multa paciencia laboribus multis in spiritu sancto
in caritate non ficta in verbo veritatis in virtute dei ij ad Chor vj laboremus etenim in
illis velut terram bonam arando semen bonum plantando et demum manipulos colligendo
ut dicitur Ihere i c° Ecce posui te super gentes et regna, ut evellas et destruas et dissipes
et iterum edifices et plantes hoc est arando et seminando / congregatio autem in horreum domini
est extrema verorum subditorum de hac vita in regnum celeste expeditio / messis est consummacio
seculi Math xiij et Apoc xiiij / o cum quanta gloria tunc fulgebunt predicatores ornatissimi qui
quod seminaverunt in lacrimis in gaudio metent ps 126 · hoc itaque in vitam sumite consolationem
quod ibidem sumptum est tamquam de vobis in ecclesia canitur Euntes ibant et flebant mittentes
semina sua venientes autem venient cum ex· por· ma· suos Et tantum de primo signo relinquendo ∴

2° dixi in verbis propositis dominus ihesus conqueritur super neglegenciam et contemptum acquisicionis tante 1
gracie quasi minas et terrorem inimicis eis insinuando, cum glose messis commendacione addit
Operarii vero pauci / o quid magis dolendum et terribile preciosis optimis ut oblata gracia gloriam
et magno laboris precio dampnum eterne pene comparare / lux venit in mundum et magis
dilexerunt homines tenebras quam lucem Iohannis iij et Grego in omel de bono pastore Ecce
inquit si alicubi populus nundinas celebraret aut ecclesie dedicacionem sollempnem festinaret simul
omnes venire gravi dampno se affligi crederet qui hoc non videret Ecce in celestibus celebris
leticia nobis promittitur pro parvo nobis eterna gloria comparanda conceditur Et nos nullo
ad hanc desiderio ardemus preciamur gaudijs et leti simul etc Quid denique magis dolendum 2
(inquid inquam) cum plerique viros ac medijs quibus acquiri gloria illa eterna se ingerant
nec tamen vocant, ut illa secundum salvatoris instinctum adipiscantur viviat / Operarii inquit pauci
Messis quidem multa sed operarii pauci Beneficiati multi sed in cultura dei laborantes
pauci / Beneficium quidem omnes volunt non autem benefacere viij Ethicorum / Unde Grego in omel
Ecce mundus iam lecti Ecce quod sine gravi merore dicere non possum, mundus plenus est sacer-
dotibus, sed tamen in messe dei rarus valde invenitur operator / quia officium quidem sacerdotale
accipimus, sed opus ipsius officij non implemus etc Unde Ioh Crisostomus in de dignitate sacerdotum
et in canone xl di Multi sacerdotes pauci sacerdotes multi nomine pauci opere et veritate
etc Timete patres o dilectissimi et vere timeo quod pauci hodie viri perpaucissimi veniunt nunc
ad sacerdotalem venerunt dignitatem et clericatum ordinem susceperunt amore dei et salvatoris
nostri ihesu christi Super quibus conqueritur per prophetam Osee viij Ipsi regnaverunt, sed non
ex me principes erant et ego non cognovi eos ysaie primo Cum veneritis ante conspectum
meum ut offeretis sacrificia vestra, et cum multiplicaveritis orationem vestram quis quesivit
hec de manibus vestris etc At vero si preter intencionem eius ministrarent absque ordinacione eius promisso
et ad hoc instituti precipue remuneracionem accipient verba ipsius veritatis Sunt ecce Math vij
Multi dicent michi in illa die scilicet novissime retribucionis, domine in nomine tuo prophetavimus in
nomine tuo demonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus, et ego confi-
tebor eis tunc, quia numquam novi vos etc Quod nunc dicitur in omnibus bonis viris si
qua sunt, nemo querit que ihesu christi, omnes querunt que sua sunt, ad oculum serviunt
velut amici mense, in ministerio nisi apparatum, in labore nisi questum, in questione nisi
lucrum pretendentes Namque si boni aliquid fecerint huiusmodi receperunt mercedem suam
Math vj Ecce audivimus in euangelio beatum petrum et ceteros apostolos inquirentes a domino Nos relinquimus
omnia inquiunt et secuti sumus te quid ergo erit nobis, bonum responsum acceperunt Centu-
plum accipietis et vitam eternam possidebitis Math xix Nos autem si veritatem dicere volumus
quid offerre poterimus Ecce nisi cum nichil haberemus, ut divicias magnas consequi
voluptatem vitam exercere possemus secuti sumus te quid ergo erit nobis, quid putas

Venerandissimi domini quid aptius responsionem dignum erit ad hanc questionem nisi quod ait Abraham fili recordare quia recepisti multa bona in vita tua, nunc cruciaberis Luce xvj. Beatus Gregorius describens quante dampnacionis sit sumptus sancte ecclesie in stipendiis quottidianis propere, sed pro ea et filiis eius minime laborare. Illa in usum veniunt que pro peccatis suis fideles offerunt. Sumunt hec tamen contra peccata eadem nec oracionis nec predicacionis ut dignum est labore insudamus. De illis scriptum est peccata populi mei comedunt Osee iiij. hoc est peccata hominum nisi fovendo tempore qui timore amissionis temporalium negligunt increpando prohibere. Pensemus ergo, item inquit ibidem, cuius apud deum sit criminis peccatorum precium manducare, et nichil contra peccata sed potius pro ipsis fovendis aliquid agere. Hec ille. 3o denique et ultimo quod nullo modo est preterenundum silencio. Quod dolendum et ingemiscendum est nimis zelosis mentibus quod tam horrende nimis inter hec veneranda sacerdotalis dignitas vilescat et clericalis ordo, tantaque ex illo interim acidie pericula suboriantur, quod utrumque aperte insinuat salvator meus vos estis sal terre, quod si sal evanuerit in quo salietur. Ecce periculum quare ex eo deseritur, deinde vero ex hoc nascentem despectum, ad nichilum valet ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus etc. Alius ewangelista dicit neque in terram neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur et conculcetur ab hominibus Luce xiiij. O patres colendissimi, quis satis explicare valeret sive dicere anxium aut potius deplangere, quantum nunc quoque contempnatur hodie sacerdotalis dignitas et quasi totus ordo clericalis ab hominibus. Nullus certe status qui horribiles populo superius sit adeo sine honore tenetur hodie quam sacerdotalis ordo, nisi quis aliquod adminiculum sibi habeat ut dignitates aut prelaciones aut saltem insignia, abiecta res et vilis ab omnibus videtur aperte sacerdocium. Imitantur enim heu heu viluit modo tam proximum nunc illud, ut neminem contempnere odio nos sufficiat hominibus. Sed et hos qui zelosos se putant iusticiarios et devotarios obsequium deo prestare videantur in eo quod detrahant vel detrepent et spernant. In tantum denique ut plus addam viluit dignitas hec ut usum quasi etiam in se et in primo quibus honorari nominata in aure quasi sordescat et acceptam per se persona in propria persona modo clericus erubescat. Hinc extra sacros canones videmus clericos comam velud feminas nutrire, coronas capitis nolunt minorare verum etiam crinibus tegere, ne forte clerici videantur ab hominibus in alterius status habitus permutare. Ecce clientes hodie volunt videri omnes, et sicut vasalli minimique et tortoris famuli in plateis gaudemus apparere. O patres optimi, quid non terret vos verbum istud salvatoris Luce ix ubi dicit, qui me erubuerit et meos sermones, hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum etc. Quid itaque mirum quod laicis odiosi sumus, cum magis minoribus et maioribus et heu specialiter doctoribus contempti et abiecti fiamus. Sed quare patimur hec dilectissimi in Christo, quare venerunt hec omnia super nos. Scriptum servitutem iam et nunc pene tota communitas vestra, sed defecerunt scrutantes scrutinio. Pauperie quidem interioribus bonis aliqui putant fomitem contemptus ecclesie ministrare. Sed non crescunt et plurificantur cottidie bona ecclesia plus quam unquam, nec cultus etiam dei ut alii putant minuatur, augetur nimis etc. Ubique clamor intenditur, verba oracionum multiplicantur, ut querela vetus etiam locum habeat. Quare ieiunavimus et non aspexisti, humiliavimus animas nostras et nescisti Ysaie lviij. Adeo enim prolongate sunt oraciones ecclesie ut plerique sub eis pre gravitate deficiant. Adeo multiplicate sunt misse ut particulatim eas pro denariis velut pira vel caseos aliqui vendant. De huiusmodi palam loquitur dominus per prophetam Ysaie primo: Solempnitates vestras et festivitates vestras odivit anima mea, incensum abhominatio est michi, facta sunt michi molesta, laboravi sustinens. Cum extenderitis ergo manus vestras ad me avertam oculos meos a vobis, et cum multiplicaveritis oracionem non exaudiam. Et novissime totius etiam subiunges forma

placeri sibi cultus, que forte non facimus cum oramus enim vero fungitur plene sunt. Lava-
mini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere
perverse, discite benefacere etc. Hec si exponi deberent per eos ornatissime, et secundum modum eorum
vivendi, saltim manifesti scandali turpitudinis vanitatis et superbie, que non sine ve-
recundia exercentur, corripi non debent, emendari non valent, tacendo etiam de occultis, quanta
prodiri possent vos ipsi cogitate. Ego silens pretereo. Hoc unum tamen in absolucionem questionis proposite
adduco Jheremie v c°. Numquid super hiis non visitabo dicit dominus, aut super gente huiusmodi non
ulciscetur anima mea. Et questione ipsa quam audistis etiam in forma ibidem premissa hoc sepe iteratur
Numquid super hiis non visitabo etc. addit autem in fine capituli. Quid igitur fiet in novissimo
eius, ubi in glo. dicitur, quod in veteri intelligebatur secundum affectum, hoc in novo est secundum veri-
tatem. Non ergo putemus venerabiles domini, sicut quidam increduli verbo dei qui eveniant
mala mundo dicunt Nequaquam manus domini tetigit nos sed casu accidit. i° Regum vi. Et in Jhe.
ibidem Non est ipse dominus neque veniet super nos malum quod minatur hiis etc. Audite ipsum mo-
alibi loquentem ad vos inquit o sacerdotes mandatum istud. Si nolueritis audire et si nolueritis
ponere super cor ut detis gloriam nomini meo mittam in vos egestatem et maledicam bene-
dictionibus vestris, vos recessistis de via et scandalizastis plurimos in lege, propter quod et ego dedi
vos contemptibiles et humiliatos omnibus populis sicut non servastis vias meas etc. Malachie
ij c°. Et in precedenti O sacerdotes inquit despicitis nomen meum offertis super altare meum panem
pollutum, et nunc deprecamini vultum dei ut misereatur vestri. Si non est michi voluntas in vobis
et non suscipiam munus de manu vestra, qui vos polluistis illud etc. dicit dominus exercituum. Si ego di-
cerem patres colendissimi, timeo quod suspectum haberer, et quis crederet michi, at si Gregorii
essent verba vel Augustini sine canonum munimine repulsum forte pateremini. Verba namque sunt
evangelii et prophetarum predicto, que solidius sunt eius cum celum et terra transibunt
verba non transibunt Luce xxi. Sed quid amplius addam, quid ultra loquar, quod salubre
quamquam suave etiam fortassis verum foret zeloso dei amatori diligentiusque amanti ipsum pro non
ferre persecutionem dei amore perpeti malo. Novit et meminit hoc zelator legis divine dictum
sanctis, quia eritis omnibus hominibus odio propter nomen meum Math. x. et Luce vi. Be-
ati eritis cum maledixerint vobis homines et oderint vos et exprobraverint et eiecerint no-
men vestrum tamquam malum propter filium hominis etc. Sed in quo nunc est contemplatio pauperum et
humilium qui etiam innocentes hodie omnium derisorum talium et velud porcelli tamen
veteris sui crimina luunt. Causa enim pro qua potentie dei non est. Et parum quam
perferimus profectus nullius hominis sed potius offensio est, dico ergo et prius dictum
sic repeto quis satis ingemiscere, quis explicare et deplangere valet, quod adeo abiecti
et despecti facti sumus, confusio et opprobrium facti sumus humiliati plus quam omnes gentes
Daniel iij c°. Ita ut etiam boni viri sacerdotium assumere qui nuperent fugiant et multi
qui assumpti sunt digni ut non simul malitie populi subiaceant et confusioni eorum
pateant, ad heremum ad monasterium, et ad quemlibet angulum, quo latere a cura ecclesie
possint fugere contendunt. Et proh dolor nam divini iudicii ad hoc cooperari ceterisque qui dum
quibus boni viri subsunt salutem aliorum querunt, dei gloriam intendentes, sepe per mortem
aut infirmitatem subitam ne amplius in eis proficere queat ipsos auferri videmus. Ad
hebre. xj temptati sunt ~~secti sunt~~ mortui sunt etc. quibus dignus non erat mundus.
O vere vere operarii pauci, rogate ergo dominum messis ut mittat operarios in messem
ubi thema, bonus princeps bonus pastor ex dono dei sunt, Sicut mali in plagam datur
vij ysaie iij et in glo. ibidem. Et beatus Bernardus in secunda parte epistolarum suarum Si rebus cautus

precium facit nichil in ecclesia dei preciosius nichil optabilius bono utique pastore. Nempe rara avis est ista, sed malo stare, et altum non sapere sed humilibus consentire. Nil docarius nil apud homines rarius provideatur ut talis habeatur, adeo devote ab omni plebe et ecclesia postuletur, et si quis interdum talis reperiatur, et occasio detur confestim irruende sunt manus et totis viribus satagendum, ne qua vi ne qua arte malicie sincere incepta tam promocio ipsius valeat impediri etc. Si honoraret utique diligeret et tueretur modo fideles pastores et doctores qui se diligunt in patria haberet plures, sed quia solum gaudent honores modo ut consequantur conveniunt et consistunt suos, tales dantur qui nichil nisi ut hos resistere possint cogitant, aut hiis que libentur exhibent sed malos omnibus digni deo existunt. Sic manet adhuc proposito quod proposuit dominus nobis in eorum meditanda distinctia et deplangenda. Ante quidem multa operari ante paucos hec fuere verba vera directe in exordio proposita et tandem qualia ut audistis. Sed utique ex caritate et divino amore zeloque salutis animarum viarumque copiose enucleata. Oremus nunc deum patrem omnipotentem etc. finis in julio 85

## In Nomine patris et filii et spiritus sancti Amen

Statote succincti lumbos vestros in veritate scribitur ad ephesios vi c. et nunc ordine huius ecclesie sed in epistola dominice currentis, venerandi patres et celeberrimi egregiique doctores et famati spectabiles magnifici ac nobiles ceterique domini mei in Christo congregati, dum apud me perpensius considerare ingenium meum exiguum meas inertias, vere inveni et conclusum fuit, hoc opus non esse meum sed tanti cetus excellenciam, quod temeritas est michi spiritus aliquem in medium proferre sermonem, cui potius deceret audire quam audiri, et eo ad aliud nichil precipue cum et vita commendabiliter esse et maior sit plenitudo, cum et vere scriptum est nil dementius esse quam reprehensibiliter vivere, sicut preceptore honestatis exhibetur ut xxxii q. v. inquit sanctus paulus, et quamvis verecundia linguam comprimat, obstruat intellectum, et a facie chorum vestrum stupore quodam reddat pavidum et confusum eo quod desit michi sensus competens, scientia condigna, facundiorque eloquentie vena, obediencia tamen vestris preponi unum q. i. in quadam violencia pertrahit ad loquendum, ut iam nova procedat michi [illegible] insolita, et omnis mea [illegible] hac die hora vestris in conspectibus egregiis et spectabilibus posse teneo completa. Ego quia desunt mea plurima, spes sed et fiducia operis [illegible] complendi bona complendi. Nec patres mei quia penitus me timeo inmodestum in altum [illegible] ascendere preter illa que tuba [illegible] globus omnium virtutum signifera quia stella maris, in celestis et in terris super omnes creaturas [illegible] medio consumatore quia meus adesse. In qua summus sacerdos semel intravit [illegible] eterna redempcione adinventa, Ihesus Christus ecclesie sponsus posuit totam plenitudinem virtutum ut si quid spei in nobis est, gracie aut virtutis ab ea noverimus redundare. Teste suo devoto beato bernhardo abbate vallis. Et quia secundum dyonisium octavo capitulo celestis Ierarchie infima per media purgando illustrando et perficiendo a summis in inferiora generare [illegible] sacramenti ipsam et nos mediatricem optimam et advocatam pro gracia impetranda, Rogate patres [illegible] meam adesse ut quod meis meritis non possumus eius gratuitate obtineamus precibus, offerentes mellita libamina cum angelo gabrieli salutantes eam, mente pura voce et pia dicentes Ave maria.

Honorabiles patres et domini. Celeberrima vita morum gloria famati quia sua excellencia prerequirit sermonis eleganciam, ut verborum dignitas rerum manifestati correspondeat, ac congruum quod res [illegible] qualitas et verba [illegible]. Dixi in exordio prothemate statim verba apostoli, State succincti lumbos

viros in veritate loco et tempore quibus supra. Ergo patres et domini mei secundum philosophorum
principem ethicorum primo sermones sunt exquirendi iuxta materiam subiectam. Quos
merito querit implere in nostris temporibus, opus destruens, testimonia corrumpens.
Et quia quasi nullus quod dei sit in spiritu requirens, ut verba apostoli prefata in me-
dium christianis appareant proposita. Videmus enim sic predixit apostolus. Quia totus
mundus positus in maligno per lubrica viciorum in preceps currit. Et quanto fini suo
iam iam vicinius appropinquat, tanto graviorum super se criminum moles exag-
gerat. Ecclesiastica siquidem gens in urbis pene disciplina negligitur, debita sa-
cerdotibus reverentia non exhibetur, Canonice sanctionis statuta calcantur,
lex dei respuitur, ecclesia hereticorum morsibus laceratur. Et solis terrenorum re-
bus intenta cura adhibetur, ita ut id magis in rebus ecclesiasticis emolumentum
corporis ordine confuso, quam ea que sunt spiritus querantur, ex quibus mala sequen-
tur innumera. Ad iusta seriorum mala declinanda sola venire, quibus mente obviare est
et per eorum gratiam tanquam media salutaria medelam prebere. Ut sic ac sicut
volens in meo themate introductorio divino cuius adiutorio tria facere propono.
Primo namque tangere que vicia per viros ecclesiasticos precipue vitanda et fugienda.
2o exhortari ad que bona per ipsos observanda et facienda. 3o tangere
primo temporis pericula et eorum remedia ut ipsa evadere valeamus.
Quantum enim ad primum: notandum est ut vicia corripiantur, Gregorius namque pastoralem ad
hoc dicit esse ut depravata que committuntur corrigantur ut xlviii di. in c. per-
venit. Quia enim non proficit caritativa admonicio, necesse est ut sequatur correctio,
Ferro namque necesse est ut abscindantur vulnera que fomentorum non sentiunt medicinam
xxxv di. in c. qui in fi. Nec propter aliquorum complacentiam obmittenda
est correctio. Ista enim et periculosa nimium indulgere, ubi propter blandimenta
lingue correctio postponitur. l. di. in c. Si quis diaconus. Et quia vere ut
plures sunt quibus solidus non convenit cibus, lac fundere potum et stilum magis
simpliciter et in bassum dirigere utilius fore cogitavi facit ad hoc c. Dispensacio
xlv di. Nec aliquorum vitam vel mores corrigere in specie vel corripere
intendo cum hoc meum non sit, nec fronte corrigendi ~~non~~ habeam. Sed iuxta quod
dominus dederit scriptura et dicta sanctorum patrum et doctorum sequens. Et iuxta
temporis exigenciam narrando in medium producam. Suppono autem quantum ad istam partem
quod licet quilibet clericus sic et certum ab omni prorsus vicio quantum in eis est debeat sibi ca-
vere et fore immunes, precipue tamen sibi cavere debet a viciis magis inficientibus
scandalizantibus et infamantibus seu infamativis, qualia sunt ista tria principalia
peccata per Johannem in sua canonica enumerata prima Joh. 2o cum dicit: Omne quod
est in mundo aut est concupiscencia carnis aut concupiscencia oculorum aut superbia vite. Ista
enim tria peccata sive vicia sunt funiculus ille triplex qui difficile seu difficulter rum-
pitur, de quo ecclesiastes 4to et determina et parte i. primo, quo fere totus iam
mundus sic et clerus tenetur ligatus et illaqueatus, scilicet superbia, luxuria, avaricia.
I. A superbia autem incipiendo cum origo sit et initium omnis peccati. Ecclesiastes x, maxime
cavendum est prelatis qui ceteris in exemplum et speculum dantur esse humiliores. Ipsam
namque lucipherum qui se extollere et super sidera thronum suum ponere conabatur et
proposuit ad yma inferni irrecuperabiliter et irremissibiliter detrusit et prostravit.
Apocalipsis xii, Ysaie xiiii et de pe. di. ii in c. Serpens. Adam et Evam iuxta suasionem
serpentis volentes esse ut dii, ecce superbia. Et sic de ligno vetito comedentes
de paradiso eiecit Gen. iii et de pe. di. prima in c. Adam. alias est versus. Quod
peccatum ita in posteros descendit quod nullus salvari potest nisi aqua et spiritu renascatur
Jo. iii c. et de bap. et eius effectu in c. debitum. Ecce quot et quanta mala orta
sunt per superbiam. Noli ergo cum lucifero qui in humilitate non stetit, sed per super-
biam cecidit te extollere, sedem tuam in altum collocare, ambire videlicet et placeas
et dignitates, et preterea ultra id quod preesse et prodesse vales ut de ele. no.
non resi. c. ex parte primo, ne certo cum ipso ruere et cadere te contingat. Sed
ad virtutem gloriosam et sublimem quam humilitas in qua stetit christianum et de passo

terre ad celorum summa pertingat, et tu in humilitate studeas stare ut et te quoque ad superna valeat sublevare. Est namque in prelacionibus labor et periculum superbieque ut communiter plurimum familiare. Ea propter antiqui fugiebant principatus regimina, dignitates et prelaciones tam spirituales quam seculares prout narrat Egesippus li. iiij de Vespesiano et li. vij. Et valerius maximus de fabio maximo li. iiij. Hystorias narrare longum esset, si qui velit videat ibi, prout etiam legitur de sancto Gregorio et ambrosio ac pluribus aliis. Si igitur isti fugierunt regna principatus et dignitates et prelaciones tam spirituales quam seculares sive temporales, quanto magis et tu fugere debes spirituales, cum ibi sit magis maius periculum. Cum et presertim talibus racionabilibus virtutibus honestis quam moribus non sis preditus, prout tamen isti sancti fuerunt et tamen fugierunt. Non ergo debet se quis ingerere ad regendum de se presumere nec honorem assumere, nisi vocatus a domino tamquam aaron ad hebreos v. De elec. in c. qualiter ii. vij q. i. in c. in scriptura. Unde Gregorius in pastorali c. ix dicit. Virtutibus pollens ad regimen coactus veniat, virtutibus vero vacuus nec coactus accedat. De superbia nascuntur hereses scismata detractiones inuidie verbositates iactancie contenciones mendacia et huiusmodi, prouerbiorum xiij. Sunt autem mendacia maxime odienda et detestanda. Detractores quoque fugiendi et cauendi propter multa ipsorum pericula. Nam detractores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt et concupiscunt hiis qui substancias suas diripiunt vi q. i. c. Deteriores. Et ideo detractores dicuntur homicide de pe. di. prima in c. homicidiorum, qui non habent partem in regno dei i Cor. vj c. Inter sex que odit dominus et detestatur ista enumerantur, oculos sublimes, linguam mendacem, et eum qui inter fratres seminat discordias prouerbiorum vi. Periculosi ergo sunt tales istis viris ceteris puta si quis fuerit superbus, mendax, detractor, seminator discordie etc. Et presertim si fuerit princeps potestas sive dominatum tenens, sive prelatus, huic namque difficile est resistere, cum ibi sit malicia armata que seuissima est, primo politicorum. Nam enim talia istis expediunt seu conueniunt, cum ipsorum vita et mores aliis debeant esse mensura viuendi et magistra. Conuenit igitur prelatos et clericos ex sua pompa alios non supplantare, non detrahere, in peiorem partem singula non interpretari, sed secundum quod de aliis loquimur nos ipsos iudicemus v q. i in c. ex merito. Sed humilitate expedit ~~stare~~ preciosos et splendide aliis in exemplum ut Thobie v. Ubi dicitur. Egressus Thobias inuenit iuuenem stantem splendidum et precinctum. Et hoc de primo vicio principali. Quantum ad secundum vicium sive peccatum quod est luxuria, ista est a clericis et personis ecclesiasticis precipue fugienda et vitanda. Sunt namque ministri dei et famuli offerentes ad altare corporis christi sacramentum. Nam ut habetur leuitici xxi sacerdotes veteris testamenti virgines ducebant immaculatas et munde offerebant deo oues et boues et panes propositionis et orabant pro peccatis populi in conspectu domini iuxta illud ysaie. Mundamini qui fertis vasa domini. In noua vero lege non oues et boues sed agnum immaculatum, non panem propositionis sed panem salutiferum viuificum et sanctissimum qui de celo descendit ihesum christum illibate et gloriose virginis ~~marie~~ primogenitum offerunt pro peccatis in altari. Sicut enim igitur nostrorum offerendum excellit veterum, ita et castitas mundicia et sanctitas offerencium precellere debet. Propter quod et sancti patres statuerunt quod sacerdotes moderni temporis nec etiam virgines ducant, sed ab omni prorsus fornicacione abstineant, concubinas sive fornicarias in domibus manifeste nec extra teneant nec nutriant. Sunt ergo incurrentes facientes vero et contra prelatos qui precio prece fauore vel dissimulacione huiusmodi consenciunt cohabitacioni, magne pene in sacris canonibus statute et edite, quas ne nimium emungere vel exasperare videar, cum presens tangere supersedeo.

Diuerte queso quod beatus baptista Johannes, quamquam arta victu et vestitu duceret vitam, qui nec panem [illegible], quo etiam inter natos mulierum maior non surrexit, indignum se asserebat tangere corrigiam calciamenti saluatoris. Nec secundum eius vestem tangere audebat, sed dicit secundum sermonem salutiferum nostri saluatoris ut dicitur de con. di. ij in c. Pasca. Tu vero presbiter non corrigiam calciamenti nec vestem tantum tangis domini, sed totum christi corpus consecratis tractas tangis et sumis. Considera ergo diligenter qualiter tu te preparare et exhibere debeas ut puro et mundo corpore illud in conspectu altissimi offerre valeas. Unde legitur 2o Regum vi capitulo et habetur i q. vii: Oza qui bono zelo archam domini ne caderet manu tetigit morte percussus statim interiit. Racione premissa doctores dicunt: Quia nocte precedente legitur concubuerat uxori, quia archa typus fuit et figura vera sacramenti. Absit autem a seculo quod aliquis sit ita philocaptus venere inebriatusque mente quam abstinatus qui in nocte presumat venerem amplecti et de mane celebrare.

Deberet igitur presbiter stare succinctis lumbis in castitate et lucernas tenere in manibus ardentes, bonum exemplum verbo et facto aliis ostendere. Lucerna namque duo in se habet: ardet et aliis lucem prestat. Et ideo hec duo coniungi et simul innata sunt, unum enim sine altero non sufficit. Ipsi namque in se ipsis debent ostendere qualiter alios in domo dei oporteat laborare sive ambulare, ut dicit Lucas in cunctis circa principium. Quod enim ab ipsis agitur a subditis facile trahitur in exemplum, ut in dicto c. Cum in cunctis et in c. magne devotionis et de re. Sed hoc timendum quod hodie plures hoc non advertant, non prebentes laicis seu subditis suis exempla, sed econtra facti sunt petra scandali et lapis offensionis suis malis et perversis moribus vita et operibus laicos scandalizantes et inficientes, qui publice suis concubinis et fornicariis adeo familiantur quasi legitimo desponsacionis titulo ut uxoribus legitimis, et aliqui ad prolem in domibus vel extra utuntur et tenent ac nutriunt easdem. Et nullatenus frequencius celebrant. Videant isti, si qui tales sunt qui celebrare voluerint, veram et non palliatam faciant confessionem, sic videlicet quod propositum habeant dimittendi et de cetero non tangendi ipsas. Alias enim, quod absit, immo tali sic celebrarent, pro eo quod grave nimis esset, oculos quam divine maiestatis per maxime offenderent. Tales enim populum dei scandalisant, inficiunt et pervertunt, quibus dicitur illud Malachie 2o: Vos autem recessistis a lege et scandalizastis plurimos in lege, propter quod dedi vos contemptibiles omnibus populis. Notate verba. Contra tales dicit beatus Augustinus: Melius est spiritualia omnino obmittere quam indigne tractare. Cum ergo universa caro et etas prona sit ad malum, ut xv q. i c. Ut istud laqueum et istud vicium evadamus, non est maius remedium nisi fuga. Fugere preterea occasiones, ut sunt ociositas, voluptas, mulieres, ebrietas, spectacula, cohabitacio, tum conversacio ad suspectas et cetera horum, que sunt hostis antiqui arma ad miseras animas rapiendas, ut de temulentia nisi ad prede et pro desiderio etc. Habet enim mille modos nocendi. Nec ignoramus eius astucias, xvi q. ii in c. Visis. Et tunc sic fugientes secure stare poteramus succincti lumbis nostris armati contra vicia carnis, quod est notare. Qui enim sanctus sacerdos est et comedit pascha domini accingatur balteo castitatis et audiat apostolum: Sint lumbi vestri precincti. Est tercio in c. qui sunt de pe. di. prima, ut sic immaculati stare valeamus in conspectu regis et de eius mensa comedere. Sic enim precepit rex Nabuchodonosor de filiis Israhel introduci pueros in quibus nulla esset macula, ut starent in conspectu eius. Daniel primo et xxxvi di. in c. qui de mensa, etc. De 2o membro principali.

Quantum ad tercium vicium, scilicet avaricia, que ad sit ydolorum servitus, ad Ephesios v capitulo et i q. i in c. Omnis, ex clericis et ecclesiasticis personis qui paupertatem Christi predicant et qui sunt familia nostri et ministri veri dei, tanquam ydolatrandi materia et occasione studiose fugienda est et detestanda. Est autem avaricia fructus diaboli, mater vitiorum, genitrix symonie, fomes culpe, macula iehenne, abissus insaciabilis, insaciata caribdis, que nunquam dicit sufficit. Proverbiorum xxx.

Symonia ergo filia avaricie diligentissime fugienda, quia inter omnia vicia spiritualia maximum vicium est et primum locum tanquam domina obtinet. Omnia enim vicia, omnes morbos et omnes hereses precellit tam iniquitate quam antiquitate. Ad comparacionem namque symoniace heresis omnia crimina quasi pro nichilo reputantur, prout hec habentur i q. i in c. Patet. Nam secundum beatum Thomam ii ii q. de articulo primo, articulo primo, vendere spiritualia vel domum dei est protestacio quedam infidelitatis, quia ipso facto protestatur se dominum esse spiritualium. Et sic maxime respicit iniuriam dei. Tanta est ergo labes et infectio symonie quod tam dans quam recipiens maculatur et symoniacus committitur, sicut est in usura, ymmo et mediator punitur, i q. i in c. Reperiuntur. Videat unusquisque qualiter sua beneficia vel prelaturas obtinuerit vel intraverit, quod per hostium videlicet et non posterium ubi fures intrant et latrones qui tenetur ad restitucionem / Videat eciam quilibet prelatus et collator qualiter beneficia qualiter beneficia conferat vel contulerit / Beatus enim qui excutit manus suas ab omni munere, a manu lingua et obsequio ysaie xxxiij et j q j in c. sunt nonnulli. Sic quod nec favore parentum precio servicio vel alio quovis iniusto respectu corruptus / Beneficium vel prelaturas conferendo auctorisando vel ad hoc promovendo / Debent eciam clerici bona ecclesiarum dispensare non ad illicitos usus male non ad primum mortale expendere vel consumere nec pauperum elemosinam retinere vel claudere, sed pauperibus elargiri. Avarus enim habet aliam non ut servet sed ut eroget et in necessitatibus subveniat ut xij q ij in c. avaricia / State ergo valde avariciam subpeditantes et supprimentes male recepta vel retentum reddentes cum Zacheo qui stetit et ait si quem defraudavi reddo quadruplum luce xix capitulo et xiiij q v c. si res aliena sit. Et tantum de primo principali /

Quantum ad secundum principale videlicet exhortacionem ad bonum per clericos et personas ecclesiasticas observanda et facienda, necesse enim est postquam a malo abstinuerimus quod et bonum faciamus iuxta illud Cupientes de penitencia. Ista enim est via qua celum petitur scilicet cessare a malo, et facere bonum. Et quantum sufficiat ad presens requiritur quod quilibet officium suum diligenter exequatur. Et presertim prelati et curati habentes animarum. Cum ut secundum beatum gregorium in pastorali, et de etate et qualitate c. penultimo, ars artium sit regimen animarum, Requiritur in sacerdote sciencia que si in eo defuerit vix nomen sacerdotis constare poterit ut xxxviij di in c. qui ipsis. maxime in istis qui officium docendi et predicandi in populo dei susceperunt ut xxxviij di in c. ignorancia. ut sciant discernere inter lepram et lepram et morte peccati medicinam infundere vinum et oleum vulneribus sauciati et de pe di vi in c. omnis /

Sacerdos enim ignoranciam quasi quandam pestem fugiat et abiciat quia ipsa est mater cunctorum errorum quia ignorancia scripturarum ignorancia christi est xxxviij di in c. si iusta, et in dicto c. ignorancia e. di. Quomodo ergo christum predicat vel famulus christi est, si christum nescit. Est autem sacerdotis munus dei ad populum officium ergo suum est interrogata iuxta de lege reddere / Nam si sacerdos est sciat legem domini sui / si ignorat legem ipse se arguit non esse sacerdotem domini. Sunt autem sacerdoti ad sciendum necessaria, liber sacramentorum sive missale lectionarius antiphonarius, anthimarius, baptisterium sive agenda compotus ut sciat intimare festa. Canones penitenciales omelias per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus prout hec habentur xxxviij di in c. que ipsis. Ne ergo pro defectu pastoris dominicum lupus invadat, necesse est quod pastor super gregem suo diligenter vigilet. Et quod non sit ignarus sic quod primum sciat regere se, demum subditos. quia si se ipsum nescit vel regere non scit, quomodo scit tunc alios docere vel regere querit vel presumit. Cum in magistrum non sit sumi qui formam discipuli non assumpsit ut de elec in c. cum in magistrum. Nichil enim est quod ecclesiam dei magis destruat et magis ei noceat sicut quod indigni et insufficientes promoventur et assumuntur in prelatos et ad ~~indignum et insufficientes~~ curam et regimen animarum ut in c. nichil de elec. Sed revera ho hodie a pluribus non curatur. Dicit enim bernardus in epistola ad senonensem archiepiscopum, scolares pueros impuberes adolescentulos ob sanguinis dignitatem vel propinquitate promovent ad ecclesiasticas dignitates. Et de sub ferula transferunt ad dominandum. hec ille. Ve ergo terre cuius rex puer est eccl x. licet eciam possint reperiri digni iuxta illud c. quamvis de prebendis. Sit igitur quilibet cautus ne indignum et inydoneum promoveat vel auctoriset qui nec regere nec deservire valet. Nec forte horas legit canonicas. Ne certe negligencie pericula et peccata istius sit promoti in animam et capud retorqueantur collatoris seu promoventis. Nam sicut operans bonum sibi comparat premium qui curam gerit in eligendo sacerdote iudicium, ita in semetipsum afficiat dampno qui sublimat indignum lxj di in c. miramur /

Gregorius

Cum autem sitis sal terre doctrine et vite exemplo oves dei condire et pascere debetis. Nichil enim est quod magis placeat deo sicut zelus animarum, et nichil magis displiceat sicut negligencia earundem. In ~~cuius exemplum~~ signum ter dixit dominus petro pasce oves meas Jo ultimo et de maio et obe in c. solite. Admirandum quod triplex sunt pascende, scilicet exemplo vite, et conversacionis, verbo predicacionis, et fructu oracionis.

Debent igitur presbiteri et clerici offerre deo sacrificium laudis fructum labiorum suorum, in puritate et consciencie dicere horas suas Canonicas / Ad quas ~~ra~~ Racione ordinis quorum racione tituli quilibet ordinatus sive beneficiatus cottidie sub pena peccati mortalis legere et persolvere tenetur et obligatur. / Debent eciam dici cum advertencia et cordis attencione amotis singulis inquantum quilibet potest impedimentis et integre perficere, non sincopando transferendo transsaltando vel saltando de principio medio omisso contra nature ordinem ad finem properando

Sic quod tu reprobum et alter te intelligat / Cessare a confabulacionibus clamoribus impetu insultibus aliorum vexacionibus et impedimentis / Et generaliter abstinere ab omnibus que divinum turbare possunt officium ac oculos divine maiestatis offendere / Et advertere ea que chorus legit lectiones versus psalmodiam et hymnos prout hec lacius habentur de cele. missa. in ca. Dolentes / et in cle. de gravem eti / Et in ca. Decet de immun. ecclesiarum li. vi / Excessus vero si qui circa premissa fiant per prelatos quorum interest debent corrigi Et cum reverencia et veneracione condigna interiori et exteriori deo grata et inspicientibus placita sedere ubi et quando est sedendum et stare ubi et quando standum est Et iuxta c. apostolica de c. de / Dum legitur evangelium non debemus sedere nec etiam appodiare sed stare / State ergo sic in reverencia succincti lumbos vestros in veritate devocionis et caritatis / State etiam contra antiquum draconem qui presenti tempore divinum cultum magis temptat et sic stantes ad divina et vestram perducere querit / Cui ad resistendum et eius tela ignea extinguendum / State armati armaturam dei de quibus apostolus sumentes scutum fidei et galeam salutis induti lorica iusticie / Et non solum state succincti lumbos vestros in veritate / Sed etiam state succincti gladio spiritus quod est verbum dei / In epistola ubi thema et 4 q. 1 in c. qui resistit / Et de hoc secundo principali / Quantum ad tercium principale et ultimum tangendo predictis periculis et contra remedia / premissis ergo egregii et honorabiles patres et domini que facere et que vitare debemus / Vereor ac quod nonnulli predicta minime attendentes per suam perversam et malam vitam canonice sanctorum statuta et iura confundant / et a sanctis patribus instituta puritatis ecclesiastice regulam violent / libidinibus impulsibus colla submittentes / superbiam sectantes / Avaricie inservientes / Symoniam ~~[illegible]~~ committentes / Et promulgata per ora doctorum sancti spiritus edicta conculcantes / per quos utique labor apostolorum evertitur / et edificium quod doctores ecclesie fundaverunt ipsis impugnantibus obruitur Et ita fit / ut lex quam clericalis ordo instituit per eiusdem cursus ordinem egritudo destinatur / Ut iam sit sacerdos sic populus atque quanto / Immo ut dicit Carnotensis hodie meliores sunt laici quam clerici quod vehementer ecclesiam dei scindit et destruit 1 q. 1 in c. qualis ii si / Unde est quod presulum ac aliorum prelatorum tribunalia et consistoria spernuntur et temeratorum patent clausura / et ecclesiastica censura minime curatur

Unde queso honorandi patres et domini / principes seculares ac laici quasi per infamiam status ecclesiastici undique scandalizati monasteriorum ecclesiarum et beneficiorum bona sibi usurpare subripere et incorporare nituntur quod ut et quos ipsorum antecessores et progenitores propter bonam vitam conversacionem doctrinam et vitam famam prelatorum clericorum ac patrum devotorum precedencium tam magnifice instituere et tam mirifice opulentissime ampla et pia devocione dotaverunt / Et unde tanta in ecclesia dei diffamia / unde tanta indevocio / irreverencia / dissolucio / inordinacio / et morum depravacio / unde ministri ecclesie sic et eorum officia ministeria et sacramenta tam parum reputantur / immo tam vilia habentur nunc a laicis / nisi ex negligencia / remissione / et malo regimine prelatorum / Ex rebellione et inobediencia subditorum / Ex multitudine ineptitudine indigne ministrancium / illegitime et male intrancium / sine reverencia accedencium / sine devocione offerencium / Unde Crisostomus super Matheum capitulo 20 / Cum videris populum indisciplinatum et irreligiosum sine dubio cognosce quod eius sacerdocium non est sanum / Formidandum itaque nobis est quod nisi conversi fuerimus et fastus minores in prudencia / modestia / et pudicicia temporalimur / ad deum quam toto corde revertemur vitam nostram verbo / primum quam exemplo / mala iuxta dicta prophetarum Ysaie Jheremie Ezechielis ac aliorum comminata non evadamus / furor namque domini non dum aversus est a nobis / adhuc manus sua extenta / quod nisi conversi fuerimus gladium suum vibrauit arcum suum tetendit Precesserunt namque fulmina tonitrua fragores et prodigia timendum quod sequentur et tormenta / Nam et nunc in extremis malorum sumus positi in quos cuncti errores secli devenerunt / Expedientius tamen arbitror / et longe melius quod nos reformemus nobis ipsos quam quod sit timendum ut reformet nos alterum et ducat quo non volumus / iudicium futuris domini et ire solerter preveniamus / iuxta illud apostoli ad Cor. 11 quod si nos metipsos diiudicaremus non utique diiudicaremur / Et illud prophetae Si conversus fuerit impius et egerit penitenciam omnium iniquitatum suarum non recordabor Ezechielis 18 l de pe. c. ponderet / Sic et deus per prophetam Jheremiam ait Jheremie 18 et de pe. di. 1 in c. quam obrem / si penitenciam egerit gens illa et ego a malo quod cogitavi faciam / Sic et fecit Jone iii et in preallegato ca. ve quam obrem / Et David qui se obtulit angelo populum ferienti 2o Re. 24 et de pe. di. iii in c. Illud novit cum dominus mutare sententiam si tu noveris mutare vitam et emendare delictum de pe. di. prima in c. Novit

Cum igitur ante eterni tribunal iudicis stare nos oporteat ubi neque advocatus neque procu-
ratorum nec appellacio habet locum sed sua stans transit in rem iudicatam habens sem-
piternam, que et iam iuxta dictum apostoli recepta secundum 2a ad Chorinthios v et de pe. di. ii et
c. in c. ad ea que recepimus prout in corpore gessimus ut tunc secure et confi-
denter stare valeamus ab audicione mala non timentes frameam iudicis, ex cuius ore
gladius procedit ex utraque acutus non formidantes nec perhorrescentes, recte nunc secundum nos
obsecrati exhortacione apostolice et primo hic stare, stare videlicet succinctos lumbis
reluctacione viciis, cessando et abstinendo a malo quantum ad primum, Et stare in mandatis
domini simpliciter cum virtutibus, faciendo videlicet bonum quantum ad secundum, Et hoc in ve-
ritate non ficte sed vere vite ac morum honestate quatenus flagella et mala
undique nobis comminata et intentata secure evadere valeamus ad pacis tranquilli-
tatem quantum ad 3m et ultimum, State ergo succincti lumbos vestros in veritate quod fuit
in v. e. p. loco thematis proposita tali qualicumque immo debili tenuiter ac puerili
introducta, In quibus quidem ut sic audistis introductis tria principaliter et brevis-
sime tanguntur, i. Primo tangitur forma disposicio seu accio necessaria ad remedium in-
firmorum, quod dicit state exclusa tepiditate, 2o subiungitur preparacio necessaria
ad primum perfectorum, quod sunt lumbi vestri acquisita castitate, 3o concluditur la-
boris sustinencia ad augmentum meritorum, quod in veritate promerenda dileccione et
caritate, pro concordancia primi accipe illud Ezechielis 2o fili hominis sta super pedes
tuos, pro concordancia secundi scribitur Johannis xiii c. Et cum accepisset lintheum precinxit
se, pro concordancia 3e accedat illud apostoli, Induite novum hominem qui secundum deum
creatus est in iusticia et sanctitate veritatis ad Ephe. 4o c. De con. di. iiii in c. primo,
Veritatem quippe si toto mentis iudicio intueamur secundum apostolum in thematis loco preallegato utique
manifeste reperiemus unum state, ad veram doctrinam perseverancie durabilitatem
et constancie firmitatem convertere, ut in statu legis sacerdotalis maneamus immobiles
actores operantes necessaria ad remedium infirmorum, Ipsum enim exquirunt legem ex ore
eius, Malachie ii, quia angelus domini exercituum sacerdos est De here. c. ad ~~[illegible]~~
Tepiditate igitur qualibet seclusa in lege et in fide inpugnos curate et in fortitudine
studeamus, State igitur operatores ad hoc operantes necessarias quod fuit primum, Dixi
2o et breviter quod in verbis propositis innuitur preparacio necessaria ad primum perfectorum
quod succincti lumbi vestri acquisita castitate, pro cuius concordancia dixi precinxit se
lintheo, Celeberrimi patres medullam sacre scripture exponentes, non contenti
super vice scripturarum certissime reperimus apud precinctos virtute, consti
more demonstrasse eo quod virtus sit qua beate possit, Nam certum est summum bonum se
virtute habere, propter quod docet apostolus nos ut summam habundare sanctam habere
vite enitens, venaturas in loco thematis quibus undique et in ebrietatem contra
insidias hostium et cetera iacula sunt dicti designata, lumbos precincti eius
angelica doctrina docere esse actos, salvatore precipiente, Sint lumbi vestri precincti Luce xii
de pe. di. prima in c. qui sitis, Ne ergo in clero exorbitancia insurgat per luxu-
rie commissionem indetestabile eorum laicorum et scandalum, huiusmodi resistendo
et reluctacione viciis state sic, lumbi vestri acquisita castitate quod fuit 2m
Dixi 3o et ultimo quod in verbis thematis concluditur laboris sustinencia ad augmentum me-
ritorum quod in veritate promerenda dileccione et caritate, Nemo enim ergo patres et domini
sine sustinencia laboris fructum acquiret secundum veritate percutit ut inquit sapiens
precinxit lumbos eo quod vita hominis sit milicia super terram Job vii de pe. di. ii c. ymmo
sed enim, sed in tali milicia et sustinencia laboris non possumus domino nostro
triumphum et victoriam obtinere, eum volumus in corpore et desideria carere cum non
coronabitur nisi qui legitime certaverit 2a ad Thimotheum 2o c. Cum etiam eorum addicit per apostolum
athleta fortissimus dominus noster Jhesus Christus Cui de eo scribitur Recogitate eum qui talem
sustinuit adversus se contradiccionem ut non fatigemini animis vestris deficientes in laboribus
sustinencia Nam qui perseveraverit usque in finem salvus erit Mathei x et de pe. di. ii
in c. non renuerebatur, Ex fine igitur finis impono et exhortacione apostolice ut obe-
diencie filii prompte obtemperacione, fratres confortati bona constanti operacione preceptis
et deo et superiorum vestrorum humiliter obediencie, proximis sanctam diligenter exhibeo, in tribu-
lacionibus paciencia qui regnantes pace habere, iustegere quod ~~accol~~ talentum nobis commissum

diligenter et fideliter pastoris et dispensatoris, deniq(ue) toto cordis voto deueretur laudato
Cro sinditti lum; ut r parati diabulo et viciis viriliter resistere, et in veritate
opera sem(per) fidei vos s(ecundu)m compensato, quatenus sic hic in via veritate recta suffulti
ad veritatem inueniatur que xps est tandem post agonem sine mora peruenire va-
leamus. Quod ipse nobis prestare dignetur qui viuit ac regnat in secula seculorum
Amen. 20 Julij per me A. de V. M 1488

Frater henricus doctor ordinis minorum de collis

tenim sacerdos celebrans possit pro libito distribuere bonum debitum virtute satisfactionis ita vz quod hoc bonum specialiter reddatur illi cui ipse specialiter applicat virtutem satisfactionis et videtur quod non, quia si applicatio sortiatur effectum necesse est quod fiat secundum beneplacitum illius qui dator illius est, sed solus deus est dator illius boni, et secundum proprium beneplacitum, ergo non dabitur illi cui sacerdos applicat nisi ipse in applicando se conformet voluntati creatoris. preterea ille non videtur habere auctoritatem applicandi vel assignandi aliquod bonum alterius cuius applicatio nunquam tenebit nisi fiat secundum beneplacitum alterius de quo iste non potest habere regulam certitudinis determinatam, sed sacerdos non potest regulam habere certitudinis determinatam de voluntate divina cui velit dare bonum reddendum virtute satisfactionis, quia nec de hoc deus revelat in speciali, nec etiam in scriptura habetur doctrina de hoc nisi multum remota et vaga que non sufficit ad sciendum voluntatem dei in speciali respectu huius persone vel illius, sequitur ergo quod sacerdos non habet auctoritatem applicandi virtutem satisfactionis nisi multum in vago. Contra augustinum in enchiridio c° 112, neque negandum est defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro hiis sacrificium salvatoris offertur vel elemosine in ecclesia fiunt, ergo offerens potest illis applicare sacrificium huiusmodi etc. Item in sermone de cathedra sancti petri ostendens quia ratione animas defunctorum iuvari putant, adhibeant pro eis sanctorum preces, et sacerdotali eas oratione commendant. per hoc habetur quod sacerdos eis specialiter applicat virtutem satisfactionis. Respondendo premitto duo preambula. primum quod missa non solum valet virtute meriti sive operis operantis sed etiam virtute satisfactionis et operis operati, vel non solum valet virtute meriti personalis sacerdotis offerentis, sed etiam virtute meriti generalis ecclesie, in cuius persona per ministrum eorum offertur sacrificium, alioquin missa mali sacerdotis, qui in illo actu non meretur personaliter sed demeretur nulli valeret in ecclesia, quod reputatur inconveniens, quia iuxta verbum christi Joh. 6 panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita, quibus cum proprius videlicet summus sacerdos offertur etiam a quocumque sacerdote, panis quem dat id est caro eius est vita mundi. 2m preambulum est, quia inter opera meritoria oratio magis habet rationem meriti applicabilis alteri, quia ipsa de ratione sui est placativa et reconciliativa dei, et hoc illius pro quo per ipsum orantem specialiter offertur, potest autem intendi vel specialiter oratio intelligi valere in triplici gradu, aut enim fit pro aliquo uno modo specialissime et sic semper valet ipsi oranti dum est in caritate. Alio modo generalissime scilicet toti ecclesie, nec debet orans aliquem de ecclesia excludere sed intentione habituali omnes includere. Tertio modo in medio modo scilicet illi cui per orantem specialiter deputatur applicatur, habet igitur ista tertia specialiter difficultatem hoc tertio modo. Potest igitur dici ad questionem, quod ubi habetur doctrina certa de applicatione facienda, ibi sit facienda, ita vz si contrarium fiat forte nec ei cui applicat valet et applicanti nocet quia peccat. Cum autem oratio sicut iam dictum est applicetur specialissime generalissime et medio modo, prima est determinata quia semper fit ipsi oranti, 2a etiam est determinata quia semper fit toti ecclesie, et has duas determinationes fecit regula caritatis, que debet esse potissime ad seipsum et generaliter ad omnem proximum, 3a applicatio scilicet media aliquando videtur determinata ex institutione seu ordinatione ecclesie que in diversis provinciis instituit diversos sacerdotes parochiales, qui tenentur officiare ecclesias et celebrare specialiter pro suis parochianis, consimiliter in diversis collegiis parochialibus sunt diversi sacerdotes instituti ad offerendum sacrificium altaris et specialiter videntur esse pro illis qui sunt in tali collegio, similiter videtur determinata applicatio ex iustitia et hoc illis qui provident ministris de necessaria sustentatione, hoc modo multi dotaverunt ecclesias solennes collegiatas vel minores alias creaverunt ad hoc ut ministri in talibus ecclesiis tenerentur celebrare pro eis et pro illis quibus ipsi intendebant eos obligare. Et est obligatio rationabilis ut qui recipit elemosinas temporales refundat benefactori suffragium speciale orationis et oblationis, sicut de temporali bono refundendo pro spirituali bono predicatorum ut apostolus ait 1 ad corinthios 9 si vobis spiritualia seminavimus magnum est si temporalia vestra metemus quasi diceret non. Ex quo ergo est licitum immo bonum quod elemosina ordinat orationem iste qui elemosinam piam ponit obligationem orandi pro se rationabiliter facit, et ita illa elemosina ad quemcumque procedente transit cum onere sibi imposito, isti ergo quorum ordines et obligationes sunt sic determinate certis personis non possunt eas pro libito aliis applicare, quia iniustitiam facerent subtrahendo debitum illis quibus iam sunt obligati, et intellige si aliis applicarent ita specialiter sicut istis, et hoc illis quibus non eque obligantur. Sunt enim plures gradus considerandi quos ad breve omitto. Sunt et alii sacerdotes in ecclesia non habentes curam nec cappellaniam nec prebendam ratione cuius certe persone vel certis personis sit eorum oblatio applicanda, cuiusmodi etiam sunt fratres de ordine mendicantium et tales magis possunt libere pro suo beneplacito applicare, debent tamen applicationem suam conformare beneplacito summi sacerdotis quantum possunt de eo verisimiliter concipere quod est difficile, quamquam percipere de hac persona vel illa probabilius autem concipitur magis in eorum puta in pro principibus benefactoribus prelatis et principibus secundum apostolum, mortuis etiam nostris illud ij mach. xij sancta ergo et salubris est etc. Cumque sic teneor est applicationem generalem facere sic videlicet, dignetur domine oblationem istam specialiter accipere pro illis pro quibus nosti me specialiter teneri offerre et in eo gradu in quo nosti me pro eis teneri, et si in speciali determinetur ad aliquem vel aliquos, tutius est quod sub conditione, videlicet si tibi placeat, quod dicitur quorum etiam tibi fides tibi cognita est etc. Sed hic est dubium quia contingit sacerdotem hac vel hac die obligari pro missa dicenda pro hiis pro quibus iam ratione prioris beneficii obligatur, per aliquem supervenientem rogari pro speciali missa sibi dicenda, et tamen alias celebraret pro suis. Respondeo si sit consuetudo in hac ecclesia a. vel b. cappellania non plures missas de mortuis ista die dici tunc illud non licet se obligare aliquibus obligationibus ex quibus sequatur secundum iustitiam plures debere dici. Si ergo iam obligatus ad unam pro tali die non obliget se ad aliam, quia ibi nova obligatio non esset ad istam iam debitam ergo ad aliam quod est inconveniens in hac ecclesia, vel si omnino vellet sacerdos ipsum novum amminiculum recipere, et tamen consuetudine ecclesie servare procuret missam specialem pro isto dici ab alio sacerdote. Consimiliter videretur dicendum generaliter de certis iam determinatis quantum in sui ratione ordinationis ecclesie vel elemosinarum acceptarum, iam sunt determinati vel certis personis obligati specialiter ad tantum numerum missarum pro quanto ipsum sufficiunt, et ad certum numerum quotidianorum suffragiorum, non enim videtur quod licite se possint obligare ad missas vel suffragia talia aliis solvenda, nisi intenderet procurare talia specialiter solvi per alios sacerdotes qui non sunt iam tali obligati. Si contingit sacerdotes obligatus ad dicendum missas plures aut missam pluribus aut missam unam solvit debitum dicendo unam tantum, dicitur quod in tali casu non satisfacit ecclesie quia obligatio completa sive que sit in solidum, quod est alia et alia in specie est aliud et aliud etc., sed secus est quod est ad idem in numero, ut quando pluribus obligationibus obligatur ad ieiunandum hac sexta feria puta quod preceptum ecclesie quia est in feria quatuor temporum et iterum quia est vigilia apostoli, et iterum quia in x^ma et iterum quia ... mea regula ... obligationibus que sunt ad idem numero, satisfacio unico actu ieiunandi. Si quando sunt plures obligationes specie sic satisfieri per eis solvendo aliud et aliud. Nunc autem in proposito est alia et alia obligatio completa et ad idem in specie scilicet ad missam dicendum ergo simpliciter non satisfacit nisi reddat distincta consimilia quia ad aliam et aliam obligationem erat aliud et aliud quod parte cuius causa fit obligatio alliciens vel inducens obligantem et ita videtur quod debeat obligatio esse ad aliud contentus aliud et aliud inductive. Sed si aliquis habeat devotionem solum ad sacerdotem A et non ad sacerdotem B. et petit sibi dici missam, dixi propter devotionem acquirendam si alias tali die sit obligatus dicere missam et petentem premittere se velle sibi satisfacere et non enim ad aliud dimittere, si aliud sacerdotem pro tali petente missam pro missa dicenda surrogaret et satisfacit devotionem et petentem.

A Nota sacerdos ab aliquo requisitus ut pro eo missam debeat celebrare // possit una missa pluribus satisfacere, et sic sacrificii meritum pluribus applicare, ex solutione istius noto secundum beatum Thomam in scripto in dist. xlv. q. ij art. iij quod suffragia unorum prosunt defunctis secundum quod unum viventibus caritate et secundum quod intentio viventium refertur in mortuos, et ideo illa opera proprie sunt nata mortuis suffragari que maxime ad communicationem caritatis pertinent, vel ad directionem intentionis in alterum, ad caritatem autem sacramentum eucharistie proprie pertinet quia est sacramentum ecclesiastice unionis continens illud in quo tota ecclesia unitur et consolidatur scilicet Christum unde eucharistia est quasi quedam caritatis origo sive vinculum, sed inter caritatis effectus est precipuum est elemosinarum largitio et ita ista duo ex parte caritatis precipue mortuis suffragantur scilicet sacrificium ecclesie et elemosine sed ex parte intentionis directe in mortuos precipue videlicet oratio, quia oratio secundum suam rationem non solum dicit respectum ad orantem sicut cetera opera, sed directius ad id pro quo oratur, et ideo ista tria ponuntur quasi propria mortuorum subsidia quamvis quecumque alia bona opera ex caritate fiant pro defunctis eis valere credenda sint. Unde idem beatus Thomas quarto v. art. iiij movet an suffragia que pro aliquo defuncto fiunt magis illi prosint pro quo fiant specialiter quam aliis et dicit quod circa hoc fuit duplex opinio, quarum dicentium quod suffragia pro uno facta non magis prosunt ei pro quo fiunt, sed eis qui sunt magis digni ponentes exemplum de candela, que accenditur pro aliquo divite, que non minus aliis prodest quam eodem sunt quam ipsi diviti et forte magis si habeant oculos clariores. Exemplificant etiam de lectione que non magis prodest ei pro quo legitur quam aliis qui simul cum eo audiunt, sed forte aliis magis qui sunt capaciores. Et si eis obicitur quod secundum hoc ecclesie ordinatio esset vana, que specialiter pro aliquibus orationem instituit, dicebant quod hoc ecclesia fecit ad excitandum fidelium devotionem ‡

Nota hic decisionem pulchram per quandam questionem de officio misse pro quolibet defuncto et pro pluribus [illegible] tibus in purgatorio etc.

Filia cuiusdam laici nuper defuncta in vita disposuit sibi redimi quingentas missas satisfactorias sub ista restrictione qua videlicet illa anima sibi adiungeretur sub equa satisfactione. Cuius pater venit ad unum conventum de observancia mendicantium et proposuit eis voluntatem filie et beneficium relictum, qui renuerunt suscipere talem restrictionem sed bene vellent tot missas legere et intendere pro illa anima secundum voluntatem dei pro illo offertorio, sed cum hoc etiam vellent orare pro quibus ipsi vellent et deberent, quod non placuit laico. Alia consilia monita adiit in quibus sic intencionem satisfieri debere promissum est sub predicta restrictione. Readiecit ipse laicus quod si anima filie non esset in purgatorio quod tamen suffragia cedere deberent ceteris de sua cognacione ibi afflictis etc. Queritur primo utrum an ille laicus sapienter et ordinate deliberaverit et pecierit. 2º an isti fratres recte sibi negaverint habendo etiam predictam fratres consuetudinem quod plures persone missas redimentes omnes in unum [illegible] associant et pecunias multas stipendiis, verbi gracia hodie post prandium venit quidam petens xxx missas pro anima patris sui iam defuncti. Deinde post horam venit 2us petens totidem pro anima sue uxoris [illegible] et post vesperas venit tercius et quartus totidem missas celebrandas petens pro suis defunctis. Respondeo ad predictorum dubiorum qualemcumque solucionem etsi forte non ad omnium satisfactionem quod quia studia doctorum non multa de hoc leguntur tractasse nisi in particulari pauca. Oportet ergo pro locorum declaracione [illegible] esse quod quantum inducitur doctrinis sanctis eorum scriptis reperiri, per viam autem elucidacionis procedendo videndum primo persona suffragium postulans 2º persona suffragium impendens 3º ipsum suffragium scilicet misse celebracio pro satisfactione impensa celebrata oblacione et nostra intencio tam petentis suffragium quam conferentis. Circa ergo primum circa pro distribuendo, videndum quid persona petens licite potuit petere et hoc clarebit per discrete vel minus discrete postulantis. 2º videndum quid persona impendens potuit iuste promittere et se obligare. 3º quante efficacie est ipsum suffragium et an solum uni persone potuit alligari aliis exclusis. 4º ad quod et ad quem intencio tam petentis quam deferentis potuit referri et cetera. Primo excludendo vero omnem symoniacam pravitatem per convencionem pactum contractum et quamlibet gravem illicitam in hoc perfecto officio servata pia consuetudine et spontanea oblacione pro sustentacione ministrantis. Circa ergo ad primum sic: petentem suffragium sive vivum sive defunctum licere sibi sive pro aliis pro celeriori liberacione de penis purgatorii et satisfactione suorum reatuum disponere vel sacrificium altaris offerri petere pro se, cum hoc communis usus teneat ecclesie, licet et oraciones et collecte in singulari sive in plurali et utriusque sexus fidelium a multis certis doctoribus scripta leguntur, secundum devocionem petentium aliquas per indifferentem et inconfuse omnia sic posset et deberet tunc semper esset legenda collecta fidelium, et superflue essent collecte pro parentibus et benefactoribus pro fratribus congregacionis etc. quod nullus audebit dicere et omnium doctorum posicio in hoc residet quod oraciones et misse pro aliquo forte quoad acceptacionem pene satisfactorie per modum cuiusdam recompensacionis in consideracione equalitatis iusticie commutative plus valet uni quam alteri cui applicatur per intencionem facientis et petentis, et de hoc scilicet videtur in scripto in sentenciis dist. xlv. Sed quod petens annexuit hanc condicionem ut illa anima ei adiungeretur sub equa satisfactione, hoc scilicet quemdam modum, scilicet omnino hoc referri quoad se scilicet quemadmodum esset in eo opinacio quod hoc sacrificium per modum recompensacionis penarum debitarum [illegible] pro se offerretur et hoc non iudico iustum nec [illegible], quod caritas a se ipsa incipit, et liberacio de penis cadit primo in operacionem [illegible] persone, scilicet quod ista persona petens intendebat et opinabatur certum et officium ecclesiasticum personam gerit sacerdos qui pro multis aliis, immo pro vivis et defunctis omnibus secundum statum [illegible] et oracionem deo porrigit, ut ex tenore canonis et collectarum, hoc iudico eidem fuisse illicitum ut patebit in sequentibus, nec dubium manum retrahere scilicet quin ille ex sua liberalitate unius plus alio [illegible] potest indulgere, cum enim nemo dicere potest: Cur ita facis. Sunt tamen fortassis tales simplices qui nesciunt determinare quo se regerent in talibus suffragiis pro se et suis postulandis, ut diceret pro oracione aut celebracione, peto propter deum ut pro anima illius vel illorum velitis celebrare tot missas secundum quod ecclesia tunc facere statuit aut decernit nichil in specie postulando. Et tunc sive pro pluribus admittere sive non in eadem missa sive oracione pie credendum est quod deus intencionem petentis adimpleret non obstante

i propiores sunt ad facienda specialia suffragia quam communia, et fervencius eciam pro suis propinquis orant quam pro communibus. Alii econtrario dicunt quod suffragia magis valent ei pro quo fiunt, utraque autem opinio secundum aliquid veritatem habet. Valor enim suffragiorum potest pensari ex duobus, primo quod ex virtute caritatis que facit omnia bona communia, et secundum hoc verum est quod magis valent ei qui magis caritate plenus est, quamvis specialia pro eo non fiant, et talis valor suffragiorum attenditur magis secundum [illegible]orem quandam consolacionem, secundum quod unus in caritate existens de bonis alterius delectatur post mortem quantum ad diminucionem pene, post mortem enim non est locus acqu[illegible]endi graciam vel augmentandi, ad quod valent nobis in vita opera aliorum ex virtute caritatis. Alio modo suffragia valent ad hoc quod per intencionem unius alteri applicantur, et satisfactio unius alteri computatur, et hoc modo non est dubium quod magis valent ei pro quo fiunt, immo sic ei soli valent. Satisfactio enim proprie ad pene dimissionem ordinatur, unde quantum ad dimissionem pene precipue valet suffragium ei pro quo fit, et secundum hoc opinio 2a plus habet de veritate quam prima. Ex isto patet clare quod [illegible] suffragia pro multis facta tantum prosunt singulis ac si pro uno tantum fierent, non per consideracionem valoris suffragiorum secundum quod valent ex virtute caritatis unientis membra, [illegible] suffragia pro multis facta tantum singulis prosunt ac si pro uno tantum fierent, quod caritas non minuitur si dividatur effectus eius in multos, immo magis augetur. Et similiter

Quere residuum huius post quartum folium

quod presbyter aliter faceret quam fuerit postulatum. Nam presbyter in se solum ut minister et quasi instrumentum respectu
huius actionis, deus autem est principalis agens respiciens intencionem primi petentis, non instrumenti sive
ministri, cum in naturalibus et artificialibus effectus magis sapiunt formam agentis quam instrumenti sicut
in pictore et dominicatore et ita effectus simpliciter informandus.        Quoad 2m scilicet quo ad per-
sonam suffragium impendentem sive impendentis, ipse duos oculos tenetur habere, scilicet quo ad petentem ne
eum tota et licita petente sua intencione defraudet, si pollicitatione sustentacionem ab eo recepit, secundum
ordinem tamen debet ad ecclesiam militantem cuius personam gerit, ut contra institucionem ecclesie nichil attemptet et sic
sacrificium primum pro petente secundum eciam eius intencionem in veram satisfactionem offerat et secundum vnam celebra-
tionem pro vivis quam pro defunctis oraciones consuetas non intermittat, nec derogat per hoc intencioni petentis
si alias oraciones quascumque addat, committens hec omnia quo ad distribucionem divine pietati que ex
largitate sua sine restriccione et sine mensura secundum ordinem sapiencie sue cuilibet anime per hoc dispensat.
Nam nulli mortalium de communi lege constare poterit quantum illi vel isti de satisfactione decernit relaxare
nisi constiterit per revelacionem, nec aliquis doctor ecclesie de hoc tradidisse legitur doctrinam, ideo tamen apud
deus hic currit, nec ratio admittit nec scriptura de hoc loquitur nec doctores, quod pro illa anima tricenarium
misse et pro alia eciam tricenarium et sic de aliis diversis personis petentibus diversis temporibus pro satisfactione semel
semel xxx missas lectas, nisi hoc specialiter de petencium procederet voluntate sed pro sacrificio in
veram satisfactionem pro anima defuncta non possunt suffragia pluribus tantum valere sicut uni soli, cum
solucio debitorum requirat equalitatem dimissi debiti et pene suscepte aut oblacionis condigne
sicut est de ordinibus aut caritate etc. que in pluribus divise partes non eadem vincunt, quod tamen
facit opus satisfactorium quod quanto pluribus fit tanto minus pro quolibet satisfit per modum impe-
tuitatis secundum omnes doctores in 4 sententiarum. Sicut igitur petens non potest licite substrahere aliquid
divine quo ad suam largitatem nec derogare ecclesie nec ordinibus assignare per celebrantem pro aliis sic
nec celebrans potest ad hoc obligari per petentem, videtur igitur quod petens unum tricenarium petit
cum aliorum preiudicio quibus nec ipse nec celebrans legem ponere potest. Ultimo videtur quod primum
religiosi tamen fecerunt nolentes se submittere huic obligationi, sed in hoc sunt intencionis petentis.
Alii vero religiosi et elemosinam recipientes possent eciam concurrere non secundum intencionem postulantis
obliquam sed secundum quam habere debent rectam racionem suam intencionem dirigendo. In quibusdam enim
religionibus servatur ritus ubi plura tricenaria simul concurrunt in una missa. Si hoc non fit
in fraudem, sed sponte et scienter et sine obligatione aliorum, sicut de anniversariis simul concurrentibus
et assignatis, secus esset si cum pollicitatione et promissione accepta elemosina, cum respectu satis-
factionis pro penis debitis solvendis quod indicatur elemosina sicut predictum est.        Quoad tertium
scilicet sacrificium sive oblacionem sacram. Sciendum quod omne agens naturale agit secundum ultimum sui posse quod finis
rei, voluntarium vero non sed ad placitum. Sacramentum autem in missa oblatum non est naturale agens sed
voluntarium, non igitur agit secundum ultimum sui posse quod cum sit infinite potencie actue posset omnes
animas et de inferno et purgatorio vna missa liberare, sed virtute potencie ordinate secundum ordinem sapiencie
atque iusticie. Effectus igitur huius sacramenti est finitus, non igitur sapiunt quod quo ad solucionem penarum
satisfactoriarum tantum valet pro multis sicut pro vno solo. Determinacio vero huius effectus est partim ex
ex parte iusticie, partim ex parte sapiencie sue, partim ex ~~parte~~ dignitatis et devocionis petentis.

Suffragium quomodo valeat plus in uno quam altero

Considerandum igitur suffragium aliud duplex secundum beatum Thomam, uno modo quo ad caritatem ex qua
procedit, et sic plus valet magis digno et in maiori gradu et caritate constituto. Sicut doctrina pro vno
principaliter prolata plus valet magis ~~digno et in maiori gradu et caritate constituto~~ sicut est ei clariorem
~~qui~~ et capaciorem intellectum habet, et lumen pro vno apportatum plus valet ei qui clariores oculos
habet et hoc fit ut dicit Petrus de Tharantasia per modum congratulacionis et consolacionis secundum quod omnes in
caritate existentes magis secundum meliorem consolacionem letantur de bonis aliorum eciam si pro eo non fiant
maxime sic defuncti in purgatorio existentes gaudent de bonis que per vivos fiunt et gaudent de vnitate
suorum in purgatorio existencium pro quibus suffragia specialiter fiunt. Alio modo valet suffragium ex hoc quod per
intencionem vnius applicatur alteri in satisfactionem et liberacionem a penis et non alteri et sic satisfactio
vnius alteri computatur, et hoc modo non est dubium quod magis vni valeat quam alteri. Et sic habet vim

satisfacionem vnde sic sacrificium misse vnius pro quo fit magis vni quam alteri quo ad dimissionem pene secundum intencionem applicantis, hec est sententia Thome et Petri de Tharantasia in scripto super iiij sententiarum. Nullus indonar tare sufficit valuate seu effectum misse quo ad suam dignitatem cum solus deus ibi sit reparator et memoria sue sanctissime passionis que sufficeret satisfacere pro mille orbibus si essent satisfactorie sed non est nisi secundum debitum vnius solius quod etiam debitum alterius soluatur sicut est cum homo attenditur cum quo licet alteri aut doctrina que in honore alterius fit et ea magis accipit alter aliquid qui est maioris intelligentie et capacitatis, quia suffragia non sunt sed per modum luis, sed per modum solucionis debiti vel secundum condignitatem. Suffragia generalia pro omnibus facta omnibus prosunt non in equali sed illis magis qui magis merentur vt eis prodesset, vt dicit Augustinus qui in maiori caritate decesserunt vel qui multa bona opera et misericordie hic fecerunt et alios indigentes libenter iuuerunt. Nulla in vtilior et fructuosior est missa quam digne celebrantem. Ille enim sibi premium essentiale meretur per eam et nulla alia et alios meretur dimissionem pene aut gaudium generale angelis et congratulacionem bonis et toti ecclesie gratiarum accionem, que omnia sunt accidentalia, sibi autem soli meretur premium essentiale quia est actus caritatis, qui solum respicit personam agentem. Nullus enim alteri potest mereri vitam eternam per modum meriti, cum actus tenus agenti attribuitur, sed bene per modum impetracionis vt deus dignetur dare gratiam alteri per impetracionem. Sicut petrus per oracionem suam thabite impetrauit vitam temporalem, sed sibi per actum caritatis meruit vitam eternam. Quo ad quartum scilicet intencionem tam petentis quam suffragium impendentis, notandum quod illa intentio potest esse regulata aut non regulata. Si primum tunc opus factum per ipsam applicatur ad illum pro quo fit ex iustitia secundum dictum Ambrosius affectus tuus nomen imponit operi tuo. Vnde intentio est medium dirigens actum et coniungens eum cum illo pro quo fit. Si vero est irregulata intentio scilicet non in eo modo quo debet fieri, tunc si non procedit ex malitia, sed ex ignorantia et simplicitate, pie credendum est quod deus supplet defectum intencionis melius eum ordinans quam ille intendens aut differens aut commutans secundum vtilitatem intendentis quia debet fieri, et pie credendum est, quod si sacerdos vellet priuare intencionem suam aliter quam petens eam intendebat, adhuc deus actum dirigeret secundum intencionem primi intendentis et non secundi. Non igitur obesset defunctis intentio mutata sacerdotis celebrantis ab intencione petentis suffragium. Non igitur iudicium esset hic sine eius pro suffragium petens indiscrete condicionem apposuisset sed si ipsius anima purgata non egressa esset, tenentur ad suos consanguineos debent suffragium fecisse deuotum que etiam hec in vita facere poterint.

**Vtrum vna missa sit efficatior alia ad placandum diuinam iustitiam vel ad impetrandum aliquid a diuina misericordia.** Respondeo quod in celebratione misse quinque occurrunt consideranda, primo actus celebrantis 2o sacrum corpus Christi 3o ecclesia militans cuius personam gerit celebrans in oracionibus et aliis per dicendis et agendis. Quarto deuocio. Quinto intencio celebrantis pro quo aut quibus hec agit. Quo ad 2m et tertium non est melior vna missa quo ad opus operatum quam alia quia idem est et deo semper eandem efficatiam sed quo ad ista tamen aliquid defectus fiat ex parte ex parte eorum pro quibus fit, cum actus actiuorum sint in paciente predisposito, presupposita diuina dispensacione que nobis est misterialis. Sed quo ad reliqua tria est multa diuersitas secundum accepcionem celebrantis et intencionem eius que dirigit ipsum actum. Quis dubitat quod oraciones iusti plus merentur quandoque quam minus iusti, vnde non est impossibile celebrantem mortale peccare, et tamen suam missionem multum efficatiam esse hiis pro quibus ex intencione celebrat siue pro viuis siue pro defunctis, non racione sui, sed ex parte ecclesie cuius personam gerit et ex deuocione illius qui ei supplicauit vt missam hanc celebraret, vnde Salomonis similitudinem exemplum potens mittens preciosa munera alicui amico per despicabilem famulum non minus gratum et vtile est munus illi cui mittitur licet per despectum famulum accipiatur. Sic est de ecclesia et sacerdote per suam negligenciam, nec videtur quamuis ad sacrificium et satisfaccionem pro peccatis, et generalem assercionem vltimum consistere illi enim intimum efficitur sacrificium propter dignitatem ecclesie, que est sponsa sine ruga et sine macula, et propter deuocionem eius pro quo efficitur cui applicatur per intencionem

digne celebrans solum sibi premium meretur essentiale

Vtrum vna missa sit efficatior alia

celebrantis sive boni sive mali sacerdotis, licet quo ad accidentalia quedam dulcior esset deo oblatio per dignum sacerdotem oblata et quo ad orationem per dignum ad deum fusas. Dicit doctor Bonaventura, cessante superstitione et errore bene facit qui libentius audit missam probioris sacerdotis et melius est audire eam quam aliam ceteris paribus. Si tamen ex notitia populi non cognoscitur quis magis sive minus sit idoneus, ideo indifferenter est audienda. Sic etiam de defunctis est eadem ratio prius dicta, nec tamen indigne celebrans per hoc est excusatus a reatu culpe licet multa bona ex missa sua secuta sint, quia hoc non est ex se sed deo operante et ecclesia merente. Sicut enim Judas aut crucifixores christi et sanctorum nihil gratie ex hoc habebant licet deus per eos salutem humani generis operatus est, unde et apostoli post ascensionem eius per principes sacerdotum flagellati ne ultra loquerentur in nomine ihesu dimissi post cetera: Convenerunt enim adversus sanctum puerum tuum ihesum facere que manus tua et consilium tuum decreverunt fieri. Actuum iiij. Hec fecerunt ipsi quod deus decrevit fieri sibi, ipsi tamen per hoc non sunt excusati. Representatur etiam passio christi in qualibet missa prout patet in canone: Qui pridie quam pateretur etc. et hec passio christi licet celebranti aut etiam pro quo celebratur sit opus difficile aut penale, non tamen ideo est minus satisfactorium, sed per innovationem et renovationem huius dignissime passionis ipse christus passus est semel in cruce, cuius sacrificio delet multa venialia et satisfacit pro multis penis. Efficaciam enim non dubitamus christi passio etiam renovata in sacramento per memoriam quam magna pena corporalis quam per se quis possit pati. Unde etiam plurimo sit penarum per alium ex fide caritate illius cui applicatur per intentionem. Sicut unum corpus est caput et membra id est christus et fideles, capite paciente passionem redundat in omnibus membris eius capitalis per fidem et dilectionem coherentibus non opponentibus sed habitualiter semper dicentibus: particeps ego sum omnium timentium te etc. Et si de membro particulari in aliud redundat, quanto magis de capite ad membra inferiora.

Possunt etiam misse de sanctis lecte aut de christo applicari ad defunctos, non quidem ex vi verborum in collectis et prefationibus missarum, sed ex ratione sacrificii oblati ac devotionis et intentionis offerentis seu eius qui facit eam dici seu petentium de charitate et eius ad cuius instantiam missa celebratur. Et forte illi sancti quibus honor exhibetur meritis suis et precibus animabus defunctorum plus possunt impetrare de remissione reatus quam ipse celebrans si pro defunctis celebraret in suis collectis et epistolis seu evangeliis. Cum tota omnia applicanda sunt per intentionem eorum mediate ad defunctos ut ipsi sancti illi satisfaciant pro animabus. Nam per opera supererogationis quibus sibi non egent per se possunt illa distribuere pro quibus volunt que sunt servata in thesauris ecclesie. Sicut patet de indulgentiis quas si papa potest ex auctoritate applicare uni aut alteri, quanto magis deus omnipotens et sancti de benignitate, quis audet ligare dei et sanctorum manum in hiis quo honor et liberalitas eorum requirit, unde licet apud homines videatur abusio quo ad exteriorem cantum, tamen quo ad intentionem et devotionem occultam soli deo notam, non est abusio, licet propter scandalum vitandum publice fieri non debeat, credunt enim homines factum sed ego non magnum inconveniens reputarem si fieret ex devotione occulte, supplent enim devotio ferventis et intentio sancta et merita sanctorum officium vocale pro defunctis, tamen maior solet esse actualis devotio hominum in missis de sanctis et alia solempnitate quam pro defunctis. Sicut legimus quod missa unum aut plura in honore eius vel eius sanctorum, et tamen nulla sit ibi verbalis mentio de aliquo sancto. Similiter in septem psalmis quos legimus pro animabus defunctorum aut totum psalterium et post in vigiliis mortuorum contentos, que omnia applicamus animabus eodem fundamento, licet in multis nulla sit mentio de defunctis, valere devotio intentio et actione cum vero subvenimus animabus. Nulli tamen mortalium de hoc est sine certa revelatione constare potest quanto de satisfactione penarum animabus per missas dimittatur etc. Henricus de Hassia in suis [illegible] quam ipse pauperem expresse eleemosine etc. per unius facere pro defunctis uno modo fiunt per modum supplicationis alio modo per modum satisfactionis primo equaliter valent omnibus ac si specialiter pro se fieret. 2o modo non. Ideo licet una missa pro pluribus sicut pro paucioribus nec alia pietatis opera. Solutio 2o modo. Ideo oratio in cimiterio ubi pauci sunt sepulti plus valet per modum satisfactionis quam ubi multi sunt sepulti secundum Holgot. Ideo obligatus ad celebrandum primo pro A non potest sibi associare B primo, quia pro uno illorum sic celebrando nec sine fraude potest se ad hoc obligando quod suffragium in plures divisum partes reddit minores, in quolibet per modum solutionis debiti tunc si fuerit obligatus igitur ad missam specialiter pro A et post similiter pro B, non potest per unam missam satisfacere quia oportet duas esse. Si si obligo me simul duobus A et B dicendi utrique unam possum solvere per unam copulative nec obligavi me copulative simul. Hol. dicit quod peccat mortaliter quia deceptor aliorum est et privatus si pro uno obligat et pro pluribus celebrat. Solutio specialiter unam intentionis pro A et B. Henricus de Hassia secundum conditionem pollutus [illegible] non apparet verisimile quod deus commoderet quae facta supplicatione pro centum peccatorum sicut pro decem ex equa intensa caritate pro debitore. Ideo verisimile est quod sive per modum supplicationis sive satisfactionis plus valet uni si pro eo singulariter et specialiter fieret quam si pro ipso et pro aliis licet si deo placeret equaliter omnibus valeret per modum ~~satisfactionis~~ orationis. Ideo pro multis missa per modum satisfactionis distribuitur secundum portionem et numerum personarum. Vide quomodo Rex habens plures debitores captivos, dum aliquis petens regem ut liberos dimittat si rex concedit, tunc oratio dimissa valet pro omnibus sicut pro uno solo. Si vero dum conatur captivos liberare per modum satisfactionis et offert centum florenos certum est quod valebit minus hec solutio unicuique quam centum hominum quam si fieret singulariter pro uno qui tunc foret totaliter liberatus; nunc autem non quilibet liberatur nisi secundum portionem que sibi potest provenire de centum. Hec Henricus de Hassia

## Utrum sacerdos possit licite legere missam vel aliud suffragium facere propter pecuniam

et videtur quod sic. Communis enim consuetudo clericorum ad hoc nos inducit qui propter presentiam vel pecuniam anniversariorum aut aliis questibus videntur celebrare missas et sunt plerique videntur celebrare propter pecuniam et annuos census suorum proventuum. Respondeo sacerdos non potest celebrare sine peccato propter pecuniam prout propter dicit causam finalem et principalem. Patet quia alias venderet spirituale pro temporali quod est Symonia prout determinat sanctus Tho. 2a 2e q. c. Patet autem quod Simonia non fit sine peccato probat etiam idem. Actus humanus videlicet venditionis rei spiritualis pro temporalibus esse illicitos et malos dicens. Actus aliquis ex eo dicitur malus qui cadit super materiam indebitam. Emptio autem et venditio rei spiritualis est indebita materia triplici de causa. Primo quia res spiritualis non potest aliquo terreno ~~[illegible]~~ precio recompensari sicut dicitur de sapientia prover. xxx pretiosior est cunctis opibus et omnia que desiderantur non possunt ei comparari. 2o quia illud potest esse venditionis debita materia cuius venditor est dominus. Clericus autem non est dominus rei spiritualis sed ministrator ut dicitur i cor. iiii. 3o quia venditio repugnat originem spiritualium que ex gratuita dei voluntate proveniunt unde dicitur Math. x. dicit gratis accepistis gratis date. Patet igitur veritas conclusionis. Ad quem quod ille qui sic propter pecuniam celebrans pecuniam preponit spirituali scilicet celebrationi, semper enim deterius est gratia melioris ut dicitur ar. in poli. Itaque magis diligit pecuniam quam deum et spiritualia videlicet primo post. propter unumquodque tale et ipsum magis tale. Quicquid autem diligit corpus creaturam propter peccatum grave est ut pecuniam magis diligat. Patet ergo veritas conclusionis ad quem et sensus eiusdem. Ad rationem autem in oppositum dicit b. Tho. ubi supra accipere pecuniam pro spirituali gratia facta est crimen symonie quod illa [illegible] petit [illegible] quod consuetudo non preiudicat iuri naturali vel divino. Ad 2m dicit b. Tho. ubi supra accipere aliquid vel aliquid ad sustentationem eorum qui sacra ministrant vel missas celebrant secundum ordinationem ecclesie et consuetudinem approbatam non est Symonia nec peccatum. Non enim accipiunt tamquam pretium mercedis sed tamquam stipendium necessitatis unde super illud i ad Thi. v. Qui bene presunt presbiteri dicit glo. Aug. accipiant necessitatis sustentationis a populo mercedem dispensationis a domino. Caveat ergo quisque sibi ne pecunia sit finis celebrationis sed potius amor dei zelus animarum in purgatorio et [illegible] [illegible] celebrationem pro pecunia uti videtur sicut in illo cum quis propter illo die vacaret a celebratione et postquam sibi inducitur presentia repleta a [illegible] et celebrat etc.

## An sacerdos beneficiatus possit salva conscientia celebrare pro aliis quam sint

collatoribus et inde emolimentum accipere :— Notandum quod pro intencione questionis ut tractant doctores super iiij dist. xlv q. iii. quod duo sunt in missa quibus suffragatur animabus in purgatorio existentibus. Primum est unum principale et est peticio sive oratio que invenitur in collectis et eciam in multis partibus canonis qua deus exoratur ad relaxacionem pene debite vel ad aliud. 2m in missa est principale et est oblatio seu sacrificium sacrum et hoc principaliter valet ad relaxacionem pene sive satisfactionem debite, et illud duobus pro aliqua anima in purgatorio tenetur suffragari. Sicut verbi gratia in simili videmus quod alicui incarcerato a terreno principe potest suffragari duobus modis. Primo intercedendo precaminibus apud principem pro sua erepcione, et sic ille precans pro se nec satisfacit secundum aut non iuxta libitum principis et huic correspondet primum in missa scilicet oratio. 2o potest sibi suffragari debitum eius ex parte incarcerati est solvendo et illud semper proficuum est et huic correspondet 2m in missa scilicet sacrificium etc. 2o notandum quod quis duplex potest celebrare pro aliquo scilicet principaliter et minus principaliter. Primo principaliter celebrare pro aliquo unde ut dicit holk. super iiij Est intendere quod sua missa proficiat tamen sua in satisfactionem et simul quod nulla anima in tantum proficiat sicut illi pro qua celebrat. Vel 2o celebrare principaliter pro aliqua anima est intendere quod illi anime celebratio sua cedat in satisfactionem et alio nulla anime licet velit quod prosit aliis per modum orationis. 3o notandum quod duplices sunt sacerdotes. quidam sunt beneficiati sufficientibus bonis quantum ad personam et statum persone. Alii sunt beneficiati insufficientibus bonis ad personam et statum persone etc. Istis notatis sit prima conclusio hec ad questionem. Sacerdos sive beneficiatus sive non beneficiatus potest salva conscientia celebrare minus principaliter cottidie pro quibuscumque voluerit patet quia quod per modum orationis potest suffragari cuilibet extento principali scilicet sacrificio pro collatore patet etiam quia ad hoc extendit se quelibet missa in qua memoria fit plurium vivorum et defunctorum ut patet in canone. 2a conclusio. Sacerdos beneficiatus sive sufficienter sive insufficienter potest principaliter quam pro suis collatoribus celebrare patet quod ad minus diebus quibus a celebratione vacare possunt et ad quos se non obligavit, quod ut communiter in investituris et dotacionibus excipiuntur duo dies in quibus vacare potest in illis diebus ut videtur potest quis principaliter pro aliis celebrare nisi dotatio vel investitura sonaret in oppositum. 3a conclusio. Sacerdos sufficienter beneficiatus non potest principaliter celebrare pro aliis quam pro suis collatoribus illis diebus quibus pro ipsis celebrare est obligatus patet quia se defraudaret et suos collatores non solvendo eis debitum et ipsis subtrahendo solucionem et non servans promissum nisi tenor investiture intentio esset aut nisi celebrans illam missam pro aliam non obligatam vel aliud suffragium recompensaret. Quarta conclusio. Sacerdos non sufficienter beneficiatus potest sustentationis plures pro aliis celebrare quam pro suis collatoribus principaliter patet per illam glo. Aug. accipiant necessitatem sustentacionis a populo et mercedem dispensacionis a deo

Henr. de hassia sup. iiij. co dist. parte Euch.

**Sacerdos obligans se canere unam missam pro A specialiter postea ad dicendum se obliget unam aliam missam pro anima B utrum per cantacionem unius misse possit absolvi ab utraque.**

Respondet holk. simpliciter quod non. Illa casus ponit quod ille sacerdos obligavit se ad dicendum unam missam specialem pro A, et postea obligavit se ad dicendum aliam missam pro B specialiter. Tunc ex tali argumento scilicet Nullus obligatus ad celebrandum duas potest sufficienter dicere solus duas missas celebrando unam tantum. Sed ille sacerdos per casum obligavit se ad celebrandum duas missas, ergo non potest sufficienter dicere duas missas celebrando unam tantum. Maior patet quia obligatus ad duas si posset sufficere solvere unam tamen celebrando, pari racione si obligaretur ad quatuor et ultra similiter si ad mille teneretur posset se deobligare per unam tamen quod est falsum. et videtur esse simile ad hoc. Nam si promitto A quod legam sibi unam lectionem et promitto B quod legam sibi lectionem aliam a lectione quam legam A non possum satisfacere legendo eis unam lectionem tantum quia promisi legere duas sic est in proposito. Si autem ponatur quod obligarem me duabus personis A et B sub hac forma legam tibi unam lectionem. Ita quod dicerem utrique sic et nihil aliud tunc casus est mutatus et possum satisfacere legendo eis unam lectionem quia non obligavi me ad duas lectiones licet obligaverim me duabus personis illud quod aliqualiter solvit se ipsum. Pono unum aliud magis difficile ponatur quod sacerdos obliget se ad celebrandum unam missam principaliter pro anima B et celebrando principaliter unam missam pro anima C tunc queritur an possit satisfacere celebrando tamen unam missam pro B et C et videtur michi sine preiudicio quorumcumque quod non prout dicit hic holkot quod preficiens pacis mortalis sicut peccavit et deceptor animarum. Ad cuius evidenciam suppono quod intelligo per missam celebrare principaliter pro aliquo puta pro anima B vel C et videtur michi quod ad hoc quod a principio celebret pro B exigitur quod intendat applicare missam suam sic anime B quod sit quedam satisfactio pro anima B si in illa anima indigeat satisfactionem apud deum / dico igitur quod a principio celebrare pro B potest dupliciter intelligi uno modo quod applicat missam suam quod valeat multis ita quod sit satisfactiva apud deum pro multis animabus puta C et innumeris quarum una est anima B et simul tamen intendat quod illi anime plus valeat ad satisfactionem quam aliorum de illis quatuor / et sic vere dicitur secundum predictam [illegible] et innuere quod celebret principaliter pro anima B quod vult quod multis tamen valeat sicut anime B / alio modo potest intelligi quod a principio celebret pro anima B quod sic applicat missam suam anime B quod ipse vult quod totaliter et precise cedat in satisfactionem pro anima B apud deum ita quod nulli alii anime cedat in satisfactionem licet velit quod prosit aliis per modum orationis non tamen per modum satisfactionis / et illo modo principaliter celebrare pro anima B est applicare missam ad satisfaciendum pro B quod est missa satisfacere potest / et illo modo intelligendo quantum dico quod non potest per unam missam satisfacere utrique anime nec obligationi sue, nec etiam primo modo sicut patet quod tunc esset implicatio in terminis etc. Si vero dicatur ponatur quod a intendat celebrare et sic principaliter pro utraque anima tunc videtur quod satisfaciat obligationi sue. Respondeo quod in tali casu pro neutra celebrat celebrat principaliter pro istis / et hoc est bene possibile quod faciat, sed tunc non facit quod facere deberet secundum obligationem positam in casu argumenti et si equaliter illi copulative ille celebrat principaliter pro illo et hoc est impossibile eum facere per unam missam quia impossibile est quod missa cedat totaliter ad satisfactionem principaliter pro illo et simul cum hoc satisfaciat pro illo etc. Ex hiis potest patere quid sit dicendum ad questionem unam eorum qua queritur **Utrum missa celebrata pro multis tantum valeat unicuique eorum ac si specialiter pro illo celebraretur posito quod quilibet eorum indigeret** — Est enim dicendum quod si unus in eodem casu quod celebratur et sic primo pro multis valor misse distribuitur equaliter et cedit cuilibet in partem satisfactionis apud deum secundum equalem portionem et numerum personarum pro quibus fit et per quos quanto plures fuerint tanto unusquisque minus habebit. Nam valor misse qui sit per premium alicui in purgatorio quendam est finite virtutis quia alias sufficeret una missa ad satisfaciendum pro omni debito in quo tenentur quotquot homines obligati ad quamcumque penam in purgatorio / et sic frustra celebrarentur plures misse pro eis sed si tantum valeret qualibet missa dicta pro omnibus existentibus in purgatorio quantum si dicta esset specialiter et principaliter pro uno irrationabiliter ordinaret et permitteret ecclesia quod celebraretur pro uno specialiter, sed semper deberet celebrari pro omnibus existentibus in purgatorio quia obmittendo alios et celebrando pro istis nichil accresceret istis et multum deperiret aliis / et sic tota ecclesia esset in errore que ubique servat oppositum / et ideo non videtur racionabile nec bene dictum quod una missa celebrata pro centum vel tamen unicuique eorum quantum valeret uni eorum si pro eo principaliter et singulariter celebraretur / et hoc loquendo de illa utilitate et valore qui valet per modum satisfactionis. Pro quo notandum quod misse exequie psalterium et quodlibet quecumque oratio facta a vivente pro defuncto dupliciter potest sibi valere / uno modo per modum supplicationis / alio modo per modum satisfactionis ut quasi sit aliquid positum in partem satisfactionis et loquendo primo de valore misse vel aliis suffragiis orationum dico quod sic equaliter valere unicuique de centum ac si specialiter pro se fieret, quia talis valor procedit ex unione caritatis viventis membri ecclesie et caritas non minuitur si effectus eius distribuatur in multos sed magis augetur / Similiter etiam gaudium quanto pluribus est tanto fit maius ut dicit Augustinus viii de confessionibus et sic de uno bono facto non minus letantur multi in purgatorio quam unus / loquendo de valore 2o modo dico quod non. Exemplum potest poni si aliquis rex esset centum obligatus quilibet in x denariis si conaris liberare eos per orationem apud regem ut dimittat eis debitum et ille te exaudierit amicabiliter manifestum est quod tantum prodest oratio tua unicuique de centum ac si pro ipso fuisset specialiter pro eo. Si vero conaris eos liberare per modum satisfactionis volendo solvere saltem in parte et offeras pro eis centum denarios / certum est quod minus valebit hec solutio uni de istis centum quam si fieret singulariter pro eo, quia si fieret pro eo singulariter foret totaliter liberatus. Nunc autem quia facis pro omnibus centum non facis pro eo nisi solum partem que sibi potest provenire de centum denariis divisis inter centum personas / et sic non recuperat te nisi unum tantum. Et sic per quem eum prius teneretur in tantum in decima parte debiti sui satisfecisti. Et quia intentio est ecclesie in celebrando missas pro defunctis non solum impetrare ipsis veniam et absolutionem

Sed Henricus quo supra

valet bona opera per modum satisfactionis / supplicationis

Quia bonum spirituale quanto communius tanto melius pene per modum supplicationis orando sed etiam per modum satisfactionis solvendo deo pro eis sicut eodem modo elemosinis et ieiuniis et aliis operibus caritatis. Ideo dico quod non tantum valent ista pro pluribus hoc est non tantum satisfaciunt pro unoquoque si pro multis fiant quantum valerent uni de illis si pro eo specialiter fierent. Alias enim non video quin irrationabile et crudele foret sacerdotem aliquam missam specialiter celebrare pro uno etiam si diceretur quod missa solummodo valet per modum orationis illis pro quibus fit, tunc licet esset possibile quod tantum valeret unicuique de centum quantum si pro uno fieret specialiter tamen intuendo de deo secundum dignitatis potentie sue non appareret verisimile quod concederet eque facile supplicanti qui peteret ~~elemosinam~~ dimissionem centum debitorum sicut eque intensa qui peteret a simili caritate pro uno debitore tantum. Et ideo verisimile estimandum est quod missa tam per modum orationis quam per modum satisfactionis plus valet uni si pro eo singulariter fiat quam si fiat singulariter pro eo et aliis licet possibile foret si deo placeret quod per modum orationis valeret ut dictum est. Ex istis infertur quod obligatus ad celebrandum per unum annum pro A principaliter non potest in illis missis primo celebrare pro B nec in aliqua illarum sine fraude. Secundo tamen est si aliquis sit obligatus quod quamlibet missam quam debeat celebrare pro A sit tamen quod liceat sibi tres vel quatuor vel plures assumere. In tali enim casu potest alios adiungere sacerdos sic conductus et celebrat eque primo pro omnibus quia hoc datur sibi ex conventione sua et tunc quamvis sicut dictum minus valet una missa ad satisfaciendum pro A quam si fuisset pro eo solum celebrata. Ex istis infertur tertio quod sacerdos parochialis qui tenetur primo celebrare pro parochianis suis etc. non possunt vivos et defunctos adiungere aliquam personam suam vel aliquos amicos suos vivos vel defunctos sub hac intentione ut missa sua cedat in satisfactionem pro omnibus parochianis et illis amicis suis. Quia si quelibet persona sua adderetur ad illam multitudinem iam portio unicuique percipienda de valore illius misse foret diminuta, et hoc per actum et intentionem sacerdotis adiungentis aliam personam suam ad alias. Similiter quia tunc liceret sibi adiungere unam aliam liceret sibi et postea adiungere aliam etc. tertiam et quartam et si tenetur primo pro centum celebrare posset licite eque primo pro ducentis celebrare quod falsum est, et sic defraudaret parochianos quibus sicut quelibet missa celebrata primo pro ducentis non ita tantum [illegible] diceretur sicut si specialiter pro ipsa medietate celebraretur. Sed diceres si illa vera essent tunc utilius esset homini manere in parochia parva quam magna ubi plures essent parochiani. Respondeo quod pensato solo emolumento quod provenit parochiano vivo vel defuncto ex missis vel suffragiis sacerdotis ipsius parochie non tamen oportet quod sit melius simpliciter, quia forte ipsemet in gradu altiori et plura bona faceret in parochia magna quam in parochia parva. Finis

Principium huius capituli est in primo folio huius quaternii

Et similiter gaudium quod pluralitas est eorum sit maius ut dicit Augustinus viij li. confessionum etc. de uno bono facto non tantum letantur multi in purgatorio quam unus. Si autem consideretur valor suffragiorum inquantum sunt satisfactiones quedam per intentionem facientis translate in mortuos tunc magis in suffragium alicui quod pro eo singulariter fit quam quod pro eo communiter fit et multis aliis. Sic enim effectus suffragii dividitur et diminuitur inspiciatur inter eos pro quibus suffragia fiunt, ut patet quod hoc totum dependet ex priori. Et principaliter respondendo an una missa quibus pluribus possit satisfacere, et minimum particulariter pluribus applicando patet per Henricum de Hassia quod non si promisit duobus unicuique unam missam vide etiam in questione Sacerdos obligatus sic summe [illegible]

NB

## De absolutione

Si quis in aliquem de clericis manus iniecit anathemate feriatur ut non per eum pontificem absolvi non possit [illegible] [illegible] alibi quam vera non articulo mortis forte imineat quia non per vim extorqueri non per fraudem subripi auctoritate clandam [illegible] non extorquebis amicum hoc alterna fides hoc simplex gratia donat. [illegible] verum est quod non extorquebis absolutionem quod sola gratia cordis confessio oris et satisfactio operis prius exigens [illegible] non vis sed sola gratia iustificat impium et fraus protervi non potest, et spiritus sanctus effugiet fictum, non habitat in corpore subdito peccatis. Aug. simulata innocentia non est innocentia sed duplex malitia quia et malicia est et ficta [illegible] equitas quam simulata equitas non est sed duplex iniquitas quia iniquitas est et simulatio [illegible] [illegible] [illegible] videamus [illegible] fideles [illegible] infideles dicta in [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut [illegible] et [illegible] [illegible] sacerdos ad absolutionem [illegible] quod non [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] sane [illegible] est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non [illegible] [illegible]

C liij

Rto de sacerdotali dignitate auctoritate et utilitate et de efficatia absolutionis sacramentalis ac de modo se habendi in absolutione

132

Utrum Sacerdos evangelicus per absolutionem sacramentalem confitenti debite applicatam / Etiam aliquid conferat per Christum magnificentia sacramentali collatum

Conclusio prima

Quemadmodum evangelii veritas a legis umbra noscitur plurimum differre / Sic sacerdoti legali evangelicum sacerdotem quilibet Christicola merito debet preferre

Prima pars conclusionis probatur per magistrum in tercio sententiarum dist. xl in fine ubi sic ait / distat autem evangelii lex a legis lege / quia diversa sunt promissa / ibi terrena hic celestia promittuntur / diversa etiam sacramenta quia illa tantum significabant / hec conferunt gratiam / precepta etiam diversa / quantum ad cerimonialia / nam quantum ad moralia sunt eadem / sed plenius in evangelio continentur hec ille / 2a pars sequitur ex prima / quia sicut in veteri lege promittebantur terrena et temporalia sed in evangelio vero celestia et eterna promittuntur / Sic sacerdos legalis fuit sacerdos terrenorum et temporalium / Evangelicus vero est sacerdos celestium et eternorum / Et sicut sacramenta veteris legis tantum significabant / sed nove legis etiam conferunt gratiam / sic sacerdos veteris legis fuit sacerdos tantum signorum / sed nove legis etiam est sacerdos effectuum et verum Et sicut precepta moralia fuerunt in veteri lege perfectius tamen in nova / sic sacerdos nove legis perfectior est sacerdote veteris legis / quare merito preferendus / Idem patet ostendi ratione triplici / primo ratione consecrationis quia sacerdos nove legis dignius consecratur quam veteris legis quia ab episcopo consecratur per septem ordinum collationem / in quibus singulis imprimitur caracter / et sic in septem ordinibus accipitur septuplicem gratiam spiritus sancti / et septuplex ornamentum in vij caracteribus / que nusquam legitur de sacerdotibus veteris legis / ideo secundum potentiam passivam in suis distinctionibus / deus magnificavit sacerdotes nove legis in vi intellectiva per scientiam / in affectiva per gratiam / in operativa per potentiam / in tota anima per caracteris excellentiam / ratione cuius superexcellunt omnibus huiusmodi caractere non habentibus / 2a ratio operationis quia operatio sacerdotis nove legis est immaculosa ut patet in immolatione corporis Christi et in eius compulsione / sed operatio veteris legis fuit carnalis 3a ratio sanctificationis / quia sacerdos legalis non contulit gratiam principaliter nec ministerialiter ~~quam deus confert~~ evangelicus vero sacerdos confert gratiam ministerialiter quam deus confert principaliter / quia sacramenta veteris legis de se nichil efficiebant / sed tantum significabant / igitur ministri conferentes ea etiam ministerialiter nichil efficiebant sed tantum significabant / Non sic sacerdotes nove legis / quia sicut sacramenta nove legis efficiunt quod significant / sic sacerdotes eorum efficiunt saltem ministerialiter quod significant / et sic sacerdos evangelicus confert gratiam ministerialiter / quam deus dat principaliter / Ymmo ministerialiter facit de attrito contritum ut postea patebit / quod non fecit sacerdos legalis Quarta ratio oblationis quia sacerdos veteris legis offerebat animalia vero bruta / sed sacerdos nove legis offert mundissimam hostiam scilicet filium dei filium virginis Sacerdotes veteris legis offerebant figuram / Sacerdotes nove legis offerunt figuratum / ideo dicit super in glo. levitici 1 omnis hostiarum diversitas Christum hostiam prefigurabat Quinta ratio potestatis quia dicit Rich. de mediavilla super iiij dist. xviij in primo principali articulo primo quod potestas veteris legis erat precipue respectu clausionis et apertionis legalis templi hominibus iudicando eos esse ~~dignos~~ mundos vel inmundos immundiciis legalibus et respectu oblationis sacrificiorum et sacramentorum legalium et mundationis irregularitatum legalium / potestas autem clavium que est sacerdotum nove legis est respectu apertionis et clausionis hominibus regni celorum et administrationis sacramentorum spiritualium et remissionis peccatorum Sicut ergo templum legale fuit figura ecclesie non tantum militantis sed etiam triumphantis / et sacrificia legalia figure sacramentorum ecclesie / et mundatio irregularitatum legalium figura remissionis peccatorum / sacerdotes veteris legis non habebant claves proprie loquendo / sed signum clavium hec ille Ex quibus sequitur quod sacerdotes nove legis quibuscumque dignitatibus secularibus etiam regalibus preferuntur sicut exemplum legitur de sancto martino quod quadam vice invitatus a rege sedens in mensa bibens de calice imperatoris porrexit calicem prius sacerdoti suo quam regi / Sacerdotium a Christo summo pontifice institutum /

Conc. 2a primum

Evangelicum / est magnifice / A quo in apostolos successoresque eorum legittimos derivatum est salvifice

Prima pars conclusionis complectitur duas partes, prima quod eadem sit potestas ordinis in omnibus sacerdotibus quo ad aliquid scilicet quo ad corpus xpi verum / 2a quod eadem sit potestas ordinis in omnibus episcopis quo ad omnia que respiciunt potestatem ordinis / prima pars probatur per aug. de ancho. in li. de ecclesiastica potestate q. 1 arti. 3 ubi ait / potestas ordinis que est respectu corporis xpi veri una est realiter in papa et in omnibus sacerdotibus et episcopis, et probat hoc triplici dicens quod talis potestas non plurificatur nec ex parte ipsorum sacerdotum / nec ex parte rei oblate / nec ex parte passionis commemorate / primum patet quia omnes offerunt in persona unius sacerdotis / puta xpi / non enim illa verba hoc est corpus meum proferuntur in persona sacerdotis vel episcopi consecrantis / sed in persona xpi unde dicit Criso. in omel. de prodicione iude quod xpus qui tunc mensam illam ornavit discipulorum presto est / mense vero quia consecrat / quia non est homo qui proposita panis et vini corpus et sanguinem facit / sed ille qui crucifixus est pro nobis xps eius virtute consecrantur licet sacerdotis ore proferantur 2m patet quia non aliud corpus offertur per unum episcopum vel per unum sacerdotem et aliud per alium / sed illud idem corpus offertur uno per unum et per omnes alios 3m patet quia una et eadem passio xpi semel vere commemoratur per omnes unde dicitur 1 ad cor. 11 quotienscumque manducabitis panem hunc et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. et concludit dicens / potestas ergo ordinis que est respectu corporis xpi veri una est realiter in papa et in omnibus sacerdotibus et episcopis quia in tali potestate omnes sacerdotes non sunt nisi unus sacerdos et omnes episcopi unus episcopus propter unitatem unius sacerdotis consecrantis / et unius rei oblate / et unius passionis commemorate unde apostolus ad heb. 7 dicit quod in sacerdotio levitico plures quidem facti sunt sacerdotes / sed hic scilicet xps unus in sacerdotio hec ille De ista potestate ordinis quantum ad consecracionem corporis xpi veri / ita dicit Joh. gerson in tract. suo de ecclesiastica potestate, consideracione 3 hec inquit potestas de lege communi inablabilis est intransferibilis et illimitabilis in ipsa essencia quia quicumque quod sacerdos rite consecratus si temptet cum intencione et forma et materia debitis consecrare, consecrat utique, etiam si excommunicatus hereticus aut quomodolibet degradatus sit, peccaret nihilominus in hoc casu / nec ad utilitatem suam sed dampnacionem suam hoc ageret Super quod volo distingui pro solucione quod aliqua sunt de necessitate consecracionis huius potestatis duplici una est necessitas solius precepti, cuius transgressio peccatum grave est ut quod excommunicatus non consecraret, verum hec transgressio non impedit consecracionem effectum principalem qui est transsubstanciacio Altera est necessitas consecracionis vel sacri consistens in hoc quod minister sit rite ordinatus, habens intencionem consecrandi, cum materia et forma debitis, quia si alterum defecerit nihil efficitur et peraeque hanc potestatem tradunt doctores concorditer esse parem in omnibus qui consecrati sunt sacerdotes / que potestas esse collata creditur in cena domini dum xpus dixit apostolis hoc facite in meam commemoracionem ubi docent concorditer quod judas ille sacerdos fuit constitutus, sicut prius clave in apostolatum potestatem predicandi et faciendi miracula susceperat / et hic sumitur argumentum quod potestas ecclesiastica ordinis non necessario fundatur in fide vel in gracia / sed in caractere baptismali quam de lege communi necessario presupponit hec Gerson)

Secunda vero pars prime partis conclusionis scilicet quod eadem sit potestas ordinis in omnibus episcopis quo ad omnia que respiciunt hanc potestatem patet quia dicit aug. de anch. ubi supra q. eodem prima articulo 3m / respondendo inquit de potestate ordinis / omnes episcopi sunt equales propter in tali potestate Cuius racio sufficiens duplex est prima talis omnis potestas ordinis vel respicit caracteris impressionem vel perfeccionem Nam caracteris impressio fit in 7 ordinibus quia in quolibet ordine imprimitur caracter In episcopis vero non imprimitur caracter / perficitur tamen caracter iam impressus, ut per talem perfeccionem possit episcopus qui est perfectus sacerdos sibi similem generare / sed omnes episcopi habent caracteris impressionem et caracteris perfeccionem, ergo omnes episcopi sunt equales propter in potestate ordinis 2a racio est talis omnes apostoli simul cum petro equaliter receperunt a xpo Joh. xx potestatem ordinis quia dictum est eis accipite spiritum sanctum quorum dimiseritis peccata remittuntur eis Hec talis potestas ordinis singulariter fuit data petro quam aliis apostolis quia non est dictum sibi accipias sed accipite Sed

Si personas aplorum representant epi sicut pp gerit vicem beati petri / ergo oms epi equales sunt pape in potestate ordinis sicut oms epi equales apli fuerunt equales petro in predicta potestate vt dicit xxi dist. in novo testo / quod ceteri apli cum eodem petro pari consortio honoris et potestatem acceperunt quod est verum quantum ad ordinem et racionem consecracionis / non racione ad ministracionem vt glosator notat super dicto verbo. hec aug. de anch. de ptate ordinis et consilia ita dicit Jo Gerson ubi supra consideracione tercia potestas ecclesiastica ordinis ~~et confirmacionis~~ alio modo considerata prout respicit ministracionem corporis xpi fidelibus / et ministracionem sacrorum sicut ordinis et confirmacionis / consecracionem insuper virginum abbatum et cetera et institucionem ministrorum ecclesie non est equalis in quolibet sacerdote / imo racio est quia simplex sacerdos non tenetur docet sicut non potest ordines conferre / neque sacramentum confirmacionis dare neque consecrare virgines etc / etiam de facto sic est / quia si tale aliquid temptet agere nihil sit effectum / quia neque confirmat neque ordinat. Epus autem si volentem confirmare / si volentem sacerdotem ad ordines promovere / qui sit capax capabilis / quod dicitur propter sexum muliebrem / temptaverit vel confirmare vel ordinare / ordinat utique vel confirmat de facto / licet peccaverit et vel irregularis / licet degradandus sit. Et in hoc est par omnibus epis ab infimo gradu usque ad summum qui pp dicitur potestas ordinis. Non autem in sacerdotibus minoribus est hec potestas ut dictum est sed in tali plenitudine sicut per sacerdotem quod hoc possunt licet concedere cum minore sit dicto quod papa sacerdotem simplicem nulla est altera potestas ordinis neque in epo neque in pp / sed aliter in epis et pp / aliter in simplicibus sacerdotibus / sicut exemplificant quod eadem humanitas est in homine dum est puer / et eadem dum factus est vir / vel multiloquiis pro gradu / ubi similiter puer nepiaster / Cum igitur sint inter discipulos et aplos tales distinctio sicut inter epos et simplices curatos sacerdotes sicut notat sco et mag. in iiii dist. xxiiii capitulo vii allegans eum / prescripta est veritas istius consideracionis hec Gerson. 2a vero pars principalis coronis correl. vii quod in primis tamen poterit quod in istis singulis eadem sit potestas iurisdiccionis sic declarat per augustinum de ancho ubi sepe q. i articulo iiii dicens si loquamur de potestate iurisdiccionis in spiritualibus sive in temporalibus / nullus est equalis pape in talibus potestate / quia omnes epi vocati sunt in partem sollicitudinis et administracionis / solus autem pp vicem administracionis habet in toto orbe vnde dicit Cesarius in omelia super Jo quod xps in uno loco in una sede prelatum determinavit / sed petrum toti orbi ordinavit magistrum et doctorem / et idem super actus aplorum dicit quod petrus a filio super omnes potestatem accepit non ut Moyses in gente una vel in uno populo / sed in universo orbe terrarum. Si vero loquimur de potestate iurisdiccionis temporalis similiter nullus est equalis in tali potestate quantum ad mediatam auctoritatem et vicem iurisdiccionis / licet quantum ad immediatam operacionem et administracionem sumpte et reges ac principes possunt esse maiores eo. hec aug. de ancho. Pro cuius clariori intellectu in consideracione tercia Jo Gerson / in qua post predicta ita subiungit dicens si vero loquerem de potestate iurisdiccionis quod dici solet / illud pessimum quod de iure positivo renovatur est adhuc ista consideracio quod nullus sacerdos curatus ministrat aliquod sacramentum sicut solus sine iurisdiccione habeat super illum cui ministrat. Si quo ad consecracionem corporis xpi vera / eandem habent sacerdotes omnes potestatem / quantum vero ad sacrorum ministracionem dispar est in epis et simplicibus potestas sicut sciencia tam de iure quam de facto / sicut in ministeriis ecclesiasticis et institucionem / que est potestas competens summis ierarchis de primo ordine et 2o / non autem inferioribus quemadmodum sunt curati / qui licet purgare illuminare et perficere possunt plebem suam / prout inferior angelorum ierarchia purgat illuminat et perficit supercelestem vel humanam ierarchiam / nihilominus hec potestas curatorum non extenditur ad ierarchias superiores instruccione de instituto eorum / et post pauca subdit dicens / attendat lector circa consideracionem istam de equalitate si sit ordo ultra sacerdotium / quod apud theologos et iuristas est grandis in in re bene comprendo, sed explicando diversa est, quia iuriste dicunt episcopatum esse ordinem et non supra sacerdotium, theologi vero concedunt episcopatum esse potestatem ierarchicam super sacerdotium, sed quia nichil addit potestatis ultra super corpus Christi verum, ergo non dicunt quod sit novus ordo, sed bene nova potestas, et hoc videtur in idem redire si attendatur quod de confirmatione dicit beatus Tho. eam posse committi a papa simplici sacerdoti propter quamdam dictum beati Gre. pluribus autem hoc non placet, et dicunt illos de quibus loquitur beatus Greg. non fuisse confirmatos tolleratum autem fuisse sic manere quia confirmatio non est necessaria simpliciter, tamen dicunt raro per concessionem vel non sic susceptibili committi ordinis quod sacerdotum si verus est non videtur habere [illegible] hec Gerson

## Absolutio sacramentalis per sacerdotem evangelicum confiteri debite applicata admodum suffragatur
## Si non periculosa additione utpote contritus aut oblitus seu confessus restringatur

Conclusio ij

Primam partem conclusionis probat doctor solemnis in quodlibeto suo, quodlibet i questione xxx sic dicens: Absolutio sacramentalis proprium habet effectum ex virtute sacramenti quem non habet confessio peccatorum. Illa enim solum habet virtutem ex devotione confitentis, absolutio autem quantum est de se ex gratia sacramentali habet virtutem, ut quamvis confitens ... non sit sufficienter contritus pro de peccatis ut ei debeant virtute contritionis remitti, sed solum attritus, ut de proximo sit dispositus ut ei remittantur, si tamen non apponeret sacerdos absolutionem non ei remitterentur, postquam tamen apponitur absolutio sacramentalis, datur gratia qua subito perfecte conteritur et a peccato absolvitur virtute absolutionis, et aliquid simile huic de sacramento remittitur quod non remitteretur etiam si permississet prius remissio insufficienti contritione. Unde non est absolutio aut aliquid sic virtute absolutionis quod numquam restat faciendum per actionem confitentis superioris. hec doctor solemnis. Et Ri. de mediavilla super iiii dist. xviii primi 2o articulo primo querit utrum sacerdos per potestatem clavium possit dimittere peccatum quantum ad maculam et culpam dicens quamvis sacerdos absolvendo dimittere non possit peccati maculam effective, sed modo quo dicit magister in littera quod sic solus deus peccatum dimittit, in ministeriale et dispensative, illi qui per attritionem removent obstaculum gratie spiritus sancti, dispositive removent macula peccati inquantum pro ministerio assistit virtus divina que peccatum dimittit, et quia peccati macula est dispositio qua sit anima pati igne infernali, que quidem non est tantum similitudo spiritualis ad quem alia precedens quoniam, sed etiam principaliter est privatio similitudinis dei a qua avertitur, ideo sacerdos virtute clavium ad eterne pene remissionem disponit, quia virtus divina peccatum et effective remittit sicut maculam peccati. hec ille. 2a pars conclusionis declaratur, pro cuius declaratione advertendum secundum venerabilem patrem Io. de Gerson sacre theologie professorem cancellarium in quodam tractatu de forma absolutionis, quod valde ponderandum est quod omnipotens deus qui vult omnes homines salvos fieri secundum dispensationem temporum diversos providit modos, pro redemptione peccatorum per penitentiam, primus in veteri lege Ezech. xviii et xxxiii: quacumque hora peccator ingemuerit et ingemuit, hoc est vere contritus fuerit de peccato suo, non recordabor iniquitatum eius, scilicet ad eternam imputationem. Et sic perfecta contritio requirebatur ante tempus gratie pro remissione culpe, sed quia illa raro invenitur quia teste beato Ambrosio, facilius invenimus innocentiam servatam quam post peccatum vere penitentem, igitur tempore gratie providit pietas salvatoris adminiculum penitentie per virtutem clavium ex merito et virtute passionis Christi, que in sacramentis nobis applicatur ex bonitate et pacto dei ut quicumque se subderet sacramento, gratiam per ea haberet, unde ad insinuandum quod virtute passionis Christi supplere defectum penitudinis ipse ante passionem suam, cum promisisset claves in persona Petri homini subiectum dicens: tibi dabo claves, post passionem promissionem implevit dicens: Accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Et penitens, quamquam ab solvitur a culpa, antequam ad sacerdotem veniat, quod sufficiens est gratia, aliquid coram sacerdote in

applicacionem sacramenti penitentie que per illum actum implet supplet insufficientem dispositionem penitentis
huius habemus duplex exemplum vnum in x leprosis qui euntes ad ostendendum se sacerdotibus in via
mundati sunt, 2m in illo leproso quem dominus in tangendo curauit ut habetur Mt. viii, tunc enim
dominus exemplificare dignatus est in se ipso officium sacerdotis in curacione leprosi peccati et
ideo in curatiue virtutis tenet xpm. non debet addi in absolucione sacramentali contritis, quia si non
fuit plena contritio supplet per passionem xpi in sacramento operantem, immo valde periculosum
est apponere contritis propter tria, primo propter intencionem absoluentis que requiritur, quod autem
absoluens vtens tali forma ex simplicitate intendere quod solum de illis absoluat de quibus
perfecta contritio sunt precessit confessio quod esset periculosum, 2o ex parte confitentis qui posset
putare se non esse absolutum, si sentit se non habuisse sensibilem dolorem nec sufficientem displicentiam
3o ex parte virtutis ipsius quia derogat efficacie sacramenti ut tactum est, et est etiam contra magnos doctores qui
aut non posuerunt in forma absolucionis contritis ut sanctus tho., et so. in summa ut postea sequitur
aut non ponenda asseruerunt, vnde Johannes Gerson in tractatu suo de forma absolucionis ait quod
nocere si ponitur hoc adiectivum contritis, cum virtus sacramentalis absolucionis valeat super peccatum solum attrita
licet nondum contrita et ita est quedammodo addicio distrahens que presupponit contritionem que non
semper requiritur. hec ille. Idem sentit Io. de fulgine carthusiensis scilicet quod non addi contritis in forma
absolucionis quia sufficit attritio. Contritio enim dicitur perfecta detestatio peccati, hec est in paucis quia
pauci in minimas partes peccata sua minuunt, et omnem voluntatem peccati perfecte tollunt
Sed attritio dicitur vno modo quod non est omnino perfecta detestatio peccati, sed solum est dolor voluntarius de preteritis
peccatis cum voluntate precauendi in futurum, sed eciam homo adhuc diligit peccata et sic voluntatem
cauendi in futurum et dolor de preteritis tunc secundum doctorem tho. scotum et alios cum dimissio
omnium peccatorum eo quod non ponit obicem contra graciam dei. hec ille. Nec oportet addi oblitis quia tamen non
sacramentalis absolucio quod eciam extendit se ad oblita, nec mirum cum medicina spiritualis non sit minus
efficax quam corporalis sed aliqua medela corporalis parari que sanat etiam morbos latentes in corpore
igitur a forciori medicina sacramentalis in qua virtus clauium operatur, sed tamen oblita tenentur ad memoriam
confitenda sunt, quia hoc integritas penitencie requirit. Et aduertendum, quod in forma absolucionis
periculose additur oblitis duplici racione, primo quia error potest esse erroneus confitentium quod credat oblita
sunt assereret quidam magnus qui hoc se credere confitebatur, quod non est contra omnes doctores
et recte sentientes 2o quia est error quod homines optantur obliuisci peccata cum putant idem esse dimissa
dimittendi, Idem sentit Jo. Gerson in tractatu praedicto quod scilicet oblitis non debeat addi in forma absolucionis
in ibidem. Sed Nec debet addi addi confessis ne restringatur sacramentum a sua liberalitate ut tactum est de oblitis
Nec oportet addi istud adiectivum omnibus ut dicit Jo. Gerson ut supra propter vitandam superfluitatem
hac bene tho. arguit contra quendam in quolibet suo quodlibet ii q. xvi ar. in contrarium dicens, quod nullus sacerdos
vnquam Ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis, sed non est mirum nec absurdum de quibus per quamque
aduertunt quedam superflua quedam obsunt ut dicit idem Gerson. Si diceret quis vtrum quod peccatum
adiectiua scilicet contritis oblitis et confessis debeant addi in forma absolucionis quia concilium basiliense
publicans indulgencias contra grecos talem formam absolucionis ordinauit que omnia ista adiectiua
includeret. Respondetur concilium non fecit hanc formam trahendam in exemplum, sed propter obviare quendam
errorem vulgarem, qui putabant se posse consequi tales indulgentias ex sola ante gestis
et contribucione sine contricione et confessione (Sicut igitur in collacione indulgenciarum [illegible] premittit
contritis et confessis ne error innouet simplicibus, quia forte alias putarent se non indigere
aliud facere quam contribuere pro redempcione indulgenciarum, Sic in concilio basiliensi propter similem errorem
qui forte pro tunc nimium viguit inter simplices additum fuit contritis et confessis, non quod
propter necessitatem forme absolucionis sed propter vitatem exclusionem erroris seu false opinionis
propter tunc in populo invalescentis Sicut idem concilium addidit oblitis ad confessionem maiorem faciendam
pro contricione fidelium ad precium operis quod predicabant, trahere autem hoc in exemplum vbi non
est par ratio improprium est. Vnde breuiter concilium inspicere voluit, quod ipsi concessio in data precia
ex de re iud li vi vbi glo notat quod non mereatur quis indulgencias que conferuntur contribuentibus

Contritis non debet addi quia raro datur vera contritio et sufficit attritio

Contritio

Oblitis

Confessis

obuiare

vnde

ad refectionem pertinet nisi sint contriti. Si replicaret quis: quomodo ergo in Francia, Anglia, Italia
ista forma communis est? Respondeo quod Graecorum concilii pro reductione Graecorum fuit per totam ecclesiam predicata
et forma divulgata. Cum igitur pauci sint qui discutiant rationem sic dicendi, plurimi solum sic
respondent; igitur plurimi novitate gaudentes et aliis causis quas non oportet exprimere formam istam
usurparunt. Doctissimi tamen viri et boni quos semper scilicet ab incauta usurpatione separabat in
simplici forma absolutionis quam sancti tradiderunt permansuri et permanendum docuerunt.
Nec mirum quod nova illa forma late usurpata est, cum hec sit conditio novitatis quod late se
diffundat ut queritur in cronica Anglorum libro 1 Beda dicens: Arriana vesania etc. Et postea
subdit: ut mora omnibus sit lucis hereticos cum semper insule novi semper aliquid audire gaudentem et
nihil certi firmiter tenentem infundit. Hec ille. Quid ergo mirum si error Graecorum tam late suppe-
petet novitatem si etiam forma absolutionis usurpata que plus habere videtur quam communis forma
primo a doctoribus posita habuit tam late prevaluit. Si forte adhuc aliquis nimis contentiosus opponat
per dictum sancti Thome in quolibet, qui quolibet primo dicit quod sacerdos non debet absolvere nisi quem credit
apud deum absolutum, sed apud deum non absolvuntur nisi contriti, ergo oportet addi contrite.
Respondeo quod beatus Thomas vult quod sacerdos non debet absolvere aliquem nisi quem credit post suam absolutionem
a se etiam absolutum a deo; secundo dicendum quod loquitur secundum opinionem antiquam magistri, sed illa iam
est correcta. Tertio dicitur quod per hoc insinuare vult quod non debet absolvere nisi qui vere penitens
reputatur ac per hoc absolutum a deo sperat; nihilominus in talibus si non sint sufficienter contriti
tunc gratia sacramenti supplet. Etiam ponderandum est quod beatus Thomas dicit credit et non dicit scit,
sed autem attritum credere seu pie estimare contritum diffinitio sibi convenit non constat quod semper
de proximo melius interpretari et presumere debemus; sed quoniam ubi non sint gratia sacramenti supplet
ut supra dictum est, sed si pro tanto debet absolvens addere contritis quia non debet absolvere
nisi quem credit absolutum tunc potius deberet addere absolutum vel absolutis, quod tamen non
admittitur quia valde absurdum esset dicere Ego absolvo te absolutum. Si dicat quis secundum sanctum
Thomam super 4 dist 17: attritus non potest fieri contritus, igitur non fit per confessionem virtutem clavium
de attrito contritus. Respondeo quod beatus Thomas vult quod ille idem actus meus sive motus liberi arbitrii qui
fuit ante actum absolutionis attritus non fit contritus virtute absolutionis vel clavium quia ille actus
transit; non tamen negat quin actus consequens prioris in specie fiat contritus accedente gratia sa-
cramentali, quia quando actus absolvere et sim se considerans non esset contritio sed attritio tantum.
Unde simile ponit sanctus Thomas de veniali vincendo in 4 scripto dist 21 q 1 art 1 in solutione
2 arg. dicens: veniale peccatum aliquis non dimittit per se quantum ad maculam, quamvis non culpa
quo ad maculam sine contritione non dimittatur, tamen hoc facit per gratiam quam infundit
facit quod ille motus liberi arbitrii in peccatum fit contritio, sicut etiam in eucharistia et confirmatione
potest accidere. Hec ille. Si diceres si esset attritus tamen in peccato vel veniam vincens [illegible]
tunc non meretur gratiam. Respondeo verum est virtute propria, et ideo gratia non datur solum virtute attritionis
sed magis virtute sacramentorum in quibus se ostendit suam liberalitatem quod conferunt quod per se
non ponentibus obicem. Ex quibus satis clarum quod consuetudo dicere est tollere virtutem novi testamenti quod est
testamentum gratie. Queritur enim a tali in quo capitur virtus sacramenti operantis gratiam et nullibi clarius
invenitur quam in proposito, ut ubi non sufficit virtus suscipientis suppleat virtus sacramenti, sicut videmus et
in aliis sacramentis, ubi si quis non ponit obicem consequitur gratiam; alias quomodo multi inpuberes salvari
possent; sed in omnibus absolvendis primo requireretur contritio, sed contra inspicit non innitet
per liberalitatem Christi quod per sacramentum hominibus confertur.

Correlarium primum

Quamvis unam culpam mortalem remitti sine
alia sit impossibile
Potest tamen inferior sacerdos a casibus ad se pertinentibus
absolvere et in ceteris ad superiorem remittere

Prima pars conclusionis est contra doct. qui probant casum ex hoc quod gratia non potest stare cum culpa n. expo
quia hoc implicaret contradictionem scilicet quod aliquis placeret deo et quod non placeret deo pro eodem instanti
quod est impossibile. 2am vero partem conclusionis probat doct. solemnis henricus de ~~[illegible]~~ gandavo
in quodlibeto suo quodlibet v questione xxvi et in sequentibus questionibus auctoritate et ratione / primo auctoritate approbate
consuetudinis universalis ecclesie tam in curia summi pontificis quam aliorum pontificum / ut enim inquit
summus pontifex missos ad ipsum pro absolutione super casibus specialiter pertinentibus ad ipsum absolvit
sic rescribit diocesano episcopo / tali qui de tali crimine ad te dimittimus absolutum salubrem penitentiam
secundum quantitatem delicti sui iniungas / non autem scribit qui de tali crimine et aliis peccatis suis tibi et
curato suo confessus dimittimus absolvendum / vel qui ad te dimittitur a tali crimine et aliis peccatis suis
tibi et curato suo confessis et confitendis absolvendum / non aliter sit in curia quam scribitur / et per
eundem modum episcopus missos a se ad curatos simpliciter absolvit de casibus pertinentibus ad eos nullam
mentionem faciendo de aliqua absolutione de peccatis iam confessis curato / nec dimittit eos ad
curatos ab omnibus peccatis simul absolvendos. et constat quod ecclesia in hiis non errat. hec ille
2o idem probatur ratione tali / secundum eum ibi confitens per contritionem et confessionem inferiori fuerat
totaliter a deo absolutus primo secundum beatum aug. et cassiodorum contritus confitens in proposito confitendi
antequam veniat ad sacerdotem a deo absolvitur iuxta illud ps. xxxi dixi glo. i. deliberavi confi-
tebor ad. me. in. me. domino supple et tu dimisisti impietatem peccati mei / manet autem adhuc reco-
nciliandus ecclesie per absolutionem sacramentalem / absolutionis autem sacramentalis facienda per ecclesiam sunt
ad penitus contritos duo fructus unum quod partem debite pene dimittit / aliud quod absolutum ecclesie
militanti a qua per peccatum suum separatus fuerat reconciliat / sed sicut non est inconveniens
satisfactionem per partes imponere / ut cum dicit sacerdos / hoc fac usque ad illud tempus et
tunc revertere et tibi aliud iniungam. et similiter sicut non est inconveniens excommunicatum pluribus excommunicationibus per
partes reconciliari ecclesie quod tunc potest absolvi ab una sine alia / sic etiam non inconveniens secundum illud doctorem
absolutionem sacramentalem fieri per partes maxime quo ad istos duos effectus quos facit respectu penitus
contritorum / qui sunt partem pene remittere / et ecclesie militanti reconciliare / quorum neutrum repugnat
separare absolutionem et facere eam per partes / dicunt nonnulli quod absolutio sacramentalis duos facit vel
efficit / quantum ad penitus contritos / partem pene debite dimittendo / et ecclesie militanti conciliando / sed
quod quantum ad solum attritos plus facit quod ultra istos duos effectus etiam confitentem deo reconciliat
isto modo quod de attrito facit contritum ex vi clavium que operatur in absolvente sacerdote ut dicit idem doctor
quodlibet v q. xxx ut supra allegatum est in probatione 2e conclusionis in principio / Ex quibus breviter consideratis / sequuntur
multa pulchra documenta circa absolutionem sacramentalem. primum quod absolutio sacramentalis quantum de se est / tria
operatur in confitente / primo partem pene debite dimittit / 2o ecclesie reconciliat ~~per confitentem~~ 3o deo reconciliat
si confitens non est contritus sed attritus solum quod tunc facit de attrito contritum modo quo dictum est. Sed magis
pietas divina quod ista sacratissima medicina spiritualis debiliori quodammodo plus subvenit quam fortiori
quia attritum deo reconciliat contritum vero iam reconciliatum invenit / sed nullum dubium quin contrito ampliorem
gratiam adducit eo quod amplius eum dispositum reperit / etiam absolutio sacramentalis confitentem de contritione
certificat ut dicit dominus egidius de roma / si vis certus esse quod tua attritio sit contritio confugere ad
penitentiam. Secundum documentum non est inconveniens absolutionem sacramentalem fieri per partes quantum ad primos duos
effectus scilicet quantum ad dimissionem partis pene et reconciliationem ecclesie / quod quando penitens habens casus episcopales
vel papales absolvitur ab inferiori sacerdote in casibus in quibus ipse potest et dimittitur in ceteris ad superiorem
tunc partialiter reconciliatur ecclesie quod inferior sacerdos non totaliter eum ecclesie reconciliat / sed quantum potest
superior autem ad quem mittitur totaliter eum ecclesie reconciliat / similiter pena que dimittitur per absolutionem sa-
cramentalem potest remitti per partes / quod partim per inferiorem sacerdotem partim per superiorem / sed tamen non sequitur
quod per absolutionem sacramentalem totalis pena dimittatur / nisi confitens haberet plenariam indulgentiam
aut adeo contritus et compunctus esset quod deus iudicaret eum dignum plenaria dimissione quo ad penam

3m documentum quod esset inconveniens absolutionem sacramentalem fieri per partes quantum ad tertium effectum
scilicet quantum ad reconciliationem dei divinam quod absolutio sacramentalis quantum ad istum effectum aliquo modo

se extendit ad culpe deletionem patet manifeste eo quod ex vi sacramenti prius facit de attrito contritum quod non potest fieri per partes quod una culpa non remittatur sine alia ut dictum est supra     Quarto dicendum quod sequitur ex predictis est quod missio ad episcopum vel papam magis pertinet ad satisfactionem quam ad confessionem vel culpe remissionem quia culpa primo fuit remissa vel in prima confessione quam fecit simplici sacerdoti si solum fuit attritus vel ante primam confessionem si fuit prius contritus unde prius ex predictis / ecclesia missio ad episcopum vel papam est inducta ad reconciliationem ecclesie que requiritur in hiis ubi episcopus aliquis enormiter offendit / sicut inferior sacerdos etiam in parte requirit petitionem ecclesie in capitulis unde ad se pertinentibus ut dictum est   Ex quibus ulterius sequitur quod est erroneum credere quod inferior sacerdos ab aliquibus culpis absolvat et ab aliquibus non quia aut a nulla absolvit aut ab omnibus   Si dicatur quod si ab omnibus absolvit tunc mittit frustra in missionem alibi   Respondetur quod inferior sacerdos intendit confitentem absolvere in capitulis preter ad eum spectantibus divina voluntate sine sacerdotis cum intentione et non hoc facit tunc ex consequenti absolvit ab omnibus culpis quod non intendat se intromittere de hiis que pertinent ad superiorem / sed quod intendit hoc facere quod ipse potest et debet scilicet a culpis ad se pertinentibus absolvere Cum autem una culpa non possit remitti sine alia in consequentiam dei ipse faciendo quod suum est permittit etiam facere deum quod suum est et quod deus deus non dimittit unam culpam sine alia sed aut nullam remittit / aut omnes simul inferior sacerdos aut a nulla culpa absolvit si confitens non est attritus / aut ab omnibus si est attritus / Si autem fuit contritus contritus ante confessionem tunc prius fuit absolutus a deo ut dictum est     Quinto dicendum quod iste locutiones quibus dicitur inferior sacerdos non habet ab isto peccato vel ab istis peccatis absolvere sed episcopus vel papa / sunt sane intelligende accipiendo peccatum pro pena sicut sepius in sacra scriptura accipitur et non pro culpa / quia ut sic confitentes in certis capitulis sunt mittendi ad superiorem auctoritatem in pena satisfactionis ut dictum est   Si autem vellemus loqui de peccato vel peccatis quo ad culpam / [illegible] esset decipere et dicere quia indirecte et ex consequenti si habet absolvere ab uno peccato quo ad culpam habet absolvere ab omnibus quo ad culpam unde ut dictum est Ideo melius esset servare modum antiquorum doctorum in istis locutionibus dicendo inferior sacerdos non habet absolvere in isto casu vel ab istis capitulis sicut etiam loquitur doctor solempnis / ubi capitulo de [illegible] non includit culpam / sed penam infligendam pro culpa scilicet missionem ad superiorem que missio est pena et consequenter pena satisfactoria iniungenda

Correlarium 2m

## Hec est forma absolutionis sacramentalis congrua et sufficiens certis presuppositis secundum rectum dictamen / Dominus te absolvat et ego auctoritate qua fungor absolvo te a peccatis tuis in nomine patris et filii et spiritus sancti Amen

Dicitur notanter in prima parte correlarii certis presuppositis / quia presupponitur primo ex parte confitentis quod non sit excommunicatus / quia si sit non potest absolvi a peccatis / nisi prius absolvatur ab excommunicatione vel excommunicationibus si plures incurrisset ut patebit in correlario primo conclusionis tertie / aliquando tamen uno contextu exprimuntur due forme scilicet ab excommunicatione et a peccatis sicut patebit in 2o correlario conclusionis tertie   Secundo requiritur ex parte confitentis / quod ad minus sit attritus / quia si sit tunc virtute divina virtute sacramenti quam operatur in forma absolutionis sacramentalis ita quod quando attritus sit contritus post usque iste modus liberi arbitrii qui ante absolutionem fuit attritus post absolutionem sit contritus / non quidem motu vel actu in animo sed in spiritu ut superius dictum est / et totum provenit de magnificentia Christi quam nobis exhibuit in sacramentis   3o requiritur ex parte confitentis quod sit integre confessus / quia si esset fictus nihil consequeretur / et sicut ex parte confitentis requiruntur aliqua / sic etiam ex parte confessoris requiruntur aliqua primo quod habeat iurisdictionem supra confitentem / quamvis enim omnes sacerdotes habeant quando consecrantur ab episcopo recipiant claves ecclesie non tamen recipiunt usum earum nisi specialis eis concedatur / quantum enim ad claves ecclesie ipse dicit Richardus in iiij dist. xviij articulo ij / quamvis magister sentiat non omnes sacerdotes habere claves sicut in 2o c. distinctionis ipsius ex ista deducit eum claves scientie / esse sine habitu in quo non est ei consentiendum / unde dicitur claves esse collatas omnibus sacerdotibus nove legis / tam clavem scientie quam clavem potestatis / quantum enim ad illud quod dicitur absolutio / ille et potestas conferenda sunt unum scilicet sacerdotalem caracterem superaddunt tamen diversos respectus / ad diversos actus et effectus / unde cum omnibus sacerdotibus nove legis collatus sit sacerdotalis collatiue sit sacerdotalis tradat omnibus eis claues collate sunt, quamuis [illegible] ad usum clauium idem dicit ubi supra arti. 5º quod ita subiungit: actio non tantum requirit potentiam a qua sit sed subiectum debitum in quo recipiatur, unde ad ligandum et soluendum non tantum requiritur potestas clauium a qua sunt illi actus sed etiam materia debita in qua recipiuntur. Non est autem materia debita quantum ad istos actus respondendum claues habentis nisi persone per quas habens claues habet aliquam iurisdictionem, non omnis autem sacerdos habet iurisdictionem super quemcumque, quia iurisdictiones in ecclesia distincte sunt aliquo modo ad instar distinctionis que est in ecclesia triumphanti, ut sicut ibi sub uno principe sunt angeli quorum quidam sunt superiores quidam medii quidam inferiores, cum equalis est omnium potestas, sic in ecclesia militante sub vicario Christi sunt patriarche, archiepiscopi, episcopi et sub illis inferiores prelati et sacerdotes, et est eorum potestas distincta per ordinationem vicarii Christi, et ideo est concedendum quod non omnis sacerdos potest usum clauium in quamlibet personam exercere, hec ille. 2º requiritur ex parte confessoris habentis iurisdictionem quod auctoritate sibi commissa debite utatur absoluendo in casibus pertinentibus ad se in ceteris remittendo. 3º quod premittat penitentiam ante absolutionem de quibus infra dicetur. Secunda pars conclusionis patet per Pacificum in summa li. iii. ti. xxxiiii de peni. et re. questione lxxxiiii ubi querit utrum forma absolutionis debeat fieri sub forma indicatiua, et dicit secundum Albertum in scripto super iiii sententiarum dist. xviii quod sic propter sacramenti certitudinem. Sed quod precedat deprecatio hoc est de bene esse sacramenti, et non de esse, unde communiter sic dicitur: Dominus te absoluat, et ego auctoritate qua fungor absoluo te a peccatis tuis in nomine patris et filii et spiritus sancti amen, et hanc formam inquit exposuit magister [illegible] de [illegible] in tractatu suo in [illegible], Thomas etiam in ultima parte summe q. lxxxiiii arti. iii. concordat cum hoc, dicit enim quod de sola forma est ego te absoluo sed premittitur oratio misereatur tui omnipotens deus etc. ne effectus sacramenti impediatur ex parte penitentis. Item quod sacerdos non propria auctoritate absoluit, sed quandoque interserit eorum aliquid apponit, quod pertinet ad primam auctoritatem dei ut dicatur ego te absoluo in nomine patris et filii et spiritus sancti, vel per virtutem passionis Christi vel auctoritate dei sicut Dionisius exponit in 5º ecclesiastice ierarchie, quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi sicut in baptismo relictus est appositio relinquitur arbitrio sacerdotis, hec ille in summa, unde Johannes Gerson in tractatu suo de forma absolutionis ponit modum suum quo ipse utebatur dicens si nihil dubitat de excommunicatione contracta, dico primo per modum impetrationis que de consuetudine premittitur: Dominus noster Jesus Christus te absoluat, vel parcat tibi deus, vel dum misericordia maior est misereatur tui omnipotens deus etc. deinde subiungo cum intentione absoluendi meliori quo modo possum et secundum auctoritatem michi commissam et dico: Ego te absoluo a peccatis tuis in nomine patris et filii et spiritus sancti amen, hec ille. Dicit nichilominus sic dicit si nihil dubitat de excommunicatione contracta, quia si esset excommunicatus aut timeret de excommunicatione contracta debet primo ab excommunicatione absolui, ideo quidam semper premittunt absolutionem ab excommunicatione propter maiorem cautelam, sed quid sit de hoc reuerendum clarius patebit inferius in corollario conclusionis tertie

## Conclusio tertia

## Et si inferior sacerdos habens iurisdictionem super confitentem possit et debeat eum a casibus ad se pertinentibus absoluere Non tamen debet hoc facere sub aliqua expressa conditione, nec potest sibi superior suus hoc faciendum committere

Prima pars conclusionis relinquitur nota ex probatione 2e partis correlarii prime conclusionis et ex probatione 2e partis correlarii 2i eiusdem conclusionis. 2a vero pars conclusionis in duas partes, prima quod inferior sacerdos non debet absoluere sub aliqua conditione, 2a quod superior suus non potest sibi hoc committere sed quod conditionaliter absoluat. Prima patet sic probatur, dicit sol. in quodlibet suo q. [illegible] primo q. xxviii dicens inferior sacerdos de illis que pertinent ad se solum potest et debet absolute absoluere non sub aliqua conditione, sed de illis que pertinent ad superiorem nequaquam, ad tempus quousque absoluat eum superior non valet absolutio sicut hoc modo quia verba sacramentalia nullum effectum habent nisi sub ~~conditione~~ assertione ista et forma verborum prolata qua sunt instituta. Cum igitur verba sacramentalia sint instituta sub assertione absoluta qua dicit sacerdos in persona Christi ac si ipse diceret ego absoluo te sicut ego tingo te, nullo modo in absoluo sub quacumque conditione vel restrictione sicut et circa illa que pertinent ad se non valet absolutio talis, multo magis neque de illis que pertinent ad superiorem, hec ille. Istis dictis concordat Jo. Gerson parisiensis cancellarius in tractatu suo allegato dicens quod non debeat addi in forma absolutionis, quantum possum et [illegible] minus quantum debeo, quia sepe sacerdos non debet aut tenetur absoluere, et ita addendo distrahens non oportet addere secundum meam auctoritatem michi commissam, omnia enim talia suppressa sunt et valent per intentionem interiorem quam habet sacerdos vel habere debet volendo absoluere, unde pro regula teneatur quod forme sacramentales debent esse absolute et non conditionales, et si opponitur quod in baptismo dicimus quandoque: Si tu non es baptizatus ego baptizo te, Respondeo quod illa conditio non est hic nec tenet de ex parte forme sed solum referenda est ad explicationem intentionis quam habet sacerdos, quam intentionem ideo explicat ne videatur velle baptizare puerum iam baptizatum et ita faceret iniuriam sacramento; unde apud deum sufficeret intentio interior sine illa explicatione nisi quod ecclesia voluit fieri sic condicta hec Gerson; et per consequens ista illa sunt quod absolutio sacramentalis non debet esse condicionalis quod dicit regula iuris li. vi. actus legitimi non recipiunt diem neque conditionem, et theologi dicunt quod sacramenta nove legis consistunt quod designant sed quia conditio nihil [illegible] ideo debet [illegible] sine conditione proferri. Secundam vero partem, scilicet partis conclusionis predicte, scilicet quod superior non possit committere inferiori ut condicionaliter absolvat, probat doctor solemnis quodlibet 1 q. xxix dicens: cum enim super id quod impossibile est de se nulla sit esse potestas, et impossibile est quantum ad sacramentalem absolutionem quod illa fiat quod sub verbis absolutionis assertionis et deinde quod nullus autem potest dare potestatem ad istud faciendum super quod nulla cadere potest iurisdictio absolute dicendum quod prelatus superior non potest dare inferiori potestatem absolvendi sub illa forma hec ille. Sed forte opponeret quis contra predicta primo sic videtur quod inferior sacerdos possit condicionaliter absolvere, quia potest dicere sic confitenti in casibus episcopalibus vel papalibus: ego non absolvam te nisi sub ista conditione quod volueris te presentare superiori autem, vel ego non absolvam te nisi volueris te emendare etc. Respondetur quod in forma absolutionis non debet includi conditio, potest tamen sacerdos exprimere suam intentionem condicionalem sicut patet in articulo adducto. Sed non debet conditionem trahere ad formam absolutionis, unde non valeret si diceret: ego absolvo te a peccatis tuis nisi iure fueris ad episcopum vel papam, neque valeret dicere: ego absolvo te nisi emendaveris te. Sed sufficit sibi dicere ante absolutionem quod auctoritas superioris sit requirenda in casibus reservatis, et quod sit emendandum, quia si videt quod se velle ista cum admonitione debet sinare procedendum est ad absolutionem sacramentalem. Secundo posset quis opponere de superiori prelato quod ille possit committere potestatem conditionalem inferiori, quia potest dicere: do tibi potestatem absolvendi nisi absolveris [illegible]. Respondet doctor solemnis ubi supra dicens: si conditio claudatur in absolutionis forma, dicendum quod superior prelatus non potest committere potestatem conditionalem absolvendi, cum in forma nihil mutari possit, que absoluta et firma est. Si autem conditio aliter se habuerit, et non repugnat commissioni seu absolutioni tunc potest, ut do tibi potestatem absolvendi cum absolveris [illegible], dico nomine si non repugnat, quia si diceret: do tibi potestatem absolvendi hac conditione ut cum redieris iterum a me audiaris et absolvaris, quia continue si primus sit sacerdos commissio et vicarius illius absolvat vel non, si primum non erit nomine secunde confessionis, si secundum nulla est commissio hec ille.

Correl. primum

## Excommunicatus maiori sive minori excommunicatione non potest absolvi a peccatis suis sacramentaliter, nisi prius fuerit absolutus ab excommunicatione seu excommunicationibus rite et legaliter

## ARTICULUS TERCIUS

Restat ad articulum tercium qui erat de prothoplasto pro statu innocencie productionem sive propagacionem. Considerandum est secundum doctorem in secundo sententiarum distinctione ultima quod triplex distinguitur status hominis scilicet status nature integre sive institute, nature lapse et nature consummate. Status nature integre fuit status innocencie in quo creatus fuit primus homo ut dictum est de terra rubea in agro damasceno et deformatus [illegible] in domo originalis iusticie sibi gracie collate, in quo sensus obediebant rationi, ratioque subiecta erat deo, et fuit status ille valde brevis, ut enim dicit magister in scolastica historia quidam dicunt adam solum fuisse ad vi horas in paradiso. Status nature lapse incepit a transgressione ade [illegible] et durabit usque in finem mundi et subdividitur in tres alios status. Primus status dicitur status legis nature. In eo enim vivebant homines secundum dictamen rationis naturalis sine obligatione preceptorum specialium [illegible] sub dictamine rationis, de quo apostolus ad romanos ii: gentes que legem non habent ea que legis sunt faciunt. Secundus dicitur status legis scripte, in eo enim homines ultra statum [illegible] ad deum tenebantur se conformare preceptis a deo datis immediate vel ab homine [illegible]. Iste autem status fuit a tempore moysi usque ad adventum christi, quo tercius incipit status dictus legis evangelice sive gracie in quo homines tenebantur vivere secundum precepta evangelii, dictus status gracie non quod in aliis non fuerit collata gracia, sed quia non ita copiose et habundanter. Status vero nature consummate erit et post generalem resurrectionem in patria celesti; in eo enim natura perfecte consummabitur et glorificabitur, unde status nature consummate appellatur

**Si homo in paradiso voluptatis in innocencie statu perseverasset**
**Non nunquam ut nunc genitalium usu membrorum prolem propagasset**

Veritatem huius conclusionis attestatur sacra scriptura. Racio etiam vero hoc confirmat. Dicitur enim per statum innocencie gen̄ p̄mo masculum et feminam creauit eos benedixitq; illis deus et ait Crescite et multiplicamini et replete terram et gen̄ ij non est bonum inquit deus hominem esse solum faciamus ei adiutorium simile sibi / cum ergo tale non possit intelligi de adiutorio laboris nec quod aut primum nullus fuit labor / tum et quia si fuisset labor pro illo adiutorio plus profuisset creasse secundum virum vir ut textus ille intelligendus de adiutorio in propagatione prolis Racio etiam recte hoc consonat / eo namque dictat potentia generandi spectat ad complexionem terre / essencialem vero generacionem ad complementum et perfectionem eius pertinere / et quod in statu innocentie natura perfectior erat quam in statu isto / et si homo stetisset supra omnes [illegible] proxime a [illegible] secundum fecunditatem fuisset ponendum igitur est quod homo in statu innocentie generare potuit et genuisset / vnde et aug. super gen. ad litteram [illegible] li. ix di. xx. c. v. Cur inquit non credamus primos homines ante peccatum genitalibus membris et ad procreationem imperare potuisse / sicut ceteris in quolibet opere sine voluptatis pruritu vitium. Et post pauca cum ipsi quidem de paradiso convenirent et genuerint / sed potuerunt in paradiso eius esse imperio honorabiles sine ardore libidinis sine labore pariendi / Idem quod libro xxiiij de ci. de. in principio Seminaret igitur [illegible] plenum vir suscipiet femina genitalibus membris quod id operis esset et quantum opus esset voluntate motis non libidine concitatis quando ergo etc.

Si homo in paradiso voluptatis in innocentie statu perseuerasset
Non minus ut nunc genitalium usu membrorum prolem propagasset
Et prolis propagacio ad numerum electorum sanctissime ciuitatis complendum et si suffecisset
In pluribus tamen ab ea que nunc cernitur prolificacione distrepando defecisset

Prima pars huius textus est ad mentem aug. li. xiiij de ciui. dei c. xxiij cuius hec sunt verba / quisquis dicit non coituros nec genituros nisi peccassent quid aliud dicit nisi quod propter hominis peccatum sanctorum necessarium hominis fuisse peccatum / et paucis interpositis illud inquit potius est credendum quod sanctorum numerus quantus complendus illius sufficisset sanctissime ciuitatis tantus existeret / et si nemo peccasset quantus nunc per dei graciam de multitudine colligitur peccatorum quousque filii seculi huius generant et generantur et ideo ille imperio digne felicitatis paradisi si peccatum non fuisset et diligendam prolem gignerent et pudendam libidinem non haberent.

Secunda pars textus probatur quia plura nunc in propagatione et secundum corrupcionem sunt que pro tunc non fuissent modo enim in corrupcione est delectationis intensio / est et integritatis violacio / nec est in quolibet commixtione prolis generacio / non est denique equalis virorum et mulierum multiplicacio / Hec omnia ad sensum et experientiam plana et manifesta sunt. Econtrario autem pro statu innocentie fuisset delectationis moderacio integritatis violacio in qualibet prolis generacio / equalis virorum et mulierum multiplicacio / quantum ad primum sunt qui dixerunt quod tanta vel maior erat delectacio tunc quam nunc / non tamen erat immoderata / tanta erat magis propter naturalem virtutis perfectionem / immoderata non erat quia [illegible] inferiorum virium subiacebat / Non enim ducebatur illi delectacione, et ea afficiebatur in suum finem / neque non absorbebat / Secundum autem et si probabile sit est aliud dicendi modus concordans magis verbis aug. quod videlicet in delectacione seminis et commixtione secundum tempore non instante aliquid fuisset delectacionis, moderata tamen et imperata secundum quod exigebat hominis rectitudo / et secundum quod volebat ea spirare eo hominis / non igitur erat tam grandia sicut modo, nunc enim quod virtus illa maxime exiuit racionis imperium dum eo amisit / originalem iusticiam ordinem et dominationem per quod imperabat viribus inferioribus Idcirco lapsatio habens toto impetu et conatu se proripit in delectabile sibi oblatum non propter intensionem virtutis mouentis, sed propter defectum virtutis retardantis / vnde sicut equus lasciuus rupto freno velocius currit, et impetuosius quam cum inferiant et detinebatur a suo sessore, licet non habeat maiorem virtutem, sic et in proposito intelligendum est sicut hic / Et hoc est quod dicit aug. imperio ille digne felicitatis paradisi si peccatum non fuisset et diligendam prolem gignerent, et pudendam libidinem non haberent. Secundo ut dixi in secundum commixtionem ~~non~~ est integritatis corrupcio seu violacio, hec autem pro tunc non fuisset vnde d. aug. et assumit magister in ij. dist. xx. Genuissent itaque filios in paradiso per coitum immaculatum sine corrupcione sed xiiij de ciui dei li. Sine vlla corrupcione integritatis infunderetur maritus ~~in gremium~~ gremio vxoris hoc autem quod non intellexerint .. vi. Et si nulla pruriret nisi vnius esset viri ad mulierem coitus generatiuo / Corrupcio ita quod integritatis corrupcio tria dicit scilicet claustrorum apercionem penalem passionem et fedam delectacionem primum est nature secundum pene, tercium vero est corrupcionis viciose quod medium tenet inter culpam et penam

Si igitur vir cognovisset uxorem pro tempore nature institute fuisset ibi claustrorum apertio. Non
autem fuisset ibi penalis passio, nec feda delectatio, quia vis generativa nec esset corrupta ymmo obe-
diret totaliter illa membra ut inquit bonus Aug. sicut obediunt nos manus et lingua, sic namque
aperiuntur manus et clauduntur, os quoque aperitur et clauditur, nec est ibi passio vel pena nec delectatio feda
sic fuisset pro tempore nature institute, unde nec turpius fuisset tunc loqui de istis membris quam sit
loqui de aliis, nunc vero tempore est de eis loqui nisi honeste et verecunde cum illud ratione se-
dictus que in illo consistit. ¶ Dixi 3º quod tunc in qualibet commixtione non est plus generatio
commixtio autem fuisset pro statu innocentie, unde in eo statu in qualibet viri et mulieris commixtione
fuisset prolis generatio. Hoc enim congruentia ordinis exigebat, et perfectio virtutis ad hoc sufficiebat
Exigebat namque hoc duplex ordinis congruentia, scilicet virtutis generative ad rationem et virtutisque ad suum
finem, vis enim generativa ordinem habebat ad rationem, ordinem namque perfecte subiectionis et ideo
in actum non exibat, nisi secundum quod ratio dictabat, ratio autem recta dictat non esse utendum aliqui-
re nisi ad id propter quod est. Et quia vis generativa data fuit homini ad prolis multiplicationem
ideo recta ratio numquam dictaret, ut vis generativa unquam in actum exiret nisi propter prolis generationem
Dictum congruentia ordinis exigebat, perfectio autem virtutis aderat, que ad hoc sufficiebat
quia enim vis generativa in viro ad generandum erat potens et sufficiens, nec habebat impedi-
mentum in muliere pro suo loco et tempore ideo, ideo cum ordinate cognosceret vir uxorem semper
ex ea prolem susciperet, propter exigentiam duplicis ordinis, et sufficientiam duplicis virtutis
scilicet generantis et concipientis ut dictum est. ¶ Dixi quarto, quod tunc equalis non esset virorum
et mulierum multiplicatio, commixtio autem tunc fuisset, unde cum dispositio septem esset propter multiplica-
tionem generis humani, et complendum numerum electorum, illa quoque multiplicatio ad omnes spectaret et hoc
solum secundum legem matrimonii in qua cum una unus erat unitus est si homo stetisset tot fuisse mu-
lieres quot viros cum nulla mulier careret viro et nullus vir careret uxore, nec una esset
plurium, nec plures unius etc.

Problema primum

## Cur homini baptizato non redditur originalis iusticia

Cum tamen culpa primarius sit ablata, originalis scilicet culpa. Ad solutionem istius problematis
sciendum quod iusticia originalis in primo parente, fuit quedam concreata rectitudo, aut consonantia
equitas seu iusta subiectio corporis ad animam vivificantem, et sensualitatis ad rationem, et mentis libere
ad deum, dico corporis ad animam, quia propter enim iusticiam originalem, corpus non fuisset morbidum ex aliqua
indispositione aut impressione, nec putrefactibile, nec per aliquid extrinsecum aptum ledi, non delectabile
nec mortale. Et dico sensualitatis ad rationem, quia desideria carnis fuissent conformia desideriis spiritus
dico libere mentis ad deum quia ipsa nulla inclinatione difficultate aut errore fuisset a deo aversa
hoc est quod alii sic dicunt iusticia originalis in primo parente, fuit donum quoddam a deo creatum et primo
parenti donatum quo erat debite subiecta deo, et sensualitas rationi, et corpus anime. ¶ Sed inveni
dubium de isto dono, utrum fuerit subiective in anima tantum vel in corpore vel in utroque simul, quia enim potentie
sensitive moventur valide passio obiectis et delectatione communi ex parte nature et parte dispositionis nec
poterat etiam prorumpere ab obiectis amenis non solum in voluntate verum etiam in qualibet potentia
sensitiva creata erat quedam qualitas qua mediante ipsa potentia sensitiva nata erat sine
dispositione moveri a suo obiecto hec autem qualitas erat sibi superaddita data, non tamen dicebatur iusticia
originalis, sed solum illa que erat in voluntate, unde secundum sic dicentes iusticia originalis erat habitus
quidam in voluntate concreatus per quem tamquam per formam voluntas ipsa iuste regebat
seu regulabat corpus in ordine ad animam vivificantem, et sensitivas vires ad rationem et se ipsam
ad deum. Verum mihi apparet videtur, quod sicut in homine virtutes generaliter habitus virtutis sunt in anima
et quidam habitus virtutis in corpore et appetitu sensitivo, sic convenienter dici potest deum creasse habi-
tuale donum in anima aliud in corpore et tertium in appetitu sensitivo, quorum quodlibet et omnia

simul dici potest et pro iustitia originali, fuit autem hoc donum primo parenti datum hoc modo
quod si ipsum conservaret non transgrediendo mandatum dei ipse et tota posteritas sua hoc
donum utique possessura esset habitura. Cum ergo adam sciret hoc donum se eo obtinuisse
modo obligabatur pro se et omnibus posteris suis ad ipsum custodiendum. Sed quod tenebatur ipse sibi
et omnibus posteris hoc donum amisit. Caruit ergo adam post lapsum iustitia originali carent
antea(?) et carent hodie carebuntque pro futuro omnes posteri hys dictis exceptis quos divina
inspiratio [illegible] committendos. Peccatum originale est carentia iustitie originalis in nobis debite a primo
parente accepte et ex ipsius crimine deperdite, cui carentie obligatio ad penam dampni dimittitur
ex primi crimine transgressione parentis. Dico primo carentiam, quod pro genere ponitur, et dicit
negationem cum debito habendi id quod negatur. Unde si aliquis in puris naturalibus produceretur licet
non haberet originalem iustitiam, non tamen diceretur ipsa carere quia ad ipsam non haberet debitum quo
modo nos habemus. Nobis enim debita est eo quod pro nobis a primo parente accepta. Unde etiam additur
in descriptione iustitie originalis debite inesse. Licet enim homo post baptismum non habeat ori-
ginalem iustitiam, non tamen propter hoc est in originali peccato, quia tunc non est debitor illius
nec obligatus est plus ad eam habendam, additur quare tamen quare non continuimus originalem iustitiam
Unde additur ex ipsius primi parentis crimine deperdite. Ipse enim eam per suam
actualem culpam deperdidit, ipsam in posteros transfundere non potuit, sicut quos propagando
transfudisset si in statu innocentie permansisset. Dicitur quod cui carentie pena dampni dimittitur ex
primi criminis transgressione parentis, per hoc enim differt a peccato mortali et veniali. Differt
enim quod peccato mortali debetur pena non solum dampni sed etiam sensus, veniali autem peccato
carentie non pena dampni que est perpetua carentia visionis dei sed potius aliqua pena temporalis.
Premissa itaque descriptione quod aliquid existimo sit intelligi dupliciter formaliter ut si rapuisti mihi
florenum restituam tibi florenum. Sed equivalenter ut si rapuisti mihi florenum restituam tibi librum tantundem
valentem. Dico quod privatio alicuius rei potest tolli formaliter restitutione eiusdem rei que est privatio
potest nequaquam absque rei restitutione privatio eiusdem fieri non privatio quia forma non debita. Si
enim auferrem alicui librum suum, contingit quod liber esset sibi debitus illo privatus esset.
Si vero aut restitutionem daret mihi, aut ego aliud sibi redderem pro ipso libro quod tantum
valeret, amplius liber non esset sibi debitus, nec amplius eo privatus esset licet eo careret
nec tamen esset sibi liber restitutus. Sic ad propositum dico quod et si per baptismum formaliter non restituatur
originalis iustitia, per ipsum tamen restituitur equivalenter immo eminenter. Gratia enim baptis-
malis donum est multo excellentius et melius quam fuerat originalis iustitia. Licet enim primi parentes
per originalem iustitiam stare potuerunt, per ipsam tamen proficere non poterant ad meritum
vite eterne, hoc ipsum autem per gratiam possumus, potuissent hoc et ipsi per [illegible] dicit [illegible]
in 2° dist. xxiiij. Non oportet semper privationem tolli per habitum sibi formaliter oppositum
sufficit enim id fieri per equivalens et virtute supplens, illud quod etiam tollit repugnans illi
privationi et si non formaliter et directe. Si enim ceco conferret aliquis supplens vicem visionis
sine potentia visiva, per illud cecitas excluderetur a ceco ac si eidem conferret potentiam visivam.
Et si quis obiciat iustitia originalis excludit rebellionem a carne, que autem per baptismum non
aufertur, sequitur ergo videtur quod per gratiam infusam non fit plena remissio peccati originalis. Non
enim plene tollitur seu dimittitur privatio nisi id quod est privatum restituatur in se vel in sibi
equivalentem. Iustitia autem originalis non restituitur in se ut notum est, nec in sibi equivalentem,
nam gratia non equivalet originali iustitie. Originalis enim iustitia cohibuit omnes inferiores
vires ab illicitis motibus, superioresque in ordine ad deum ordinavit. Sed autem gratia non facit

vel saltem non ita perfecte, ad hoc dicitur quod etsi gratia non excludit rebellionem et viciorum tamen sequitur quod non sit donum equivalens vel excellencius originali iusticia, quamvis per eam non equivalenter restituatur originalis iusticia, nec enim oportet cum destitutum originali iusticia per equivalencia sic eo ipso restituantur omnia que erant sibi annexa puta immortalitas, impassibilitas, rerum tranquillitas et cetera nam sunt hominis penales condiciones ad debitam humiliacionem et exercitium et ad augmentum meritorum. Ad hoc problema iuxta argumentacionem contra possum nam quamvis sit originale per baptismum non tollitur plene peccatum originale, non enim fit plena privacio oblata, nisi per oppositum destitucionem, sed peccatum originale opponitur iusticie originali, sed ergo per baptismum non destituta iusticia originalis ut ex gratia per ipsum non tollitur iusticia originalis, a simili enim si aliquis esset eterna iniuria ab eo tollere privacionem sine reditus iusticie per restitucionem visionis.

**Cum lex evangelica iugum suave onusque leve a xpo dicatur**
**Cum tamen discipulis retro abeuntibus sermo durissimus videbatur**

Dico de verbis xpi Mathei xi dubium non est quin verissima sint unde glossa super illo 1 Joh. v. mandata enim gratia non sunt dignum enim inquit dei suave et onus eius leve, que namque natura sui dura sunt et aspera, amor dei et spes fiunt faciunt levia, si quis gratiam esse dicat perfectionem suam accipit, quod forti sunt levia. Cur autem quidam ex discipulis non ex .xii. nec ex .lxxii., sed quod alios quibusdam ob doctrinam suam eum sequentibus retro abierunt, videtur non abisse eos retro propter iugi aut oneris xpi sive legis eius gravitatem aut impossibilitatem sed quia verba xpi non intelligentes scandalizabantur, ut quod dixit de celo sum descendi ipse carnem suam dabit manducare quod suum potum ad vitam obtinendam eternam. Propter hoc sermo dicitur esse durus dicentes durus est hic sermo, sicut enim in corporalibus durum dicitur dupliciter quod tangat aliquid durum aut quod non facile penetrabile, aut quod tactum resistit, sic similiter in spiritualibus durum dicitur vel quod ab intellectu non penetratur, vel quod displicet voluntati, utroque autem modo sermo xpi eis durus erat, quia nec ipsum intelligebant, displicebat insuper eis xpm tamen de se dixisse unde et dicebant quomodo potest audire eum q. d. blasphemia est unde et dicentes nolentes audire eum retro abierunt et cetera.

Sequitur ex tract. magistri Gerhardi de Dandria de commendatione presbyterorum et eorum concubinariis

Iterum et allocutus ~~vos~~ dilectissimos dominos e fornicatoribus presbyteris vitandis et congredis
desidero ut nullus me sic accipiat quod presbyteros non diligerem aut non honorarem sicut
presbyteri fornicatores duo sunt verba presbyterum honoro fornicatorem odio O dilectissimi quanto presbyteri pre
nobiliores tanto eorum fornicationes turpiores / O vere honorandi presbyteri magna est vestra sublimitas
de quibus beatus Bernardus hic ad quendam sacerdotem sic ait Omnes sancti beatorum spirituum ordines quamvis
tanto honore prefulgeant / quamvis tam perfundantur beatitudine / ut nichil eis desit a summa felicitate
gloriam tamen sacerdotis reverentur / angelicam dignitatem cedunt presbyterio honoram dignitatem Et paulo
ante sic ait Ubique quisque eorum ordo eius rei consentire nolet quod corpus Christi accepit in munere / non tamen hoc
presbyterio presentent / ut corpus et sanguinem redemptionis nostre in sibi sancta creata sanctificat hic Bernardus
O quid potentius et honorificentius quam in speciale creaturam et consecrare in creatore / quod tenere
manibus carnalibus et intellectualibus tractare quod aliis communicare et largiri quod ipsum manu
in corpus et sanguinem tractare Quid mirabilius quam ex potestate proprie corpus verum hoc prestare et
super corpus misticum / quod solvere in terris et celum aperire / quod ligare in terris et celum claudere
O genus electum regale sacerdotium populus acquisitionis / vos vocavit deus in admirabile misterium
vos estis lux mundi / vos estis sal terre / vos estis organum et vox spiritus sancti etc. vos estis celestes clavi
geri quia lingue vestre claves celi facte sunt / vos estis veri pincerne sanguinis mistorum populo et salvatorum
vos estis thesaurarii ecclesie / nemo thesaurorum ecclesie et indulgentiarum spiritualium dispensatores vos
estis mediatores inter deum et homines offerentes deo oraciones populi / et populo repropitiacionem referentes vos estis
qui diligitis Christum plus aliis vos vere pastores gregem Christi verbo et exemplo sitis sacerdotes
qui sacra docentes sedentes in Christi cathedra et pronetes alimentum labia enim sacerdotis custodiunt scientiam
et legem requirent ex ore eius quia angelus domini exercituum est Malachiae ii capitulo Inde domini sacerdotes et
duces populi qui ad sacra ducentes et sacri ductores vos presbyteri id est pre aliis iuncti / et aliis vere positi
per invisibilem gratiam ad infinitam gloriam / vos Christi cubicularii Cancellarii et Secretarii et principes
populi / vos estis primogeniti ex omni tribu Israel primicie admodum levitarum Qui vos tangit tangit
pupillam oculi mei ait dominus Zachariae ii capitulo et rursus in psalmo C iiii Nolite tangere christos meos
Arma vero divinis caracteribus mirabiliter insignita per sacros ordines quibus tamen et Christus charactere
consignata / igitur potentes inde sacerdotes quasi sancte dotati / vel sacri dotes Caput vestrum corona
corona prefulget aptam mirandis supremam racionem que caput est ave corona aurea expressa signo
sanctitatis coronati / et si potentiam attendis / nonne potentior est presbyter quam presbyter quam presbyter Si dignitatem
maximam consecratam prependis nonne beatus Franciscus dicere solebat / quod si beatus Laurencius et quis presbyter
sibi obviaret / vellet ut Laurencius expectaret / donec prius manus presbyteri honoraret etc.

Notorius fornicator per evidentiam facti que nulla tergiversatione celari potest eo ipso quo fornicatio
sua est notoria est suspensus quo ad se / et quo ad alios / et ideo eius missa et eius divina debent
evitari / unde gratia sancti quod sacra ecclesiastica ab eo sumi non debent nisi in casu necessitatis et per deum in c
vestra extra de coha. cle. et mul. ubi dicitur Sine dubio teneas quod a clericis et a presbyteris quamquam fornicantes
quamdiu tollerantur ~~ab ecclesia~~ nec hoc operis evidentia / licite divina audiantur et alia accipiantur sacra ecclesiastica
Igitur a contrario sensu / si vel non tolerantur ab ecclesia vel evidentia operis hoc / nec licite divina audiantur
nec licite sacra ecclesiastica accipiantur 2o probatur determinatione per c quesitum in e ti quo post questionem aliorum
determinat beatus Gregorius ix quod fornicator aut alius peccator non dicitur in essentia divinis evitari / quia non est
suspensus quo ad alios / nisi sit notorium per sententiam aut confessionem factam in iure / aut per
evidentiam rei que tergiversatione aliqua celari non possit Ergo si per talem evidentiam notorium
fuit est suspensus quo ad alios / et dicitur in divinis evitanda quia exceptiva negativa supponit exprimit
et declarat suam partem exceptivam / et ista decretalis est determinatio diffinitiva / et vestri verbi quibus
moderna nostra utimur in hac materia / scilicet notorio temporis distinctio et suspensionem quo ad alios et
determinat in ea Gregorius quod dubia ambiguitatis dicit precedentium / Nam quamquam qualis et sine hac distin
ctione Nicolaus / Alexander / Leo / Gregorius / Urbanus secundus et sancta synodus hoc prohibebant ut xxxii dist.
c. nullus et c preter hoc verum / que / c. quo ad notorios fornicatores omnino in suo vigore permanserit
dictum ii prohibitum mandandum et preceptum sub excommunicatione / ne quis missam presbyteri audiat quem
indubitanter scimus hic concubinam / aut sub introductam mulierem et in hoc verum dicitur sancti

(notoria sunt supra

145

suspectam a talibus fornicatoribus a sacris canonibus vehementer esse prohibitam Et quamvis vera sint illorum sacramenta tamen ab eis sumi non deberent unde Gregorius scribit Radulpho et Bertulfo ducibus ut officium seniorum et in fornicatione iacentium sicut nullo modo recipiant / et apud patres priores multo strictius et vehementius excludebantur fornicatores quam dictum meum sonat et quod non solum decre. pred. que distinguunt utrum enim clericorum quod dicitur c. nullus et preter legitur indistincte de fornicatoribus de quibus quamvis indubitanter sciunt quod concubinas habuerint sive fuerint notorii sive non Et ergo postea doctores scribentes super d. decr. dubitaverunt an monitio debeat precedere vel non tamen in // distincte plana fuit sententia sed dubitaverunt fere quod quidam dicebant monitionem precedere debere quidam vero contrarium / quam dubitationem Gregorius IX distinguendo de notorio et non notorio per c. quam tum determinationem ut inferius distinguendo / non expresse aliquem post ipsam Gregorius contrarium asserere Pro quorum omni clara veritate habenda necesse est distinguere tempora ut concordentur iura et doctores qui secundum sua tempora rationabiliter sunt loquuti aut opinati Incipiendo ergo a compositione libri decretorum qui factus fuit anno domini M° c l. vii secundum Hugonem et Bernardum ii q. vii c. non solent de forma appellationum Et a compositione libri decretorum usque ad Gregorium IX qui incepit anno domini M° cc° xxvii secundum Cronica Martini fuerunt anni lxxii Iste fuit Gregorius qui misit quinque libros decretalium antiquos per fratrem Raymundum ordinis predicatorum compilatos sunt / et que in eisdem decretalibus in quibus et secundum successivis temporibus diversorum pontificum et conciliorum constitutionem ordinavit Ideo ipsius Gregorii decretales et constitutiones eisdem libris semper in fine titulorum postponuntur / et precedentium constitutiones sunt interpretative corrective et declarative quia ut novissima iura semper corrigunt precedentia iura si eis contraria inveniantur / et ideo constat quod fuit omnium doctorum diversa sententia de hac materia sunt per ipsum Gregorium in quibus tamen decisis exclusa et absorpta et aliquo cluse per litteram iii in c. vestra qui incepit anno domini M° c° lxxxix si non ita clare ut verba verbo hoc suspensio quo ad alios nec ibi distinctionem notoriorum / ut expressit qualiter debeat esse evidens que nulla tergiversatione possit celari Ideo plene Gregorius per predictum c. quantum determinavit ita ut de cetero non sit dubium Exclusi ergo sunt omnino manifestissime omnium glossatorum opiniones qui dicunt ante ipsum Gregorium glosavit contrarium decisionem Gregorii opinationem utpote Hugonem Laurentium et Johannes sive Berengarius qui dixerunt monitionem debere precedere Et si quis bene perpenderet dictam eorum non intelligentia decisionem Gregorii contraria sed per Gregorium predecessoribus determinata fuerunt sed non tamen reputaret quilibet qui se tamen suspectam mulierem haberet in domo et in mensa fornicatorem vitandum qui adhuc secundum suam medicinam / monendus est antequam vitandus / nisi clariorem facti haberent evidentiam que nulla posset tergiversatione celari Secundum ipsos enim videbatur quod periculosum esset indistincte quoslibet fornicatores vitari in publico, de quo forte in occulto indubitanter aut mediante duorum vel trium testimonio aliqui constaret / et ideo monitionem precedere / prout adhuc in libris eorum apparuerat Sed ubi omnia distincta sunt / unde dicta c. xxxii dis. nullus et preter et c. vestra / quo ad notorios fornicatores per evidentiam que nulla tergiversatione ~~[illegible]~~ velari possit mature late sunt et ipsi vigore ut sine monitione necessaria precedente quamvis tales vitandi sunt Sed quo ad alios pene occultos aut diffamatos / de quibus non aliqui indubitanter constat secundum sententiam Hugonem Joh et Laur vi antequam illi fuerint eos in publico vitari / oporteat monitionem precedere et hanc monitionem secundum Hugonem ut dicit Joh in c. nullus / alius quilibet facere potuit qui volebat eum vitare Et idem dicitur archid. in c. vestra in fine / et nullo ex hoc / Ipsa ista non advertentes hesitaverunt in predictis doctores variis modis glosare visi sunt / unde Joh. Andree quatuor modis sub distinctione mittit eos glosare in c. vestra predicto, non advertens distinctionem temporum, et eos probabiliter dixisse in eorum tempore / licet et tunc aliqui contrarium senserunt Sed adhuc non est quod illi canones prout tamen erat antiquitus erant late sunt ante Hugonem et Berengarium prout nota in c. nullus predicto per Bernardum Bereng. sic dixisse et hoc tunc quando vigore disciplinae acrius in ecclesia viguit / que proh dolor in multis hominum urgentibus malitiis lapsa est et ipse c. in hac parte ad notorios dumtaxat fornicatores quo ad latam sententiam / et quo ad vitandum sine monitione vitandi eos pendentes extensa per Gregorium IX ubi dicit per minorem evidentiam distinguunt ipse quibus tempora etc. in hac parte sunt mutata / unde in annis M° lxxxii qui erant a compositione libri decretorum usque ad Gregorium / fuere

doct. pro et contra. Et sicut non faciunt contra nos, nec tamen precedere decisionem contrarium sentiunt. Sic
mediocriter faciunt pro nobis qui ad ipsum pertinet nobiscum sentiunt. Nam a tempore Gregorii ix usque ad tempus
Innocentii iiij fuerunt anni xviij, qui suo tempore censuras suspensionis etc. fecit rigidiores
et penas quas decessores patres solebant cum antiquiora iura ad suspensos extendit in irregularitatem
si ministrarent in ordine suo, et similiter posuit li. vi c. cum eterni de sen. ex. et c. cum medicinalis
eo. ti. li. vi et ista durant c. eorum dum excommunicationum ad compositionem li. vi, et per Bernh., Innocentium et Hostiensem
sunt glosata qui li. vi non viderunt. A primo autem anno Innocentii iiij usque ad tempus Bonifacii
quo vi composita fuerunt anni fere liij, et statim post vi fere annis supervenit dominus Clemens
Clementinarum compilator. Revertitur igitur doctoribus ante decretalium et Gregorii [illegible] propinquis decima-
simas doct. suscipienda a tempore Gregorii ix, quorum primus fuit Raymundus antiquarum decretalium compilator
qui dicit notorium fornicatorem suspensum et vitandum li. iij ti. xxxix que pena. Idem glosa-
tor suus ~~Raymundus antiquarum decretalium~~ Wilhelmo ibidem. 3o idem dicit confirmator illorum
Monaldus in summa sua in v° suspensio circa medium. 4o idem Goffredus in summa li. iij in
ti. de cohab. clericorum et mul. § pena et § in summa. Bartholomeus Brixiensis ordinarius glosator
decreti xxxij di. c. nullus excludens opinionem Hug. per c. quesitum. Isti fuerunt ante tempus Innocentii.
A tempore autem Innocentii iiij et rigore suspensionis augmentato usque ad compositionem vi fuerunt
etiam quidam solemnes doctores qui dictum c. cum eterni et cum medicinalis omnis secundum decisionem
Gregorii et iuram postea idem senserunt Bernh., Innocentius, Hostiensis, Speculator et Joh. in summa
confessorum. Unde vi doctor c. Bernh. in glo. finali c. quesitum dicens licet aliquis sit criminosus
non tamen in officiis evitari nisi incepto suspensus sit quod de hoc sit condemnatus vel in iudicio confessus
aut evidentia rei sit factum notorium. Idem etiam dicit in c. vestra in fine quod talium officia sunt contempnenda.
Innocentius c. vestra qui etiam dicit notorium fornicatorem suspensum et evitari debere clericis in multis
locis in c. vestra extra de coha. cle. et mul. dicit quod fornicatores notorii suspensi sunt ipso iure, et c.
ti. in c. preter de notoriis fornicatoribus sic autem etiam non solum a missa sed ab aliis officiis mo-
rabus lxxxi di. c. si qui sunt et xxxij di. c. preter, et quamvis iura dicunt ipsos suspensos ipso
iure quod sunt publici. Hostiensis in summa li. iij de coh. cle. et mul. § v et § si. et in glo. super c. que-
situm et in c. vestra nos. Et Wilhelmus qui dicitur Speculator in repertorio [illegible] suspensos ipso iure
prob. ti. de sen. ex. in Sexto. Similiter in speculo ti. delegato § vi propositio et alibi in suo notorios
fornicatores fore suspensos. Idem dicit Joh. in summa confessorum li. iij ti. xxx de scandalo et
[illegible] q. xij et ti. xxix q. v. in fine et in eodem q. dicit irregularem si suspensus celebraverit.
Isti quidem doct. fuerunt ante compositionem li. vi primus. Deinde venerunt quidam alii doct. scilicet super
li. vi et Clem. quorum primus super vi scilicet Jo. an., Jo. monachus, alias apparatus Cardinalis Ar-
chidiaconus et tres super Clem. scilicet idem Jo. an., Genzelinus et Guilhelmus de Montelauduno. Joh.
an. in novell. in c. quesitum et c. vestra de cohab. cle. et mul., idem in novell. super vi in c. cum medi-
cinalis et Car. in eo c. Item Henricus Boic in suo [illegible] dist. ij c. vestra de coha. cle. et mul. dicit quod notorius
fornicator ipso facto patitur penam et nihilominus est suspensus ab officio. Item Bartholomeus [illegible] dicit
in [illegible] in v° fornicator § ij et in v° clericus ubi irregularem eum dicit. Idem dicit Vincentius in
dictis c. vestra et quesitum, nec monitionem non oportere precedere. Circa hanc materiam vide doct. 150 super
ti. iiij [illegible] et magistrum Thomam [illegible] de vitandis v. [illegible] iiij dist. [illegible] de ministro
ministrante et in quodlibeto xij q. viij. Hi unanimiter concordant. Solus Archidiaconus [illegible] concordat dicens nolle
fornicatorem ipso iure suspensum. Unde in c. preter xxxij dist. dicit quod per [illegible] hic c. [illegible]
sive quo ad suspensionem ipso iure [illegible] suspendit et [illegible] suam suspensionem [illegible] c. di. § viij
abbas in d. c. quesitum et vestra sentit. Illud vero quod Archidiaconus xxxij dist. c. nullus in glosa si. ponit
d. dicit secundum opinionem Laurentii debere monitionem precedere. Nam idem Laurentius dicit: Notorium fornicatorem
suspensum a canone secundum aliquos in § vero que opinio Laurentii per constitutionem Gregorii ix in c. quesitum
omnino evacuata est et elisa ut supra dixi; aliud erat tempore Laurentii et aliud nunc quod nunc mediata et certe
diffinita sunt. Petrus monachus qui scribit notorii fornicatoris missam audierit vide
Bernhardum quodlibet xi ar. viij, et hoc ideo quia ad [illegible] peccatorum [illegible] in causa [illegible] per verba in
§ verum dist. 32. Sancta synodus sub excommunicatione hoc statuit et mandando precepit ut nullus eorum
divina audiat d. c. nullus et preter 32 dist. Ad nonne voluntarie [illegible] et a proposito transeam

vide Innocentium in c. unico de voto li. vi qui [illegible] determinavit

hoc fuit [illegible]
li. vi

Archidiaconus fuit locutus secundum verba Laurentii in-
tentionem, sed omnis loquitur ex [illegible]
[illegible] dicit eos suspensos. Et doct.
Laurentii non dicunt pro ipso monitionem debere
precedere

propter quod mortale est / non enim genere suo transgressio statuti stat absque contemptu ideo mortale videtur quando enim integrum manet et illesum in ecclesia / statutum ac hoc preceptum tam aptum a tantis patribus et tantis temporibus confirmatum et constitutum / possit quis sua voluntate transgredi et maxime illud preceptum quod ex divinis et naturalibus legibus trahit originem / Item debitum contemptum non solum quia medicinam malicie contemnentium debitam non exhibent contemptui / et inter quamvis transgressi fuerant precepta ecclesie quibus observantur huiusmodi notorii fornicatores confundentur et convertentur ad deum / unde et scandalum minuetur / hii videntur coadiutores et fautores peccatorum et malorum sequendum et scandalizari / isti forte talem occasionem confirmat (?) et exempla prelati faciliter scilicet ecclesie non docentur / Si ergo laici tam grave peccatum audirent missam notoriorum fornicatorum et sacra eorum acciperent / quanto magis presunt clerici et prelati divinis se immiscent / Item eos coadiuvando adhortando et defendendo / vide glossam finalem in glo. c. cum medicinalis extra de sen. ex. et alios hostiensem Jo. an. speculatorem quod quo ad exceptionem divinorum non est differentia inter excommunicatos et suspensos quia ipsi et illi excluduntur a divinis Et eodem modo sunt excommunicati in divinis participantes thomas super in scripto in dist. de excommunicatione ar. iii in responsione ad tertium quod glossam et in iudice ad hoc ar. c. adde c. patris de eo qui vi aut metu causa

Licet prelati eos suspendant adhuc sunt vitandi non propter hoc subditi excusantur ut eos vitando non detegerent dicit summa et alii post eum in c. tanta extra de symonia et quia prelati huiusmodi vitia non pungunt aut saltem vel forte defendunt sunt suspendendi / lxxxiii dist. c. si quis sicut quis aliorum vitia palpando non vult ita et malorum laudibus delectatur et in c. error c. dist. dicitur quod error cui non resistitur approbatur / et veritas cum minime defenditur opprimitur / nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obviare / Aug. in c. neque ubi episcopus qui talem crimina non corrigit magis dicendus est canis impudicus quam episcopus / in glossa prelatorum nos non defendit quosvis excommunicatos et suspensos vitare

Suspensus a canone propter crimen si celebrat aut ministrat in persona sacerdotis fit irregularis / intellige de clerico notorio fornicatore celebrante aut divina ministrante in persona sacerdotis / propter contemptum aut ignorantiam crassam et supinam vel affectatam irregularis efficitur / summa ceteris iii quod olim fuit in textu / extenditur in suspensos in c. cum eterni extra de sen. et re. et c. cum medicinalis de sen. ex. li. vi / ideo quia quo ad exceptionem divinorum non est differentia inter excommunicatos et suspensos / quia et ipsi et illi excluduntur a divinis / vide summa in c. tanta extra de excessibus prelatorum in violare qui pulcre distinguit quando et in quibus officiis suspensus agens fit irregularis / et quando non fit irregularis / si interest divinis et si in choro cantat cum aliis cantando tam peccat / secus si celebrando aut aut aliquid de sacris ministeriis exerceret /

Cum notorio fornicatore suspenso celebrando et ideo tam irregulari non potest episcopus sed sola papa dispensare / quod dicta c. cum eterni et cum medicinalis

secundum thomam

q. suspensus

celebrans in excommunicatione ... irregularis
c. si quis episcopus in synodo et c. si quis
episcopus damnatus xj q. iij

vide plenius summa quid ...
Archi. ...

beneficii
Dicta
Si studio
statuto
hanc q̄ e
professam
an crīs
quid dicit
ergo ad
et vel dico
et in sim
sustentat
electi de
eius dixit
ius prior
hanc contra
et doctor
mihi de
in contra
eadem
Super eis in
ius primo
nec dico
tribuere
dixit de
eis et liber
quod sunt
ex dicta
ius dicta
sunt extra
propter
in novell
professor
modo demum
beneficia
super his fore
dominus et
de [illegible]
de dicta
[illegible]
propter [illegible]
[illegible]
propter
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Et si pro omissione horarum peccat quis mortaliter semel de die, patet hic ut dixi et quod tamen unum peccatum, sed tanto gravius de quanto plures omiserit hor

V.

**beneficiati ad horas canonicas obligati, licentia obtenta standi in studio causa proficiendi**

**Si studio non vacaverit aut potius ludere dicatur ad fructuum restitutionem extunc perceptorum sunt compellendi**

Hanc questionem in tres breves articulos distribuam, secundum quos tres eius partes correlarys subinferam concludendo. Primus articulus, qui clerici ad horas canonicas sunt obligati. 2º an omnes clerici teneantur personaliter suis beneficiis inservire. 3tius an studium sit iusta causa propter quam clerici possunt abesse suis beneficiis, et si non studuerint an teneantur ad restitutionem fructuum. Ipse ergo ad articulum primum et probationem prime conclusionis. ¶ Quero primo, quid sint hore canonice et unde dicantur. Ad primum dico quod hore canonice secundum Gaufredum in cle. i. de cele. mis. et ut notatur in cle. i. eodem ti. sunt certa pensio divini cultus ab hijs qui in sortem domini electi sunt deputata, pro qua sustentationem recipiunt de patrimonio Ihesu Christi. Et probatur hoc per c. cum secundum apostolum de preb. et dig. et xxi. dist. cleros. Debent enim clerici vivere de patrimonio Christi in obsequio deputati, et in eius hereditatem sunt assumpti, cum dicantur clerici a cleros quod est sors vel hereditas latine, quia dicuntur clerici eo quod dominus pars hereditatis eorum sit, ut in d. c. cum secundum apostolum et notatur ibi in allegatis per glo. vel secundum Will. in dicta cle. i. de cel. mis. hore canonice sunt sacrificium prime hostia laudis quam quis deo de fructu laborum suorum prime offert et devote, ut declarato patebit infra. ¶ Ad 2um dico quod dicuntur hore canonice secundum Guil. et Gaufredum in dic. cle. i. de cele. mis. ab oro quia orando et plangendo dici debent, in c. ubi pictum ff. quia ubi de cleo. h. vi. et in c. dolentes de cele. mis. Dicuntur etiam hore quia certis horis diei dici debent de quibus in plenius dicam. Dicuntur etiam canonice, quia a canone invente, ut in c. i. et in c. dolentes de cele. mis. sumentes pro fundamento dictum propheticum septies in die laudem dixi tibi, ut in dicto c. i. Dicuntur etiam canonice a canon, quod idem est quod pensio, ut in c. patuit de locato, quia vere sicut firmarius tenetur domino reddere tributum de censu c. ij. ita et clericus tenetur solvere domino suo, in cuius obsequium est assumptus, per beneficium aut ordinem, ut dicto c. cum secundum apostolum, honoris tributa vel horas canonicas secundum Jo. an. dicto c. i. in novell. Dicuntur etiam divine quia deo offeruntur c. gloriosus de rel. et vene. sanc. li. vi. Dicuntur etiam vigilie, quia quod dicuntur non est torpendum sed vigilandum, xxiij di. c. ij. et Iheremie xlviij, maledictus homo qui facit opus domini negligenter, ut plenius infra dicam. ¶ Quero 2º quot sint hore canonice, et quando debent dici. Ad primum dico, quod hore canonice sunt septem ut satis colligitur ex dicta cle. i. de cele. miss. et ex dicto propheta allegato in c. c. septies in die laudem dixi tibi, et notatur glo. in verbo canonicis in cle. i. de cele. mis. Septenarius enim numerus laudum tunc completur, quando per clericos matutine prime tercie sexte None, vespere et completorij officia persolvuntur, et sunt institute sub numero septenario propter septem ipsarum convenientiam, et ad memoriam reducendam passionem domini nostri Ihesu Christi, ut notatur Jo. an. in novell. in d. c. i. et Jo. de Imola in dic. cle. i. ponens de hoc ista metra: Hec matutina ligat Christum, qui crimina purgat, Prima replet sputis, causam dat tercia mortis, Sexta cruci nectit, latus eius nona bipartit, Vespera deponit, tumulo completa reponit. Alias rationes quare sub numero septenario institute sint ponuntur in glo. quia septem sunt dona spiritus sancti et quas brevitatis gratia dimitto. ¶ Sed incidit hic dubium An missa sit de horis canonicis, et glo. in ver. canonicis dic. cle. i. de cele. mis. tenet quod non, ideo quod sacerdotes curati tenentur de necessitate ad missam dicendam vel audiendam omni die cessante causa, ut in c. si de penitent. li. vi. Et si negligunt missam quolibet die dicere aut audire peccant mortaliter secundum Pan. et Guill. et Steffanum, secus est de aliis clericis. ¶ Ad 4m quando debent dici hore canonice, dico quod dicere horas canonicas certis et debitis horis non est preceptum, sed solum consilium, quia non sit preceptum quod quis de mane pro omnibus horis suas simul legere, si est de die impeditus propter opus ruralem, ut in d. cle. i. de cele. mis. modo si esset preceptum non liceret facere contra ipsum propter aliquod opus temporale, cum pretextu boni temporalis nullum malum sit faciendum, i. q. i. ne clerici vel monachi. Sed notat Host. et Jo. an. in no. in dicta cle. i. de cele. Sed recte competentibus dicens quod competens hora ad persolvendum horas canonicas est, quando accedit populus ad ecclesiam ad audiendum divinum officium magis accessura, et hoc in ecclesijs inferioribus, ubi ante adventum populi non expectant, ne tamen certis horis dicere secundum Host. in d. c. i. Modo si esset preceptum dicere horas canonicas sub certis temporibus, non possent persolvi ultra debitum tempus, maxime propter finem etiam ut vult glo. in dicta cle. i. secundum Alanum, qui dat exemplum ut clericus de mane omnes

R quid sint hore canonice

unde dicuntur hore canonice

Quot sint hore canonice

An missa sit de horis canonicis

Quando hore canonice debeant dici

In primitiva ecclesia quilibet firmavit eundem divinum prout sibi videbatur expedire ad laudem divinam, quidam vero pauca firmabant ut Pater noster et simbolum

apostolorum diversis temporibus et multiplicatis heresibus Theodosius imperator qui tunc pater magnus erat rogavit Damasum papam ut per aliquem catholicum virum demandaret certum officium ordinarium, qui Damasus precepit glorioso Jeronimo tunc in Bethleem degenti ut ipse officium ordinaret, qui distinxit psalmos per ferias, similiter evangelia, epistolas lectiones et cetera in ecclesia, preter cantum quem et ordinem ordinavit beatus Gregorius et Gelasius, alij successive plerique plura addiderunt diversis temporibus

Solutio horas canonicas cadit sub precepto ex eo enim quod est in maioribus constitutus tamen post assumptionem in sorte domini tamen secundum illud ysaie populum istum formavi mihi, laudem meam narrabit. Tertia quod ex quo quis est beneficiatus tamen ut dicit Tho. quodlibet vi q. viii in corpore solutionis

fra de obli. in prin. ¶ 3a differencia est in gratitudine quia contractus mutui reputatur opus liberalitatis
et gratie, inter vendentem autem et ementem raro aut numquam gratia seu liberalitas locum sibi vendicat
sed vendens pro quanto plus potest vendit et emens mercatur pro quanto minori potest precio. Unde differunt in ratione
laudis et meriti quia mutuare indigentibus reputatur inter opera meritoria, unde est enim opus laudabile et
de genere bonorum adiuvando in necessitate constitutum nisi prohibeat doctrinam sed dicit homo qui miseretur
et commodat ut supra. Emptio autem annuorum redditum non inter opera bona ex genere sed inter indifferentia
computatur ¶ Quarta vero differencia est racione temporis, quia licet mutuare pecuniam ad certum tempus ut puta
ad duos menses vel ad duos annos, vel in incertum tempus ut donec a mutuante pecunia mutuata
petatur. In huiusmodi autem contractu emptionis oportet quod sit tempus incertum, quia incertitudo est ratio quare iuste
plus vel minus potest recipi in annuis redditibus quam precium pro quo emitur ¶ Quinta differencia est
in qualitate rei, mutuum enim consistit in rebus ut supra quibus mo. re. con. ob. § i. scilicet in numero
pondere et mensura, ut pecunia argento auro oleo vino et cetera quorum usus est ipsorum consumptio.
Contractus vero huiusmodi consistit in rebus permanentibus ut domibus agris pratis vel possessionibus ex quibus
sustentantur in suo esse, precium huiusmodi redditus repensari, unde non potest consistere in blado vino pecunia
vel huiusmodi ¶ Sexta est ratio pignoris. Pignus enim, sicut quod datur pro mutuo illud ponitur in potestate
mutuantis. Hic autem ager domus vel quodcumque sit illud, super quos redditus constituuntur, quod vi-
ce esse loco pignoris remanet in potestate venditoris. Et si ager vel domus destruitur, nisi alia obligacio
suffragetur cessat debitum de annuis redditibus. In pignore vero quod datur pro mutuo licet illud

+

precium est

fenerant

+ luce 6

donec

pereat sine culpa eius illius qui mutuavit nihilominus ille dicitur obligatus mutui. Septima differentia ex ratione medii, et illa est propter quod probatur: in contractu namque mutui pecunia intervenit tamquam extremum illius contractus, in contractu vero emptionis tamquam medium. ¶ Sunt enim quatuor de necessitate in quolibet contractu emptionis, scilicet venditor, emptor, merx et precium; nam sicut nullus vendit sibi sed alteri, ita necesse est assignare aliud quod venditur et emitur, illud primum quod est medium adequans mercimonium venditoris et emptoris; unde si mercimonium est maioris valoris quam precium vel econverso est iniustus contractus. Hec autem quatuor concurrunt in contractu annuorum redditium: est qui vendit, est qui emit, est ius percipiendi annuum redditum super domo, agro vel re alia redditinosa. Est etiam precium pecuniarium quod recipit ab emptore venditor qui instituit nomine census annuum super re sua vel ab antiquo censum annuum vendit; vendi namque potest non solum res corporea, sed etiam incorporea et insensibilis, sicut ius hereditarium, actiones creditoriales, redditus fructuum ex theolonio vel passagio, fructus agri per annos certos, ymmo quod nullam certitudinem habet in natura rei, sed solum in spe, sicut venduntur fructus rethis in flumine vel captura animalium, ut in l. nec emptio § aliquando ff. de contrahenda emptione et supra de redi. c. hoc amplius. Et licet in his fortuitis precium sit aliquando maioris valoris quam res que emitur, quia parum utilitatis et quia potest esse nullius certitudinis, aut econverso quia res ipsa erit maioris valoris quam precium pro quo emitur, nihilominus contractus tenet propter incertitudinem. Itaque in huiusmodi contractu annuorum censuum sive redditium hoc insensibile sicut illud ius quod emitur ab uno et ab alio venditur et pecunia que pro hac merce datur est medium adequans. In contractu vero mutui pecunia non intervenit tamquam medium, sed tamquam extremum, quia ibi nulla est merces que debeat adequari pro interveniente. Nichil enim recipit qui dat pecuniam mutuo ab illo cui dat, sed solum unus est qui recipit et non dat, alius qui dat et non recipit. ¶ Cuius oppositum est in contractu emptionis, quia uterque dat et recipit, que datio et receptio, ut iusta sit vel equa, esse dicitur mensura adequans. Est proinde quod sit hic tamquam medium, sed in mutuo tamquam extremum. Item si emat annuum censum ad vitam emens decem pro ducentis, si contingat emptorem vivere per xx annos et sic recipit tantum de pecunia quantum dedit, nihilominus qui vendidit manet sicut prius obligatus, quia adhuc manet salvum illud ius decem quod emit, quemadmodum si decem emisset agrum qui annuatim valet xxx, licet fructuaverit illum xx annos et sic tantundem iam ex illo recepit sicut dedit, nihilominus ager remanet suus, et annuatim potest xxx ex illo recipere, nec censetur aliquid recipere ultra sortem, quia natura emptionis hoc habet quod si aliquis emit rem iusto precio, cum per emptionem res effecta sit sua, quicquid inde provenerit non alienum sed suum ~~recipere~~ recipitur, et ideo numquam iudicatur recipere ultra sortem, etiam si fructus exinde habiti excedant quantitatem precii. ¶ Nota quod aliquid dicitur illicitum quatuor modis. Est enim illicitum de se et per se, quod ratione sue nature non potest iustificari, sicut adorare ydola, odire deum, mentiri falsum, esse superbum et multa alia, que sicut dicunt philosophi moralis statim nominata convoluta sunt cum malicia. De quorum numero non est emptio annuorum censuum sive redditium. Secundo aliquid est illicitum de se, sed non per se, sicut occidere hominem, nam occidere hominem non imputatur principi vel iudici iuste officium exercenti, iij q. ult. qui cumque et xxiij q. v. qui malos et c. ead. q. iij c. Item accipere rem alienam invito domino. Non vacare ab opere servili in die festo. Hec enim videntur divina lege prohibita per se, tamen non habent rationem mali intrinsece. Hoc etiam 2o modo contractus emptionis et venditionis non est illicitus, quia non reperitur divina lege prohibitus. 3o dicitur aliquid illicitum ratione annexe circumstantie, sicut exemplificatur communiter in negociatione, que nec per se sive de se est illicita. Est enim necessaria et utilis reipublice; precepit namque ut evangelium docet possessor servis suis negociari donec ipse veniret, et condempnavit eundem illum qui noluit negociari et reposuit lucrum de talento sibi credito. Itaque officium negociationis quantum est de se non est illicitum, sed ratione annexi negociationi aliquando efficitur illicita, videlicet uno ratione persone, sicut hic doctrina canonica ne clerici vel monachi se negociis secularibus immisceant per totum. Secundo ratione temporis ut in die festo. Tercio ratione loci ut in ecclesia, sicut legitur de Christo quod ementes et vendentes eiecit de templo. Quarto ratione modi ut si quis exerceret

Quatuor in quolibet contractu

negociacionem cum periuriis et mendaciis, quia difficile est inter ementem et vendentem non intervenire peccatum x equalitas. Secundo racione prohibicionis, sicut illicitum est vendere infidelibus arma seu ad usum. Item racione temporis, ut si pro maiori precio vendat peregrinis quam ceteris, ut extra de empt. et vend. Secundo racione finis, ut si quis dumtaxat intenderet ad lucrum congregandum ibi habundancie et finem suum. Isto tercio modo contractus empcionis potest dici illicitus racione annexi. Quarto dicitur aliquid illicitum per accidens et extrinsece, sicut exemplificat apostolus comedere carnes cum quis ipsum sibi scandalisaret. Sic econverso dicitur licitum quod nulla est lege prohibitum. Hic autem contractus empcionum et vendicionum emere redditus ad vitam vel in perpetuum humano aut eciam equo in divino iure expresse simpliciter prohibitus aut dampnatus, ergo etc. Noto ultimo quod quatuor requiruntur ad empcionum contractum de annuis censibus ut licite et iuste agatur. Primo quod res super qua emitur census annuus sit capax et ydonea illius, unde si res sit de illis que non sunt in nostra potestate vel sunt aliene vel nullius aut minimi valoris, huiusmodi contractus ficte aut inique potius quam iuste intelligitur ineundi. Similiter si res sit spiritualis, non enim est licitum que dantur liberaliter in decepcionem patronis vendere aut emere pro annuis censibus. Item super rebus vinistatis nisi ipsa vinistas faciat. Item si sit res usu consumptibilis sicut bladum vinum oleum pecunia et alia in quibus consistit mutuum que ipso usu consumuntur, sed potius constituuntur super agris vineis molendinis domibus castris et aliis rebus immobilibus. Secundo quod precium sit iustum, que iusticia consistit in equalitate quadam inter ipsos contrahentes, ita quod alter eorum ex huiusmodi contractu non reportet excessive dampnum et alter lucrum. Sed quantum ad precium empcionum redditum annuorum faciendum est differencia de illis que sunt in perpetuum vel ad vitam. Similiter de re super qua constituti sunt vel constituuntur, nam quanto maior est firmitas ut numquam deficiat, quia maiorem certitudinem habent isti redditus annui, circumstancia hec adauget precii quantitatem. Ita eciam ad vitam, ut si fieret ad vitam eius qui vendit, concurrerent multe suspiciones ut similiter iudicari posset. Sed quia vix aut numquam sit consuetum fieri, sed ad vitam emptoris, principua igitur circumstancia que venit in consideracionem est etas ipsius emptoris. Secundo et disposicio sanitatis, plus namque deberet dari si sunt ad vitam pueri vel iuvenis quam senis vel infirmi iuste, que est acceleratiua mortis. Unde quantum secundum diversitatem regionum diversa est etas hominum et disposicio corporum, prout frequenter aut numquam occurrunt pestilencias vel alias infirmitates. Similiter variantur alie multe circumstancie que veniunt in consideracionem. Ex hoc vix aut numquam ad iustum precium quod sit certum aut equale in omnibus regionibus determinate scripsi potest habere, sed sit vix regula generalis quantum ad hoc dari potest nisi quod iustum precium iudicari debet secundum communem estimacionem in illa regione in qua huiusmodi contractus fieret, et ideo legale precium non facile in hoc assignare potest communem ordinacionem sive statuta. Tercium quod requiritur est ut intencio recta intendentis: prima est mala et reipublice nociva; alia precisa et proprie salutis contraria; tercia videtur; quarta est ad bonum promovens. Prima est interdicenda, secunda dissuadenda, tercia permittenda, quarta promovenda et admittenda. Quartum requisitum sunt que sunt persone pro quibus iuste emi possunt annui census, et ponitur ista regula generalis: Omnes ille persone que aut per se laborare sive ex defectu nature vel alia condicione non possunt, vel dedicate divino cultui aut utilitati reipublice, labori manuali sive temporali sollicitudini et officio sibi competenti commode vivere non possunt, tales sunt ydonei ut vivant de censibus annuis. Hee autem sunt in quadruplici differencia sive genere. Primo divini administrantes, ut episcopi curati predicatores et doctores, unde dicit apostolus: Qui bene presunt presbiteri duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo et doctrina Christi. Secundum genus personarum reipublice administrancium sunt reges principes consules et rectores sive iudices, unde dicit Salvator: Reddite ergo que sunt cesaris cesari et que dei deo. Tercium genus est pauperes orphani vidue et senes, unde dicit Iacobus: Religio munda et immaculata apud deum patrem hoc est visitare pauperes pupillos et viduas in tribulacione. Quartum genus est religiosi ordinibus insistentes et divine contemplacioni vacantes.

IIII requiruntur ad contractum empcionis de annuis censibus

primo quod res super qua emitur sit capax

2° quod precium sit iustum

3° intencio recta sit emptoris

4° persona pro qua emi possit et sunt in quadruplici genere

Redditus emere ad vitam licitum est cuiuscumque in quali etate
clericis religiosis atque in sacris constitutis ordinibus sive summaria potestate

pro ista conclusione quod sit licitum emere redditus ad vitam, quia non est lege prohibitum neque humana neque divina ut notatur in notabili uno et patet per Innocentium in c. in civitate extra de usuris / ubi narrat quidam opinionem quae breviter intentum resolvit. Secundo patet idem ratione, quia in tali contractu potest fieri adequatio debita inter datum et receptum, comparando utrumque ad usum hominum in quem nata sunt venire, ut cum non depauperetur emens nec vendens, sed potius exinde utrique lucrum vel comodum consequatur et res publica nullum detrimentum patiatur, sed capiat incrementum et profectum patet, nam talis adequatio potest fieri ubi emitur redditus perpetuus, ergo per idem vel a fortiori fieri potest ubi emitur redditus ~~perpetuus~~ ad vitam. Item contractus quo aliquis emit fundum domum vel agrum ad vitam de quo potest habere certam quotam portionis annuatim licitus est, ergo et contractus emendi redditus seu ius percipiendi talem quotam. Dominium vero dicti [illegible] licitus est, patet quia / quia sicut in uno non vitiatur contractus per adiectionem perpetuitatis. Contra illam conclusionem cuius probationem est doctor solemnis, primo quodlibet q. xxxix rationes ipsius obmittendo. Sed pro 2a parte contra illam conclusionem sic, quia usura committitur in contractu mutui dumtaxat ut notatur xxiiii q. iii in summa, et plene per Io. an. in c. ea potius in mercur. Sed in emptione reddituum ad vitam non intervenit mutuum neque vere neque ficte, ergo non potest dici talis contractus feneraticius. Maior probatur per l. cum quis ff. si cer. pe. ubi dicitur in mutuo id agi ut id quod datur ei fiat reddatur in eodem genere in eadem quantitate et bonitate. Sed ille qui emit redditus ad vitam non potest repetere id quod dedit, ymmo possibile est eum perdere totum capitale, puta si statim post contractum decederet, ergo etc. nec ficte apparet mutuum, quia emens tales redditus efficaciter et irrevocabiliter transfert pecuniam in potestatem vendentis, ut quamvis eum mori contingeret extinguitur omnis obligatio. 3o ad idem facit quia veritate inspecta in nullo iste contractus continet usurariae pravitatis. Nam usurarius est certus de suo capitali et quod percipiet aliquid ultra sortem, et sic operatur suum in alieno. Sed emens talem redditum ad vitam non expectat recipere nisi unam distributionem sed x aut xx annatim donec vixerit et post tempus quo tamen recepit quantum exposuit petere aliquid ymmo sed tamen illud annuum redditum emit toto tempore vitae suae, et possibile est quod totum quod dedit perdat, ut si contingat eum mori ante tempus quo recepisset tantum quantum exposuisset, vel eum [illegible] ultra mortis / sed ratione incertitudinis ille contractus non potest in aliquo iudicari illicitus arg. l. si ea lege C. de usuris etc.

**Tametsi dictis religiosis atque in sacris ordinibus constitutis redditus emere ad vitam est permissum**

**Clericum tamen negotiari sive mercari nisi extreme necessitati tamen a iure est prohibitum**

Corr. i

Quoad primam partem patet corollarium ex prima conclusione. Quoad 2am partem probatur per can. lxxxviii dist. negociatorem ubi dicitur negociatorem clericum ex inope divitem et ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge et xiiii dist. clericus quoniam quia difficile est inter ementis et vendentis commercium non intervenire peccatum de pen. dist. v qualitas. Sed in casu necessitatis permissum est clericis negociari ut dicit glo. xiiii q. iiii in summa nisi et hoc extra ne cle. vel mo. c. i. Ratio dicitur namque apostolus Nemo militans deo se implicat secularibus negociis ii ad Thimo. ii et xxi q. iii c. i et extra ne cle. vel mo. c. secundo / licitum tamen est clericis emere aliqua vilem [illegible] et inde aliquid acquirere si eis [illegible] non sufficiant ut xcii dist. clericus victum et xxi dist. c. i et de consecr. dist. v c. nunquam, et tunc non acquiritur lucrum ex negociatione sed ex artificio tale enim apostolus licita erat [illegible] et xiiii q. i c. i

clericus non licet negotiari nisi in extrema necessitate

**Tamen annua pensiones**

**Contractus emptionum ad reemendum sive ad tempus sive ad vitam hominis**

**Valent de mero iure divino pensionum constitute sunt ad venditionem**

//

Pro corollario ante primo. Hostiensis Io. an. et aliorum doctorum tenentium et nominatum hoc in c. in civitate extra de usuris, et hoc idem tenet dominus in quodam consilio quod incipit abbas sancti Iacobi cum x aliis doctoribus in iure expertis quibus in simpliciter credo. Sed te moveat dictum quorundam asserentium contrarium Si tu conscientiam contrariam habes illam depone, alias edificas ad gehennam ut xxviii q. i c. omnis etc. ex his, et servari debent solemnia contractus emptionum ut quod certa sit res quae venditur ff. de con. ep. l. in venditionibus, ut est emptio pretium et consensus, dummodo necessaria [illegible] mediam iusti pretii, et dummodo in fraudem usurarum non fiat, extra de emp. et vendi. c. ad nostram. Sed non est quia inconveniens precium vel peccunie quantitas sicud merx sicut est certus redditus vel certa annona Item consensus contrahencium vincit contractum vt C de pactis int. emp. l. iubemus et C de here. et ac. ven. per totum ff de contrah. emp. l. sine precio Item pro expresso per c. ex tenore monasterium de re. cer. no. alie. ubi supra concedit quod redd. monasterii vendi possunt sive concedi possunt ad tempus / Item quod valeat vendicio temporis ad redimendum / vel ad tempus vite / vel ad certum tempus / patet precio ex lege divina levitici xxv ubi deus mandavit iudeis ne perpetuo terram venderent / sed sub pacto redimendi Item emptio venditio rei fieri potest etiam sub condicione et modo et ad tempus vt ff de con. emp. l. ex [illegible] / et l. qui fundum Item emptio rei potest fieri simpliciter vt patebit in sequenti articulo / igitur etiam sub modo et etiam condicione vt no. in c. significante de pignoribus Item emptio potest fieri in diem ff de in diem adiec. per totum / sic etiam potest emi ad tempus hominis igitur etc.

Contractus emptionum ad reemendum sive ad tempus sive ad vitam hominis /
Annuam pensionem Valent de mero iure divino pensionum constitute
Licitum est pro centum annuatim quinque vel sex in contractu reemptionum emere
Divino precium sit sufficiens iuxta laudabilem consuetudinem patrie

Istud correl. patet ex quadam bulla Martini pape que sunt scripta ad episcopos super declaracione emptionum vbi plus dicit quod de x. vij. viij vel viiij marcis potest dari vna marcha secundum racionabilem consuetudinem patrie etc. [illegible] qualitatem [illegible] quod continentur in ista bulla declaracio ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declaracionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum apostolorum petri et pauli se noverit incursurum Datum [illegible] sancte [illegible] pontificatus nostri anno primo

Licitum est alicui emere pro peccunia redditus perpetuos
Dummodo non intervenerit fraus vel aliud accidens vicians substanciam contractus

Istam conclusionem probo auctoritate venerabilis magistri henrici de oyta sacre theologie professoris in tractatu suo de emptione reddituum Et patet sic / per hoc quod aliquis habet de fundo vel de aliqua re alia redditus hereditarios perpetuos peccuniarios vel aliarum rerum huius vendere quia / tales potest alicui pro peccunia vendere / quod huiusmodi vendicio [illegible] Item multo fortius census per locum a maiori vt extra de elec. cum in cunctis / Item servitutes oriuntur et constituuntur in fundo et bonis vt ff de serv. per totum et Instit. de serv. § si quis ubi dicitur ubi in emptione et vendicione / igitur huiusmodi servitutes / multo fortius census / quod census corporales servitutes incorporales consistunt vt insti. de reb. cor. et incorp. § eodem modo Item episcopi et clerici percipiunt stipendia certa / que redditus consistunt dare vt xij q ij [illegible] / et q v [illegible] sic etiam a simili census emi possunt de quibus in alia patet quod licite emuntur census Item fundus venditur potest [illegible] vt ff de ac. emp. et ven. sic etiam [illegible] potest etiam sic quod talis [illegible] rei publice temporali et spirituali vtilis et necessarius / et quod considerandum est [illegible] personas reipublice [illegible] quod [illegible] non debeant impediri / quod [illegible] si manualiter laborarent aut [illegible] intenderent pro acquirenda sustentacione propria / Sunt etiam alie persone que considerata [illegible] condicione [illegible] non valent et mendicare erubescunt. Tales ergo [illegible] quod sustententur huiusmodi redditibus annuis / quos emunt de propriis bonis Si enim deus laudavit villicum quod prudenter fecisset ne in futurum mendicaret / prudente vtens sic etiam de bonis alienis / quanto ille est laudandus / qui de bonis propriis providet ad sui necessariam sustentacionem ad perpetuum independenter. Possent adduci alie raciones quas dimitto intuitu brevitatis

// scilicet multiplicat
Annuorum redditium sive ad vitam sive in perpetuum contractus a mutui contractu differt //
Ideoque vsurarius dici non meretur cum vsura in mutuo consistat simpliciter

Istud correl. patet ex conclusione magistri et patet etiam per no. in [illegible] vbi in primo notandum dicitur inter mutuum et contractum emptionis et vendicionis Et cum vsura consistat in mutuo patet per glo. [illegible] et § [illegible] et qualecumque sit quod de [illegible] mutui [illegible] vsura et [illegible] ad restitucionem vt patet q iij c v et ij et iij vt etiam notatur per [illegible] extra de vsuris c. consuluit

Omnes tenentes huiusmodi contractus emptionum et vendicionum et reemptionum illicitos et quasi ab
orthodoxa ecclesia prohibendos // Dummodo sub alia forma facti fuerint et in fraudem vsurarum
nil fiat heretici sunt censendi patet correl. ex quodam concilio domini archiepiscopi [illegible]

alios dicit, qui se huic consilio subscripserunt quod incipit abbas sancti Jacobi, et patet per c. ad nostram de
emp. et vendi., et plus facit quod confessores huiusmodi contractus condicunt statutis, sunt iniusta etc. et non credit vnam
sanctam ecclesiam, vnde ~~consequitur~~ consequenter hereticus, vel omnis qui male interpretatur sacram scripturam censetur hereticus
large vt xxiiij q. iij heresis; item qui nititur auferre privilegium ecclesie romane vt xix dist. nulla [illegible] est
vel qui dicit papam non posse condere canonem vel non valere vt ibi nota, in c. pall. et alie acceptiones istius
vocabuli heresis ponuntur in glo. c. illi qui xxiiij q. iij. Ideo si credens huiusmodi facit quod dicit statutum sic inius
etc. non valere, et nota que per papam et superiores condita sunt, vnde statuit iniuste vt valeat emptio dummodo
quis non decipiatur vltra dimidium iusti precii, vt de testi. cum causa de emp. et vendi. cum dilecti C. de rescin. ven.
l. ij. Sed si quis diceret quod canonice de hac materia loquentes hic loquuntur in foro poli et in foro conscien-
tie, in foro autem vel contentioso, cum dicit quod illud sit standum per non [illegible] cal. in c. quanto de testi. et c. navigantis
de vsuris in solutione tercie opinionis qui dicit quod non est credendum quod iniustus [illegible] quod a sancto [illegible]
vt xxv q. i. violatores et xxxiiij c. ij hoc ipsum deceptionem vel dolum vel quod malum sit apparet igitur
etc. Item igitur ius canonicum illud concedat vt pall. contendunt non est peccatum, vel tamen qui tenent con-
trarium, non tenent statuta predicta valere, et vt male credentes contra fidem sunt iniusta etc. iudicabit. Sed primo
per divisionem vnde quod emptio valeat vsque ad dimidium, vel est iniustus vel non est iniustus, si est iniustus habeo propositum
ergo iniuste et non iniuste etc. non peccat sic contrahens sic, nec tamen ad restituendum. Item iniustum est quod tribuit
vnicuique quod suum est, insti. de iusti. et iure per totum et ff. e. per totum, ergo non peccat qui legis [illegible] peccat
[illegible] q. iij qui peccat. Si autem dicis quod non sit iniustus habeo propositum, tamen credo nec credo quod non credis quod sic
possit statuere vel quod eius consti. recitata sit vel quod peccatum inducat quod est propositum, dicit alias rationes pro
secundum quas pro presenti dimitto. Si quis latius vult videre de hac materia videat magistrum henricum de hassia vbi
in suis tract. de emp. et vendi. Item Joh. car. [illegible] Item dicit in dicto consilio Item panor. in repl.
quod incipit Cum nuda [illegible] et publica [illegible] omnis melius sentiens. Quidam iuriste [illegible]
[illegible] in medio est melius sentiens et consilium [illegible] [illegible] canonum determinationem definiunt

## Quomodo census pecuniales pro pecunia poterimus comparare

Cum tamen res artificiales non poterit simpliciter propagare pro istius solutione problematis nota quod ad
emptorem et venditorem decem requiruntur conditiones, prima quod emptor et venditor conveniant in genere emptionis
et venditionis dicendo ego emo ego vendo, secunda quod ibi sit certum precium ex parte emptoris vt insti. de emp. et ven-
di. precium. Tertia quod ibidem precium consistat in quantitate ff. si cer. pe. l. certi. Quarta quod res vendita sit certa vt
quod pro C florenis vendantur x florenos annui vel nummi vel plus secundum consuetudinem patrie, nec obstat si redditus
qui emitur essent incerti dummodo precium fuerit constitutum vt not. Jo. an. in c. in civitate de vsuris, nec obstat an
res que emitur demonstretur ad oculum sive ad intellectum dummodo consistat in rerum natura vel futura vt ff. de con.
et ven. l. si sterilis. Quinta quod res que venditur sit proprie vendentis ff. de con. emp. l. rei alie. Sexta quod rei venditor habere
possit commercium propter rem sacram cuius commercium habere non potest ff. de ver. ob. l. inter stipulantem §. si rem sacram
Septima quod sint tales persone que possunt contrahere ff. de contra. emp. l. ij. Octava quod concurrat consensus emen-
di et vendendi insti. de ver. obli. § ex consensu. Nona quod contractus sit purus sine conditione et sine tempore
que tamen apponi potest vt ff. de con. emp. l. iij. Decima quod fiat cognitio et coram superiore vt iudice vel aliquam
l. si in emptionem ff. de contrac. emp. Istis premissis venio ad problema, quod istis concurrentibus bene possunt census pecuniales
comparari in modis premissis, non quod pecunia sit contra contractum si ius peccat per pecunias vel alias [illegible] patet quod
illud nemo potest aliquis aliud dare ergo et vendere, quod cuius est ius dandi eius est ius et vendendi vt c. de
his de simpl. Si vero veniret pecunia primo tamquam contra contractum emendi census pecuniales, tunc non possent
fieri quia tunc propagaret simpliciter sicut autem non sit vt dictum est, et res artificiales non dicuntur propagare simpliciter

problema primum

V.

**Votum quodlibet ac iuramentum licitum secundum iuris constitucionem**
**Cadat in superioris ac iuris legittimam dispensacionem**

+ vi q. ho. quia quod semel placuit amplius displicere non potest in re sua l. vi et decreto xxiii, quod semel egressum est de labiis tuis observabis in opposicionem est c. i et ii de voto et vo. re. et xxii q. iiii et iii et c. quod dampnum et c. sed aliqui vero in glo. habetur quod propter a voto iuramento absolvit ego ut circa quorum istud sit precedam, primo pro quorum ut aliqua premittam. Et ad quorum per concilium et propter eccl. dicam, quantum ad primum noto quod votum diversa in vocabula quidem enim ad sui originem dicitur deliberacio, et quod aliquis disponit apud se aliquod bonum facere, et illud nec obligat apud deum nec apud hominem ut in c. litteraturam de voto. Sed quod post deliberacionem aliquis in suo animo firmiter proponit illud idem faciendum tunc dicitur propositum et illud obligat quo ad deum et ille qui contra venit peccat mortaliter secundum hug. xvii q. i c. qui bona, et secundum Bernh. vo. mala ut in c. litteraturam de vo. et voti redem. et hoc est melius vel verius. Si vero post propositum precedit obligacio de presenti tunc dicitur votum cum statu mortale peccatum est. Et hiis consonat bs tho. dicens ad votum tria requiri, primo quidem deliberacio, 2o propositum voluntatis, 3o promissio in qua perficitur racio voti. Superadduntur quidem alia duo ad quandam voti confirmacionem, sed oris pronunciacio secundum illud ps. reddam tibi vota mea que distinxerunt labia mea. Et iterum testimonium aliorum, quibus eciam dictis alludit will. in summa glo. Ray. de vo. dicens Si multi etc in periculo vel infirmitate aut quacumque in angustia constituti habuerunt intencionem se obligandi deo cogitantes de eo quod moverat eos ad vovendum sed de infirmitate vel alio periculo propter quod eminenti vovebat, voto obligati sunt licet in tribulacione et perturbacione sint constituti ut est pro illo xvii q. iii sunt qui opes. Et ex hiis clarum tales diffinicio voti secundum host. Votum est alicuius rei licite faciende vel non faciende sub deliberacione animi deo facta pollicitacio dicitur rei licite, quia si mala vel illicita esset promissio non esset servanda sed rescindenda xxii q. iiii in malis, ubi In malis promissis rescinde fidem in turpi voto muta decretum, quia in talibus magis placet deo transgressio quam observacio, eciam si intervenit iura. dicitur facte vel non faciende, quia omne votum et omnis promissio ad aliud ex hiis reducitur et dare et non dare, et quamvis aliquociens videatur dicendum facere ut in l. naturalis §l. ff. de prescrip. verb. Cum deliberacione animi ideo dicitur quia votum quod ex facilitate animi ponitur quam ex arbitrio discrecionis emittitur non est voti quamquam obligatorium ut in c. veniens de voto et in c. ad nostram de regul. dicitur quod deo vero quia ei sit votum et ei reddi debet in c. magne de voto. Consequenter dicitur facta, quia si aliquis non faceret sed facere proponeret, et adhuc plene non deliberasset non obligaretur, si non esset plus in voto processum ut in c. litteraturam de vo. Secus si iam deliberasset et firmiter proposuisset, tunc apud deum obligaretur ut supra dictum est. Ultimo dicitur pollicitacio, quia sicut in pollicitacione in certis casibus obligatur quis alteri persone quem videt, ita solo voto obligatur deo, cum sit presens potens inspicere illud intentum ubique est. Ceterum potens deus est ubique presens, unde qui intrans ecclesiam orando solum cum loquitur sibi tamquam presenti ut dimittat peccata sua, ita et in voto. Differt tamen votum a pollicitacione, quia votum emittitur quo quis soli deo obligatur. Sed in pollicitacione ad hoc oportet quod sit presens cui pollicitacio fiat nec fit obligacio voti per alios modos contrahi, non per stipulacionem, quia deum interrogat et aliquis videat sicut in stipulacione contingit, non per pactum, cum verba que in pacto exprimuntur non inveniuntur, quia nec ipsum deum videmus, nec aliquis est sinus presens qui habeat eius mandatum vel negociorum gestor per quem ipse causam possit habere, nec fit deo donacio quia inter vivos qua quis obligatur alicui, quia in donacione non obligatur quis alicui nisi nunciat aliquem qui rem ferat alicui, vel nisi alius habeat coram persona se et sciat sibi rem esse donatam quia ego dono tibi, vel nisi habeat aliquem personam qui nomine ipsius rem illam accipiat ff. de donat. l. absenti ff. de nego. ge. l. si ego, et ideo in subsidium sunt hic modus inventus, per quem deo efficacissime quis obligatur, addunt eciam quidam ad predictam diffinicionem, et de hiis que ad divinum cultum pertinent, quia votum eciam sit sanctum, sit in eis propter deum secundum pe. Et votorum due sunt species. Nam aliquod est necessitatis aliud voluntatis. Necessitatis dicitur illud quod quis promittit in baptismo ut abrenunciet sathane et pompis eius, tenere fidem, servare decalogum, et alia sine quibus salus non est de conse. dist. iiii c. i vii qui peccat homo post baptismum duplici reus est quia peccat in eo quod committit, et quia votum prevaricatur, non tamen tamquam pro duobus mortalibus peccatis pena additur, sed tamquam pro uno ex circumstancia transgressionem aggravante secundum Ray. et illud votum nullomodo potest redimi vel commutari quia contra deum non est dispensacio vel commutacio xxv q. i sunt quidam. Licet potest possit interpretari verba sacre scripture. Voluntatis est illud quod quis voluntarie emittit, et ad quod quis ante votum non tenebatur, sed post votum constringitur, sicut est votum continencie, abstinencie et peregrinacionis secundum Ray. et host. de hiis dicitur in ps. vovete et reddite domino deo vestro, quod exponit glo. Si vovetis domino deo vestro reddite domino deo vestro, ut sit primum ad consilium secundum ad preceptum spectans, ut in c. magne de vo. et vo. red. Et de utraque specie votorum dicit bs aug. Sunt quedam que non voventes debemus, quedam que nisi voveamus non debemus

diversa nomina voti

Ad votum tria requiruntur

diffinicio voti

differencia votum et pollicitacio

votorum due species sollempne et simplex sed postquam ea deo promiserint necessario reddere constringuntur ut xvii q. i c. v. ea tamen sunt in votis etiam et officiis quod nota que cum liceret nobis non impendere grata tamen dilectione impendimus xxvii q. i sunt nunc. Et quod votum omnino sit voluntarium patet, voluntarium est continere vel non continere, et generaliter [illegible] non generale nisi continentiam sponte, cum indicit castitatem que sola possibilis est cum fiducia deo [illegible] ut aut de leone [illegible] sancti colloquio iii et alibi dicit castitatem singularem amatorem [illegible] qui non necesse sui [illegible] illud coll. vi x quibus dicit patet quod corriguntur leges que connubia concedebant [illegible] formam hoc non semper licet lxxxviii dist. [illegible] autem de quo est de voto abstinencie intelligendum est quo ad hos dies quibus ecclesia non indicit abstinere, nam nulli in quibus ecclesia precipit abstinentiam non est voluntarium abstinere, sed necessarium ut in c. consilium de observatione ieiuniorum. Et ergo voluntarium votum dicitur quod ante emissionem voti cuiuslibet arbitrio cuiuslibet facere vel non facere ita quod gratie et liberalitatis existat, nec enim in reddendo dicitur votum voluntarium sed necessarium, quia quando hic eius necesse reddere, in speciali promissio exigitur ut non de decimis in c. pervenit et c. pervenit, nec enim in [illegible] liberalitatis [illegible] ff. de adm. leg. l. legatum. Et hec vota premissa redimi et commutari [illegible] quod votum dicitur esse de meliori bono, illud autem quod quis vovet aliquid est malum vel minoris boni impeditivum, ut contra rationem eius quod cadit sub voto. Et ideo necesse est dicere tale votum tamen non esse servandum, unde nec est votum commutare quam in votis dispensare, utrumque tamen in potestate ecclesie consistit.

¶ Ideo tamen advertendum quod duo requiruntur ad hoc ut fiat talium votorum redemptio vel commutatio, scilicet causa et superioris auctoritas. Causa ut si vovens sit senex debilis vel infirmus, vel si visa redemptio vel commutatio melior videatur et magis accepta deo quam abstinentia aut peregrinatio, et sic ex causa fiet dilatio vel redemptio. Superioris auctoritas exigitur quia nemini licet auctoritate propria votum redimere vel commutare, unde si quis simpliciter et indeterminate vovebat nec excludendo nec includendo [illegible] ipse quia forte de eo non cogitabat, aut vovens determinate vovebat. In primo casu per venie concessionem ipse quia talia vota vaga recipiunt interpretationem a iure de iure ut votum et in c. [illegible]. In secundo vero casu si intendebat expresse obligare in contrarium [illegible] statum vovit. Consilium tamen ei quod observet, nisi [illegible]. Si [illegible] utrumque [illegible] deprehendatur in [illegible] voti non est amplectendum dicto c. [illegible]. Si non solvit [illegible] tunc si non exsolvit causa per dispensationem non compleat quod promisit secundum quod vult glo. nota in c. non est de vo. idem hic primo in c. [illegible] de [illegible].

¶ Votorum voluntariorum aliud est simplex aliud solemne. Simplex quod simpliciter et sine aliqua solemnitate emittitur ut voveo castitatem et non plus procedit. Et hoc aliquid consistit in faciendo ut spondeo quod ibo ad sanctum Iacobum, aliquid vero consistit in non faciendo ut voveo quod non contraham diebus vite mee, vel quod non comedam carnes die mercurii et dicitur voluntaria quod sine illis est salus i q. i si qui [illegible] cum honoris precium. Votum autem solemne est quod post votum solemnitas sequitur, vel quod fit in ecclesia, vel quando quis intrat religionem et solemne votum continet. Sed illud solum duobus modis solemnizatur secundum Bern. [illegible] scilicet per sacri ordinis susceptionem et per professionem ad certam regulam in manu eius qui ipsam potest recipere. Hostiensis tamen dicit quod tribus modis solemnizatur votum per ordinem habitum et tacitam receptionem, primum tenet communis doctrina. Et quamvis utrumque votum in precepto sit servandum quo ad deum quia utriusque fractio inducit mortale peccatum, ecclesia tamen considerat circumstantias et solemnitates verborum attendit. Ideoque diversum statuit in utroque, scilicet simplex votum impediat matrimonium contrahendum, solemne vero ut contractum dirimat, meliorem iam contractum ut in c. [illegible] qui clerici vel voventes et in c. unico de voto li. vi, et maiorem penam statuit pro fractione voti solemnis quam simplicis ut xxvii dist. si vir [illegible], quia qui frangit votum solemne peccat in deum, offendit [illegible] quod non contingit in simplici voto.

¶ Est et alia divisio votorum, nam quoddam est votum privatum et absolutum, ut quando sine deliberatione condi seu diffinitione temporis aliquis emittit votum continentie vel peregrinationis, et tunc tamen illud statim exequi, nisi in vovendo aliud in mente habuerit, datur tamen tempus ad arbitrium boni viri. Aliud autem est votum condicionale ut quando condicio apponitur ut voveo castitatem si deus dederit mihi sanitatem, et illud tunc quis exequi nisi extante condicione pro quo xxxii q. viii non solum, de condi. app. veniens et de resti. spo. olim causam, quod tamen [illegible] vota obligatio ponebatur in eventum condicionis. Et tamen non propter scandalum tollendum sit votum implendum ut de vo. c. magne et de conver. coniug. c. ex parte et cetera [illegible] expedit non omnibus hominibus vovere dummodo commode fiat votum, quia per votum voluntatem immobiliter applicamus ad bonum et propterea magis meretur, nam qui vovit plus se deo subicit quam qui aliud solum operatur sed ad hoc glo. Io. an. in verbo [illegible] si [illegible] de [illegible] et [illegible] prohibent tamen quod persone que ad votum continentie non sunt libere ad volendum sicut coniuges [illegible] consensu ut xxxiii q. v. quod deo

Voluntariorum votorum aliud simplex
solemne

Solemne

quot modis solemnizatur votum

votum privatum sive absolutum

votum condicionale

in c. puberes de despon.

Nota hic de diffinitione iuramenti

fiunt nec fimus nec furiosus nec impubes ut puella xii an. aut puer xiiii an. ¶ 2o noto quod iuramentum
est affirmacio vel negacio de aliquo licito possibili et honesto sacre rei attestacione firmata ut in aut.
de mand. prin. coll. iii. Finis iuramentum est finis omnium litium in c. et si xx de iur. iur. et in c. in omnibus
expediendum causas ff. de iur. iur. l. i. Sacre rei dicitur puta evangelium vel crucis sed signum per sacri imponere
obligatur quis ut in c. pervenit de arbi. Dicitur enim sacre rei quia non licet iurare per creaturam non sacras ut
per Evangelium Math. v. et decre. c. et si xx. Ego autem dico vobis nolite iurare omnino neque per celum neque per
terram etc. Sed hoc dictum sic intelligitur quod omnes exhibeant reverenciam divinam. Beatus Tho. dicit quod iuramentum primo dicitur respectu
ad ipsum deum. 2o autem per assumi creaturam sed non secundum se sed quia in eis divina bonitas relucet
sive manifestatur et iurans per sanctos qui huius veritatem crediderunt et confirmarunt pro quo vide glo.
in c. quotiens i. q. vii super verbo salus. ¶ Causa iuramenti institutionis est propter tres causas. Primo ut omnis in
certis ad hoc iurat ut quod verum est loquatur xxii q. v. iura. Secunda est infirmitatis dubitantis quod non vult
aliquis credere quod expedit ut xxii q. i. s. petrus. Et hoc sic credere non simpliciter assertioni proximi
procedit ex pena peccati primorum parentum. Inde enim orta sunt oblivio scilicet incredulitas et similia. Quoniam enim
tunc corrupta extitit ex eius corrupcione processit anime et corporis infirmitas de quo est bona glo. xxv
q. i. in summa et tex. in c. licet ergo xxii q. i. 3a causa est ydolorum detestacio nam ideo conceditur per
deum iurare ne per ydola quis iuret ut xxii q. i. c. considera. Et ad hoc ut recte fiat iuramentum
sine culpa duo exiguntur. primo quod ex necessitate iuret. et hic dico necessitatem capi late ut comprehendat etiam
utilitatem. ubi enim largo modo necessitatis ad iurandum quis quod instat utilitas et sibi non creditur sine
iuramento. Unde non solum propter utilitatem propriam sed etiam proximi potest quis licite iurare si aliter sibi non
creditur ut pro. in c. ita ergo xxii q. i. et in glo. idem tenet archid. in c. non est contra preceptum e. c. et quod
facit etiam ad predicta glo. in c. florentinum lxxxv dist. que dicit omne iuramentum fore condempnandum nisi ad
iurandum impellit necessitas quod intelligo largo modo ut supra dixi. 2o exigitur ut iuramentum si recte fieri de-
beat habeat tres comites scilicet veritatem iudicium et iusticiam ut in c. animadvertendum xxii q. v. et in
decre. c. et si xpc. debet enim iuramentum primo habere comitem veritatem scilicet conscientie ut sit quod id quod iurat sit verum
in se nisi necessitas credat illud verum. alias enim illicite et contra conscientiam iurat xxii q. ii. homines ut
glo. in pall. c. animadvertendum. Item 2o habere iudicium id est discrecionem vel deliberacionem dicitur enim iuramentum esse
discretum. Et discretum ex modo iurandi et ex causa propter quam iurat. Si enim iurat per deum id est extra necessitatem
vel utilitatis causa est discretum xxii q. iiii s. illicitum enim sequitur. 3o dicitur iuramentum habere iusticiam id est ut ipsum
sit et licitum illud quod iuratur. alias non ligat xxii q. iiii inter cetera. Et si illa tria vel aliquod com-
desint non iuramentum sed periurium est censendum secundum glo. dicit c. et si xx. et sunt verba tex. in c. ani-
madvertendum xxii q. ii. Ubi nota quod iuramentum vergens in dispendium salutis temporalis pure inte directe
non est obligatorium ut si iuravi bibere venenum vel simile quod xxii q. iiii s. ult. et quesitum ergo
in fin. Si vero occasionaliter ad hoc tendit est obligatorium ut si quis ultramontanus et maxime gallicus iura-
ret se moraturum rome in augusto certe tale iuramentum posset vita temporalis adimi cum rome non tempera-
tum in Augusto ~~bonus~~ aer. et periculosum est illic morari tamen illud periculum non sufficit quoniam servari
debeat iuramentum si illud qui se moraturum tempore predicto rome iuravit. Sed hoc verum est secundum Io. de ymol. nisi
ex iudicio medicorum attenta complexione et condicione iurantis immineret sibi periculum mortis ex observatione
iuramenti. etiam dicere quod tunc etiam non teneretur quia credendum est peritis in arte sua. ff. de proba. [illegible] Simile
iuramentum vergens in deteriorem exitum non obligat ut in glo. c. si vero de iur. iur. Et Io. an. in decre. c.
ponit multos modos quibus iuramentum tendere dicitur in deteriorem exitum. inter quos dominus Joh. de ymo. dicit
precipue duos. primum quando iuramentum tendit in observancia venialis peccati ut est tex. iuncta glo. c. si aliquid xxii q.
iiii. Et nota Io. an. in c. quamvis de pac. li. vi. in novell. Et que sint venialia peccata vide in s. alios xxv
dist. 2o quando iurat quis primo licitum in se sed postea ex accidenti obveniente eius observancia tendit in inte-
ritum salutis eterne et temporalis unde tunc non obligaret dicto casu adveniente de quo plene Io. an. in c.
pall. si vero de iur. iur. ¶ Insuper noto quod duplex dicitur iuramentum. assertorium unum et promissorium. Assertorium
proprie dicitur illud quod predicatur super illo quod est de preterito vel presenti ut si iuramus aliquid esse vel fuisse
non esse vel non fuisse. et illud statim est verum vel falsum. et ibi non queritur de obligacione. Aliud est
iuramentum promissorium. et illud quod est super futuro prestitum ut xx q. vi. c. antiquis per glo. in archid. Et
de illo distinguitur. quia vel tale vergit in ullum interitum vel dispendium. aut vergit. Si primum tunc clare
est quod servandum est. Si vero 2m quod potest fieri multis modis. quia potest vergere in interitum salutis eterne

vide

Causa institucionis iuramenti

Dicit que requiruntur ad hoc ut iuramentum sit sine culpa

Quando iuramentum tendit in deteriorem exitum

Iuramentum assertorium

Iuramentum promissorium

vel temporale directe vel indirecte vel in deteriorem exitum. Et hoc contingit vi modis. Primo cum inducit mortale.
2º cum inducit veniale. 3º incitat inducendo quod ex circumstanciis potest fieri veniale vel mortale. 4º cum iu-
ramentum excludit opus caritatis ut si iuret quod non colet deum vel non diliget proximum. 5º cum excludit
aliquid quod est de genere bonorum ut non velle mortuos tumulare, docere aut predicare. 6º quod excludit
opus inducens pia intencione quod deo proximo impenditur ut non velle loqui proximo aut filio. A talibus enim
non debet quis declinare pretextu iuramenti sed pia intencione vult ea facere. Hec archidiaconus in c. si aliquis xxii q.
iiii. Sunt enim talia iuramenta temeraria et illicita, eo quod contra [illegible] sunt, de quibus supra dixi. Et
hec servanda non sunt. Sed [illegible] auctor dicit et potest quis convenire. Si vero dubium est an iuramentum sit tenendum
vel non, tunc non potest convenire [illegible] auctore de quo per Innocentium et hostiensem in c. venerabilem de elec. Sed si non
est tenendum et hoc constat, et tunc aut est sponte prestitum, et tunc stat regula quod sit servandum ita notatur
xv q. vi. Si vero est per metum extortum, tunc aut metus fuit vanus et tunc non excusat ff. quod metus causa
l. metum et non de hiis que vi metusve causa fiunt c. ad aures et c. ad audientiam. Si vero metus fuit talis qui potuit
cadere in constantem virum tunc aut absolucionem non potest convenire [illegible] aut [illegible] ut in c. si vero de
iure iurando. Ubi notandum quod in omni iuramento subintelligitur ille condiciones tacite secundum host. et faciat hoc si deo
placuerit. Item si sibi placuerit, quia eius auctoritas videtur excepta xxv q. i § ubi [illegible] ipse [illegible]. Item si res in
eodem statu permanserit, unde in eo qui gladium suum deposuit et illum furiosus repetit, non teneor illi
reddere xxii q. ii ne quis. Item fidem servo in c. quemadmodum de iure iurando. Item si michi fidem servaveris unde
non servanti fidem non est fides servanda. Item si non facias quod promisisti non teneor de iure iurando pervenit
ii. Item si iuro tibi pecuniam reddere ad certum tempus spe future numeracionis intelligitur si pecunias numera-
veris C de non nu. pe. [illegible]. Item si iuro tibi solvere aliquid ad certum tempus vel diem intelli-
gitur [illegible] iudex [illegible], item ius superioris semper intelligitur exceptum in d. c. venientes de iure iurando. Item
si iuro tibi dare dotem intelligitur si nuptie fuerint sequte ff de iure do. l. stipulationem. Item si iuro
tibi tamquam regi vel episcopo te deposito vel deprivato non obligor. Item si iuro stare mandatis tuis pro offen-
sa tibi vel tuis facta subaudiens nisi [illegible] sit quod [illegible] illicitum [illegible]
quod talibus parendum non est. De multis aliis condicionibus plene tractat post doct. in dicto c. venientes [illegible]

Quod iuramentum metu extortum [illegible]

Tacite condiciones iuramenti [illegible]

Ho[illegible] [illegible]

**Votum quodlibet voluntarium simplex vel solenne de meliori bono emissum**
**Hominem sui iuris obligat, ac potestati aliene nonnumquam submissum**

Conclusio prima

Prima pars conclusionis patet per illud psalmiste: vovete et reddite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius offertis munera.
Et facit in c. [illegible] qui bis vel ter dicentem, quod utrumque in [illegible] obligat et in c. viso de vo. li. vi et patet ista pars
quia omnis qui vovet sponte [illegible] dicitur, et ubi spiritus ibi libertas xix q. ii due sunt et in c. licet de regul.
vovendum a principio voluntatis est, liberum est vovere vel non, postquam autem fuit emissum necesse est [illegible] consummare
ut in c. licet de voto. 2a pars patet quia clerici aut monachi potestati aliene submissi possunt vovere unum psalterium
vel aliud oracionem ubi nil mali potest contingere, nam bonum est [illegible] plus [illegible] ut dicit Innocentius in c. scripture
de voto. Sed dicitur in conclusione nonnumquam quod fallit aliquando quod illi qui in aliena potestate sunt non possunt vovere, sunt
episcopus qui non potest emittere votum per quod dissolvitur vinculum [illegible] quod est inter ipsum et ecclesiam sponsam
suam in c. licet de regul. Et dicit host. quod monachi sine licencia sui prelati possunt emittere votum peregrinacionis
de cons. di. v. non oportet, nam aliquod votum per quod oporteat eum suam ecclesiam relinquere [illegible] si forte [illegible]
neat religionem intrare [illegible] cum sufficit licenciam petere

[illegible] a pri[illegible]

votum [illegible] [illegible] et abstinencie potest facere
et votum [illegible] [illegible]
[illegible] licencia [illegible] de peregrinacione non
[illegible] [illegible] [illegible] habere non
[illegible] apud clericos [illegible]

**Ex facultate voti quod emittitur potius quam ex districti arbitrio**
**[illegible] non est obligatorium prout doctores sacri canonis constituunt**

patet [illegible] per [illegible] de voto et [illegible] votum est [illegible] [illegible] deliberacione facta

Sed illud quod ex facultate emittitur, quia sine deliberacione animi non firmatur, prima pars patet per Innocentium in c. [illegible] qui
[illegible] vel vo. Sed 2a pars patet ex prima parte conclusionis et post b. Tho. [illegible], nam mutacio vel absolucio ex voto e-
missa racionabiliter est implenda ita tamen ut [illegible] non sit gravior. Si tamen [illegible] homo [illegible] gravaret votum [illegible]
non esset obligatorium. Sed quia in hiis que ad se ipsum pertinet de facili homo fallitur in iudicando talia vota. Ideoque
[illegible] secundum arbitrium superioris sunt vel servanda vel permittenda, ita tamen quod si magnum gravamen
[illegible] ex tali observancia voti, et non esset facultas recurrendi ad superiorem, non deberet homo hoc observare, et similiter
quod vota huiusmodi de non [illegible] capud sabbato vel similia potius sunt deridenda quam observanda et tenet doct. [illegible]

[illegible] si [illegible] [illegible] servanda
non sunt quia [illegible]
[illegible] [illegible]

**Filiusfamilias vel cuius animus eius voluntas ex alterius arbitrio dicitur dependere**
**Voto non astringitur si eius superior consensum nolit adhibere**

patet [illegible] per c. si quis [illegible] xx q. ii et [illegible] sine [illegible]
et dominis voluntate non obligatur. b. Tho. [illegible], nullus potest firmiter se obligare ad illud quod est in aliena potestate, sed ad id solum quod est in
potestate sua, quicumque autem est subiectus alteri, quantum ad id in quo est subiectus ei, non est sue potestatis facere quod vult, et ideo non potest se obligare per votum
firmiter in hiis in quibus alteri subicitur sine consensu sui superioris, unde potest pater vel superior votum filii vel alterius [illegible], quia non [illegible] ita et ta-
men [illegible] [illegible] [illegible] et host. in c. scripture de voto, ut filius vel filia [illegible] votum non implendo post [illegible] [illegible] xxxii q. ii nolunt
[illegible] [illegible] parte vel in [illegible] potestate est [illegible] votum, si [illegible] [illegible] quod potest vel tutor [illegible]

Omne iuramentum ex quacumque causa habens ortum diuino non vergat in deteriorem exitum // intitum

Ab vnoquoque fideli firmiter debet obseruari, et contra ipsum sponte veniens non euadit mortis // prima pars patet per c. si non est et c. ad nostram de iureiurando et racionem [illegible] quod non vergit in deteriorem exitum vel licitum [illegible] aut utile. Secunda pars est de iuramento quod per ipsum periculum subitur ad quod vnusquisque tenetur ex precepto [illegible] prima pars patet per c. [illegible] xxij q. i ubi dicitur quod veniens contra iuramentum suum peccat mortaliter et consorcio fidelium debet carere, quia iuramentum in ingresso maius peccatum est quam homicidium, vnde ad hebre. vi dicitur quod homines per maiorem sui iurant et omnis controuersia eorum finis ad [illegible] secundum est iuramentum. Item contra ante in eo homicidis controuersia finis esset iuramentum, si homicidium esset grauius peccatum quam periurium, sequitur quod ille qui maiorem culpam homicidii commisit non deberet iurare [illegible] nota, vnde ex [illegible] quod in eo [illegible] peccatum [illegible] iuramentum [illegible] quod periurium per maiorem [illegible] quod periurium non [illegible] quandam nota denegatur, et ergo [illegible] ipsorum [illegible] per scriptores

Hec ex frequenti et incauta iuracione que in periurium dilabitur. Ex nouo testamento singulis catholicis omnino iurare prohibetur patet Math. v. ego dico vobis non iurare omnino [illegible] ad idem est [illegible] dicens si aliquis videat [illegible] vel [illegible] iuramentum hoc non fit quia ipsum malum est, sed ideo quia ex frequenti et incauta iuracione sepe solet committi malum vnde [illegible] xxxiij vir multum iurans replebitur iniquitate

Iuramentum quodlibet contra bonos mores factum nullatenus est obligatorium patet de cogn. et iura. [illegible]

Quod autem eciam papa licite potest infringi ac eius accessorium. Li vj et in l. contra [illegible] quia factum contra bonos mores factum non est obligatorium ff. de pact. l. si illud ergo nec iuramentum quod esset iniquum [illegible] quod esse non debet ut in c. [illegible] de iure iurando li. vj

In quolibet voto solempni ac iuramento licito papa ex plenitudine potestatis sue potest dispensare

Diuino tamen honori subest licet talis dispensacio iuris dispositioni repugnare prima pars patet per [illegible] in c. cum ad monasterium de statu monachorum. [illegible] in summa et [illegible] omnis medium [illegible] quod papa possit dispensare ex magna [illegible] loquendo eciam de [illegible] dispensacione [illegible] quia contra [illegible], nam si papa dispensaret in voto continencie sine causa [illegible] peccaret secundum [illegible] et [illegible] suasiue racioni, nam in quolibet voto intellectum est ut deo [illegible] placeat, sed in tali [illegible] credendum est quod deo [illegible] placeat, si subest vtilitas et contra votum faciat, ut [illegible] intelligi [illegible] votum qui se submittit dispensacioni [illegible] et qui magis eius beneplacito sit, ut in c. magnum de voto. [illegible] si tamen subesset [illegible] [illegible] possit dispensare quod monachus [illegible] [illegible] vel [illegible], quidem [illegible] se totum in holocaustum offerre deo [illegible] in eo quod sibi plus placeat [illegible] [illegible] placet ei quod [illegible] eius [illegible] et [illegible] [illegible] quia ipse [illegible] [illegible] et magis [illegible] [illegible] ergo non obstantibus [illegible] [illegible] [illegible] continencie et castitatis omnia opera [illegible] [illegible] eciam dicitur [illegible] [illegible] replent [illegible] [illegible] quia loquitur de castitate [illegible] quod papa in quolibet iuramento possit dispensare patet per c. debitores et c. [illegible] [illegible] q. vj quia [illegible] super quolibet voto ut dixi ergo [illegible] iuramento patet quia votum est magis obligatorium quam iuramentum, nam obligacio voti procedit ex quadam fidelitate quia deo debemus [illegible] ut ei [illegible] [illegible] obligacio autem iuramenti ex quadam [illegible] procedit quia ei debemus ex qua tenemur quod [illegible] illud quod per nomen eius [illegible] [illegible] omnis fidelitas [illegible] [illegible] et non [illegible], nam fidelitas [illegible] ad [illegible] videtur esse magis [illegible]

Autem episcopus potest volimi votum ac iuramentum licitum commutare ex causa redimi vel dispensari

Excepto transmarino pe. Pau. Iaco. apostolorum atque continencie que soli pape solent reseruari patet [illegible] de iuramento licito per [illegible] in c. debitores de iure iurando [illegible] quod episcopus dispensat in iuramento [illegible] et [illegible] et [illegible] [illegible] xv. q. vj nos sanctorum, et [illegible] idem dicitur quod in melius possit commutare nam si quis vouisset ire ad sanctum Iacobum et magis [illegible] esset ei ut [illegible] [illegible], non [illegible] quia [illegible] non possit [illegible] in voto ac in [illegible] ille in c. ij de iure iurando, ad idem est [illegible] [illegible] quod episcopus in omnibus votis dispensare et commutare potest exceptis duobus [illegible] qualitate personarum [illegible] vel vtilitate [illegible] in commutando [illegible] [illegible] superiore [illegible] consideracionem ad [illegible] [illegible], et ad [illegible] quas facere posset, aut [illegible] [illegible] implere in eundo morando vel redeundo, et ad laborem, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] valde [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] redimi donacio lxxxij dist. [illegible] Item quod in voto transmarino non potest episcopus dispensare patet per c. ex multa de voto. Item de votis apostolorum [illegible] [illegible] Item [illegible] romani [illegible] soli pape [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] et eciam patet ex confessionalibus [illegible] Item de voto continencie patet per c. cum ad monasterium de statu monachorum vbi dicitur quod abdicacio proprietatis et custodia castitatis adeo est annexa regule monachali, quod nec summus pontifex possit licenciam indulgere, et [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible] [illegible] intelligitur hoc dictum [illegible] non contingit [illegible] sine causa ut supra [illegible] est [illegible]

144

quid enim si tota xpianitas vel eciam pro eius esset in periculo nisi monachus fieret rex quia non essent alius forte qui sciret aliquod regnum regere nec posset nisi monachus, nonne diceretur quod fiat rex, non tamen [illegible] debet fieri

vbi dicitur quod nullo debet veniendo contra iuramentum [illegible] vel si iuramentum vergit in malum [illegible] exitum

quod licitum debet [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de peccato ut quod iuramentum [illegible] [illegible] 22 q. 4 c. i

Non obstantibus dictis solempnis non est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

## V. Pascha nostrum oportere lunarium aprilis mensis regulam servandum sit semper post equinoctium vernale kalendariis annotatum

Pro parte affirmativa est Beda in libro de temporibus et computo ubi dicit Neque enim fraudi pasche regula est quod ut equinoctium vernale plenilunio succedat primum, tempore patet, verum pascha debet coincidere figurali, sed figurale servabatur in plenilunio post equinoctium primi mensis ergo et verum non debet ab illo deviare. Sed pro parte negativa est usus ecclesie et practica presentis anni ubi pascha non celebrabatur xiiii die, nec dominica sequenti, sed 2a dominica subsequenti. Hoc etiam patet per expositionem Exodi xii ubi ponuntur ritus paschales ubi non fit aliqua mencio equinoctii, sed tantum primi mensis et tempore in eo septimane scilicet a vespere xiiii diei usque ad vesperum xxi diei.

Pro decisione presentis questionis considerandum quod ipsa stabit in tribus articulis, primus erit paschalis divisionis et differentie ostensivus, 2us erit ortus et cause huius diversitatis assignativus, 3us erit presentis questionis decisivus. Circa primum ad presens ex notabilibus breviter ponendis iiii propositiones assignabimus. Secundum quod primo, quod duplex pascha invenitur in titulo questionis scilicet pascha vetus et hebreorum, et pascha novum et nostrum fidelium. Primum pascha est iudeorum phase dictum ut patet Exodi xii est enim phase id est transitus domini, ubi dicit magister in historiis dicitur transitus, quia ea nocte immolationis transivit angelus per egiptum percuciens primogenita egipti ab homine usque ad pecus, et transivit super tecta hebreorum lita et tincta sanguine scilicet in postibus domorum. Et aggressus est israel iter transeundi ab egipto. Hoc itaque pascha temporale carnale et figurale fuit. Et hoc pascha celebraverunt Iudei mense primo qui dicitur mensis novorum luna xiiii. Aliud est pascha nostrum fidelium, quod proprie nostrum dicitur eternum spirituale et verum pascha nominatum, transitum de morte ad vitam significans, docens de terrenis delictis ad celestes mutare gressum ut dicit Beda. Dicitur itaque pascha nostrum et nove legis quia nos facit transire triplex scilicet de carne ad spiritum, de presenti ad futurum, de mundo ad celum. 2o notandum quod duplex est quedammodo ordinatio paschalis observationis quo ad pascha nostrum, prima est primaria constitutio et prima ordinatio, 2a est consuetudinaria et usualis paschalis celebritatis observatio ~~quo ad pascha nostrum~~ primo. Circa ad primariam constitutionem de observatione paschalis celebritatis solemnius constitutum quod ut dicit ysidorus vi libro ethimologiarum in primordio fidei christiane ecclesia primitiva cum iudeis pascha celebrabat quocumque die occurreret, deinde post annum scilicet circa annum domini cc Sanctissimus victor papa fecit fieri concilium in alexandria palestine per theophilum ibidem episcopum ubi fuerunt simul s. Narcissus hyreneus et alii sancti viri ubi statuerunt pascha non debere celebrari ante xi kl. april. Et quod semper die dominica pascha celebrari deberet observata luna xiiii april. Et hoc generaliter assumptum est per sanctam catholicam ecclesiam et anno domini ccc xxv sub sancto Silvestro papa in Nicena synodo confirmatum est in qua prohibitum fuit fidelibus celebrare pascha cum iudeis, constitutum fuit ergo celebrari in dominica proxima post plenilunium primi mensis, qui est mensis novorum primum plenilunium post equinoctium vernale secundum venerabilem Bedam in libro suo c. lxi. Et patet etiam per venerabilem Rabanum episcopum in suo libro de computo ubi dicit, Nota est ad observandum vera et clara ut dicamus pascha ante equinoctium tenebrasque deinceps non immolandum. Alia autem est ut dixi ordinatio paschalis observationis que dicitur consuetudinaria et usualis, et est illa que in huiusmodi celebratione sequitur annotationem kalendarii quo ecclesia utitur. In quo supponitur equinoctium vernale semper esse xii kl. april. et etiam primationem lunationum esse ubi in kalendario suas habent annotationes sive signaturas per aureum numerum designatas. 3o considerandum quod verum vernale equinoctium et lune primationes sive novilunia vera ab equinoctio in kalendariis designato, et primationibus per aureum numerum designatis valde pro tempore currenti dissonant et se invicem elongantur. Quod patet quia verum equinoctium reperitur super v. id. marcii cum tamen signatura equinoctii sit super xii kl. april. ut ponunt auctores Beda et Raban, nam dicit Beda libro suo c. xxx. Sicut in tempore paschali diximus, equinoctium vernale xii kl. Aprilium die omnium orientalium sive egyptiorum annotatione. Constat autem quod hec duo loca in kalendario distant per x dies. patet idem de primationibus vel coniunctionibus solis et lune quia ex tabulis inveniuntur primationes seu coniunctiones precedere signaturas suas in kalendario per iiii dies

9° r

et per consequens etiam oppositionis sicut patet in anno iam currenti, quod vera coniunctio paschalis fuit in crastino
Gregorii, signatura vero kalendarii est xvij kl aprilis. Et ex hiis satis declaratur quod non incongrue
fuit ad propositum quod per verificandum et signandum vel annotandum sunt equinoctia primacionum vel coniunctionum
oppositiones vel plenilunia distinguenda. Quod patet ex notabili. Cum enim localiter distent verum equinoctium
et eius signatura, patet quod aliter ut videtur alterum dici equinoctium verum vel verificandum, alterum vero signatum
ut distinctio eorum apercius exprimatur. Sic etiam de lunacionibus et primacionibus ac pleniluniis possit declarari

**Auctoritas divina testatur et veteres quod Iudeorum pascha quod phase dicebatur Iudaico ritu in luna plena transacto equinoctio servabatur**

Auctoritas divina patet Exodi xij ubi dicitur xiiij die mensis primi immolabit eum universa multitudo filiorum Israel
ad vesperum et infra: habebitis autem hunc diem in monumentum, et celebrabitis eam solennem domino in generationibus
vestris cultu sempiterno. Auctoritas patrum veterum hebreorum patet per Eusebium doctorem fidei catholice. Rabanus li° de computo
c. lxij ubi dicit, non enim mea tantum tempora, sed etiam legalis et mosaice dicunt instituto, non ante transcensum
huius equinoctii diem festi paschalis esse celebrandum, sicut docent Philo et Josephus et eorum anti-
quiores, ubi et adducit testimonium lxx translatorum et dicit Aristobolus ex Paneada qui unus quoque ille
lxx fuit qui missi fuerunt a pontificibus Iudeorum ad Ptolomeum regem grecorum libros hebreos inter-
pretari in grecum sermonem, regi igitur multa proponenti et percontanti dixerunt, pascha non prius
esse immolandum quam equinoctium vernale transiret. Circa quod pro clariori intellectu notandum est verbum domini
doctor Ni. de Lira super iij c. primi Esdre ubi dicit primus mensis Iudeorum semper incipit a lunacione proxima
equinoctio vernali, supple vero secundum tabulas lunares sit ante equinoctium sive post sive in ipso equinoctio

**Racionabiliter itaque a patribus christianis facta fuerat ordinacio Ut dominica prima post phase hebraicum pasche nostre fieret observacio**

Ut hec ordinacio et institucio sic facta fuit a patribus patet ex 2° notabili. Et quod racionabiliter ostendit Beda li-
bro ... c. lxi dicens: Cum in veteri testamento tribus argumentorum indiciis paschale tempus sit observari
preceptum, videlicet ut post equinoctium, ut mense primo, ut tercia eius septimana, idest a vespere xiiij
lune quod est initium quintedecime usque in vesperum xxi terminum paschalis celebretur. Quartam nunc eius obser-
vacionem etiam est nobis a tempore dominice resurrectionis imposita, ut cum equinoctio transcenso luna primi
mensis quintadecima vespere ortum fecerit videlicet non statim ad faciendum pascha properemus, sed dominicam
diem qua ipse Christus pascha id est transitum de morte ad vitam, de corruptione ad incorruptionem, de pena ad gloriam
resurgendo fecit digne est expectantes in ipso tandem congrua pasche solemnia celebremus

**Sed tamen pro lapsu temporis quod perinde non servatur paschalis primitiva institucio Ob viciosam notam kalendarii plus et plus veri equinoctii et primacionis precedat a tempore**

Iam dico non solum pro parte sed summo vult ergo propter quod iam contingit et amplius in futurum contingeret
ecclesie discordare a primaria constitucione de celebracione pasche. Quod probatur et ostenditur, primo quod contingit
quasi discordanciam in integro mense, quod probatur quia accidit quandoque verum vel verificandum plenilunium cadere inter
equinoctium verum et signandum, et tale esset paschale plenilunium secundum precedentem 2am propositionem et secundum prima-
riam constitucionem, que attendebat equinoctium et plenilunia vera sicut attendunt Iudei, non tamen est paschale
secundum observatam ecclesie consuetudinem que attendit signaturas kalendarii tamen utitur in nostris. Et ut magis
appareat propositum declaratur grosse et exempli sic: Summatis tres annos cicli lunaris scilicet viij xj et xix secundum
veram et verificatam lunacionem plenilunium cadet inter equinoctium verum et signatum. Et quia tale signatum
non est plenilunium paschale secundum ecclesie consuetudinem, et tamen esset secundum plenariam constitucionem ecclesie. 2°
ostenditur huius discordanciam quod stat in una ebdomada quod patet de illa dominica que in lunacione paschali
cadit inter plenilunium signatum et verum vel verificatum, vel etiam super plenilunium signatum. Talis dominica
esset paschalis dies secundum constitucionem primariam cum sit proxima post verum plenilunium equinoctiale. Sed
tamen non est dies pasche secundum ecclesie consuetudinem. Eo quod non est post signaturas dominica sit proxima post plenilunium equi-
noctiale signatum. Et sic accidit in hoc anno, quod quidam non advertentes pluries dominicabant in eb-
domada quod fuerat ... itaque duobus etiam solennes ecclesie aliqui errarent ... et aliqui plus
servantes ieiunium in iiijor ebdomadis quam debuerant, aliqui vero in ebdomada defecerunt. Et tale periculum etiam ad hoc
accedit ... copiatorum non bene ordinatorum et non bene intellectorum quod propter aliqui ... se-
culares sequuntur quaresma et corelaria propter hanc accidunt

Unde in mense quandoque, quandoque vero quo ad ebdomadam accidit
Quod paschalis usualis observancia a primordiali ordinacione decidit vel deficit

patet satis ex propositione precedenti et eius declaracione, et quo ad mensem patebit in anno futuro, sed quo ad ebdomadam patuit in anno presenti ut dictum est.

Quo ad secundum articulum

qui erat originis et cause huius deviacionis assignacio, primo ponam unum notabile, deinde adiungam plures propositiones. Noto igitur quod origo et causa quare communis observacio paschalis dissonat consonancie primordiali est ex duplici anticipacione successive per diuturnitatem temporis iam facta et augmentata in tantum quod pro omnibus satis esse manifesta. Quarum una est equinoctii quod scilicet signatum in kalendario posita. Alia est primacionis sive quintadecime lunaris respectu etiam sue signature in kalendario posite. Et provenit hec anticipacio ex inconsideracione vere quantitatis anni quo ad equinoctium, et vere quantitatis lunacionis quo ad anticipacionem quintadecime et primacionis. Quo ad primum autem considerandum quod Julius Cesar apponens kalendario tunc temporis ultimam correctionem, fecit annum constare ex 365 diebus et vi horis, quod est quadrante, quo fit ut dies unus addatur in anno quarto scilicet bisextili. Hanc itaque anni quantitatem tamquam veram assumpserunt omnes antiqui doctores Augustinus 4 de trinitate, venerabilis Dyonisius, Romanus, venerabilis Beda in suis libris de temporibus, venerabilis Rabanus archiepiscopus Moguntinus in libro quem inscribit de compoto Rabani, quorum scripta adducere non est necesse nunc propter. Supposita igitur quantitate anni Julii tamquam vera et perfecta, cum tamen bene considerata ex peritis tabularum et instrumentis astronomicalibus ipsa superfluit in parte unius hore secundum Johannem de Sacrobusto, et satis concordat cum quodam alio in theoricis et pericia tabularum qui ponit quod superhabundet in una hora quinque minutis et xlviii secundis et fere idem redit quo ad minuta sed superexcedit in secundis. Algorismus in compoto ecclesiastico ponit octo minuta et hoc esse v. partem unius hore et sic post centum xl annos esse subtrahendum unus dies. Et ita autem in suo kalendario quantitate Julii Cesaris quamquam recte sensibilis sit vix usque in presens tempus. Quo ad secundum autem scilicet quantitatem lunacionis, utuntur etiam aureo numero utentes secundum anticipacionem Julii, qui estimant quod post circulum decemnovenalem cicli lunaris vel aurei numeri annorum in kalendariis annotatam redirent primaciones quintadecime et ceteri in eadem. Sed fallitur in quolibet ciclo decemnovenali per unam horam et tertiam unius ut dicit idem Johannes de Sacrobusto in suo compoto philosophico. Et inde venit quod vera media quintadecima iam recessit ab annotacione sua ad iiii dies et fere viii horas. Sicut et equinoctium precedit suam annotacionem ultra x dies ut etiam in primo articulo de hoc visum est.

Quia vera anni solaris quantitas et lunacionis integre non pensatur
Causa est quod paschalis solemnitas iam ex primordiali eius regulam non servat

Propter quod computus ut dictum est supponit anni quantitatem habere 365 dies et quadrantem, et in tantum hoc computus suam ordinat pascha et alia mobilia festa secundum signaturas in kalendario annotatas secundum quas in principio fuit ~~gradua~~ conveniens tamen signature quod signati vel saltem non notabiliter distantis, et tunc non discordabant pascha et alia festa mobilia a primissima institucione sue regule. Sed iam est magna discordia, et distancia notabilis quia cum computus non pensat sed inadvertit in suis kalendarialibus signaturis, unde fit quod pascha sepius secundum primacionis suam regulam intencionis non servat, sicut satis patet de quantitate lunacionis ut in notabili ponebatur quam relinquit gradu vera.

Hinc est quod quanto huiusmodi causa incrementum suscepit
Tanto magis consonancia originalis festi pasche deperit

Quia ut dictum est distancia est causa huiusmodi dissonancie, quanto distancia magis augmentatur et accrescit tanto sequitur dissonanciam tamquam eius effectum maiorari, prout iam in tribus signaturis sit dissonancia quo ad mensem ut patuit in primo articulo et aliquando in futuro continget in pluribus.

Cum signatura ad locum veri signati transponitur
Fit reformacio consonancie prioris festi paschalis tempore

Hec propositio addit ad remocionem huius dissonancie et reduccionem festorum mobilium ad consonanciam primordialis institucionis et per consequens kalendarii primordialem reformacionem per solius signature transposicionem. Sic verificatur et quidem declarando

Alius ponit quod tantum sint dies quod in centum annis subtrahatur unus quamvis iiii anni supersint

Pro reductione ad priorem consonantiam

si deberet pugnari ad equinoctium de loco suo scilicet xii kl aprilis et poni ad v ydus aprilis, et simul terminus paschalis et quorundam aliorum festorum mobilium secundum exigentiam huius equinoctii. Et plus sunt de preparacionibus et quantitatibus lune quod omnes disponantur tempore competenti ad congruas sicut antiquitus fuit eorum erat ut videlicet kalendarium reformetur et in celebratione pasche perfecta concordia, que propria sunt hec reformacio in concilio Basiliensi scilicet quod non fuit unus ultra centum in concilio fuit postergata

**Et ut permansiua permaneat hec reformacio post annos aliquot certi bissexti fiat ablacio** Quia hec reformacio kalendarii in proposicione illa tercia proposita residuam anticipacionem et dispensacionem non emendat, et reformatam consummatam invariabilem non conservat, quia per eandem causam que nunc est facta semel, anticipacio denuo poterit iterari. Ideo ista propositio quarta dicit modum quo dicta reformacio conservetur ut scilicet per hoc errore defectus iterum videamus. Et declaratur sic supposita opinione magistri Joh. de Sacrobusto in suo computo philosophico quod totus annus qui est secundum ordinacionem kalendarii superfluat in xxxii parte unius hore ut tactum est in notabili i; statim hic post 288 annos unus dies est superfluus. Et per consequens si tunc semel bissextus dies dimitteretur, reformacio salvaretur etc. Quod idem vult propositio proposita, aliis autem videlicet alia quantitas anni et secundum illam proporcionaliter foret agendum et subtrahendum etc. Adhuc propositio maneret in sua veritate. Et nisi fieret sic autem conclusio sicut patet propositio propositionis quod ab ds processu temporis contingeret inconveniens quod festum pasche coincideret cum festo nativitatis Christi et quod antecederet ipsum si mundus duraret

Articlo iii

**Quantum ad articulum tertium** qui erat utrum finis propositionis contineat Notandum est quod beatus Aug. in epistola ad Casulanum que est de ieiunio sabbati dicit mores populi dei et instituta maiorum pro lege sunt tenenda, et sicut prevaricatores legum divinarum ita contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi. Quod etiam dicit Gre. Consuetudo si sit racionabilis est tenenda. Consuetudo autem racionabilis est que a iure probatur et quam ecclesia Romana servat et precipit observari. Pro quo intelligendo dicit b. Tho. prima 2e q. 97 arti. iii. hic per actus multiplicatos qui consuetudinem efficiunt potest mutari lex et exponi et etiam aliquid causari quod legis virtutem obtineat, maxime scilicet per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus et racionis conceptus efficacissime declaratur. Cum enim aliquid multotiens fit videtur ex deliberato racionis iudicio provenire, et secundum hoc consuetudo habet vim legis et legem abolere et est legis interpretatrix. Hec dicit s.

1 **Servari debet pascha nunc penes universalis ecclesie ritum ratum Secundum notam cicli lunaris et equinoctium in kalendariis annotis** Probatur, quia consuetudo racionabilis etc. habet vim legis et est legis interpretatrix ut ex notabili i. Sed quod conclusio proponit est ritus servandi paschale festum ex consuetudine etc. ut ex eo dicta et per tabulas mobilium festorum Bede, Rabani et Garlandi, que fundate sunt super equinoctium et ciclos decemnovenales, tamquam notas lunacionum prout sunt in kalendariis ex antiquo annotata. Ergo ita servari debet, quod proponit propositio.

2 **Hic itaque paschalis ritus patrum usu introductus tempore tam olim Preter universalis ecclesie auctoritatem non est infringendus quovis** Probatur quod est introductum in consuetudine per universalis ecclesie cognicionem consensum et practicam non est preter eius auctoritatem dissolvendum et infringendum, immo tales ut scismatici et contemptores ecclesiastice consuetudinis essent compescendi et coercendi ut ex notabili. Sed sic est de ritu paschalis observationis scilicet quod est introductus per universalis ecclesie cognicionem consensum et practicam, propter quod ut dicit magister Joh. predictus in generali concilio celebrari est aliquid de kalendario transmutari, et ergo oportet nos huius usum sustinere quod prima proposito

3 **Expediret ritum paschalem per preces sanctam constitutionem reduci primariam Et ut videlicet ad illam renovari annotacionem kalendariam** Patet quod nisi aliqua in brevi fieret reformacio et renovacio quam proponit propositio post certos annos contingeret celebrari pascha vel etiam sextam feriam parasceves et passionis Christi in coniunctione solis et lune, quod esset inconveniens propter eclipsim miraculose factam tempore passionis Christi et supernaturalem ut dicit b. Dyo. in epistola ad Policarpum, que tunc sic putaretur esse facta naturalis, eo quod tempore coniunctionis naturale fieri potest. Et hiis post sic propter [illegible] etiam et alia inconveniencia adduci possent de quibus supersedeo causa brevitatis, utpote quod festum pasche contingeret in solsticio estivali futurum aliquibus temporibus, si mundus iste intantum duraret

Proposicio ad questionem propositam affirmativa et finalis
iuxta moderamen dictorum probabilis est responsio

Problema primum

**Unde est quod homo perfectissimum animalium asseritur inter omnia animalia magis a suo esse naturali pervertitur**

Hominem a suo esse naturali perverti sit duplex scilicet corporale et spirituale secundum quod homo ex duobus componitur. Si igitur intelligatur de corporali perversione a suo esse naturali id est quod homo corporalibus malis et pluribus morbis affligitur quam animalia ~~omnia~~ alia corpora, sic tangit hoc problema Aristoteles libro suo problematum particula x et ibi solvit, et Petrus paduanus ibidem dicit quod homo in adolescentia frequenter non utitur regimine convenienti in vita, et morbis pervertitur et ad plures pravas dispositiones disponitur et inclinatur, nobilitas etiam complexionis et tenuitas compositionis non bene et moderate recta facit eum pluribus morbis permutantibus subiacere, alia de hiis et aliquo petris facit medicine. Si autem intelligi de spirituali perversione sic secundum mores contingit hominem perverti ab esse naturali rationali in beluam immo in aliquid deterius belua et hoc quia rationalis est secundum animam; rationalis autem potentia valet in opposita, propter quod aut plus aut minime ut dicit predictus Petrus de padua. Potest homo perverti et depravari cum stat a lege et iustitia recedere et omnis iniquitatis causa, et huic dicto bene concordat doctrina alani in maximis theologie secundum cuius sententiam possumus hic dicere quod sicut homo per caritatem a thesi sue nature in apothesim quasi ascendens est deificatus, sic homo per maliciam et pravitatem bestialis a thesi sue nature in ypothesim prolapsus descendens est bestificatus. Pro declaratione dicit alanus ubi supra: thesis nature hominis est cum ratione regitur in malis cavendis et bonis prosequendis. Apothesis hominis est ascensus hominis ad superius, cum quasi homo per virtutum excellentiam et altissimorum contemplationem deificatur, et illud competit viris perfectis et excellentiam viro, que dicitur virtus heroica id est divorum quam secundum Aristotelem vii ethicorum virtutem heroicam nominamus. Sed ypothesis hominis est cum homo a statu humane nature et rationis diminuitur et pervertitur degenerando per vicia, et hoc fit per sensualitatem, per quam fit homo, homo peior, et homo belua, immo peior omni belua, immo secundum Aristotelem loco allegato peior decies milies belua; plura enim vicia mala faciet homo malus bestia, qui plura de hoc desiderat videat boecium de consolatione philosophie libro iiii.

**Sal aqua frondes herbe vinum et cetera sacerdotalibus benedictionibus benedicta aliis non benedictis eiusdem speciei superemineat virtute non ficta**

Ratio breviter asserere pro ex tribus, quod ex parte facientis est auctoritas, ex parte rei benedicte nominatas, sed ex parte hominis utilitas. Auctoritas est duplex scilicet primordialis et institutionalis. Primordialis est a deo et sanctis viris ecclesie, que in solempnibus suis festivitatibus sibi fieri volunt et ordinant, ad instar hymnorum sanctorum solempnia exorcismata, benedictionum laudum et graciarum prefationum, et fatuum esset dicere quod carmina esculapii, dioscoridis et plinii superstitiose valerent, et orationes ecclesie non valerent. Sed institutionalis auctoritas est in predicante sacerdote, cui in collatione ordinum manus imponitur et manus benedicuntur ut ea que benedixerint benedicta sint; cum ergo sacerdoti ex ordine traditum est ut benedicat, et eius benedictionem effectu frustraretur, fatuum esset dicere quod quecumque carmina vetularia valerent, et sacerdotis benedictionem ex officio sancte et cui ex ordinis auctoritate benedicere competit nihil valeret. Utilitas autem ut benedicantur est in rebus ut repellatur perversa nequitia et infestatio malignorum spirituum, dicitur Gen xxxii in modum semper afflictionem instorum appetitum, cor enim tota est ad malum, et fatigationem bonorum et ideo elementa sepe turbant tempestates in mari et in aere grandinem fecerunt terre corrumpunt et devastant. Benedicuntur ergo res divinitus ut repellatur eorum perversa nequitia bonitate creatoris invocati, qua tamen ligati instar immansuetarum bestiarum ne noceant, quemadmodum volunt et possunt. Ex hoc etiam patet secundum utilitas ex parte hominis, nam demon cum sit in eo est affectus corrumpere omnia que in usum veniunt hominum, non solum bonorum sed et malorum, ut eos insidiis teneat vel in perfidiam perducat, ut ad phitones et alios divinos et superstitiosos recurrere compellat. Benedicuntur igitur ut bonitate creatoris in virtute naturali conservatorum, salutaria et salutifera reddantur. Unde pro clarificatione huius dictorum dicit glosa doctoris Guil. parisiensis in libro de fide et legibus parte ix si forme terre que solummodo herbarum agrorum insignum habent virtute accipiunt per benedictionem summi pontificis ut fulgura arceant et compescant ne ledant eos qui illas detulerint, si campane virtutem in sua consecratione et benedictione accipiunt vt tempestates et fulgura nihil ledere possint in regionibus in quibus ponuntur coram eo tempore audiuntur sunt; sic sal et aqua per exorcismos et benedictiones virtutem effugandi demones recipiunt; sic cerei que benedicuntur in festo purificationis beate virginis virtutem arcendi fulgura ex benedictione illa suscipiunt et de aliis benedictis; sed intelligendum est quod ista hec non sunt nisi omnipotentie virtute creatoris, sicut tale sigillum vel aliud signum principis populi conductus [illegible] deferens et securos efficit ne eos noceri ab hiis qui regi subsunt non propria virtute sed propter regia et voluntate. Sic huiusmodi res vel signa non virtute aliqua que eis insit alia preter naturali sed omnipotentis virtute et beneplacito creatoris illesos a periculis nocumenti protegunt hiis vtentes. hec de intencione cuiusdam doctoris. Sequitur illius doctoris verbis post pauca dubio. Si quis dicat que est virtus ista, [illegible] scio quod est pietas divine specialis assistencie que conuenit huiusmodi res benedictas et certis oracionibus, benedictionibus et exorcismis

De consciencia ✓

## Delinquens contra consciam erroneam Grauius peccat quam agens secundum eam

Pro parte affirmativa arguitur: quicumque semper peccat mortaliter magis peccat peccante hoc est mortaliter. Sed omnis delinquens contra conscientiam erroneam peccat semper mortaliter, agens vero secundum eam non peccat nisi mortaliter, ergo etc. Maior nota. Sed minor pro prima parte patet quia agens contra conscientiam edificat ad gehennam vt xxviii q. i c. ex hiis et in c. litteras de restitucione spoliatorum; sed gehenna non debetur nisi pro peccato mortali. Pro 2a parte minor patet quia non omnis error a quo surgit conscientia erronea inducit peccatum mortale, quia si modicum plus comedam vel bibam quam debeam et in hoc ago secundum conscientiam erroneam, non tamen pecco mortaliter vt in c. tantum xxv dist. Pro parte negatiua arguitur: non omnis delinquens contra conscientiam erroneam peccat. Probatur quia omne peccatum dicitur peccatum quia actum committit viciosum vel obmittit faciendum. Sed agens contra conscientiam aliquando non agit actum viciosum nec obmittit faciendum, ergo etc. Antecedens patet quia omne peccatum consistit in committendo aut obmittendo. Sed antecedens patet quia si quis opinaretur quod teneretur ad ieiunium xlale sine assumpcione cibi sicut et et obmitteret, non committeret actum viciosum nec obmitteret faciendum, et tamen ageret contra conscientiam, ergo etc. Propositam questionem [illegible] ambiguum quia in ipsa considero in tres principaliter articulos, quorum primus erit de eo quod fit contra dictamen conscientie vtrum semper reddatur ex hoc peccatum et illicitum etiam si de se bonum fuerit, quod hoc supponitur in titulo questionis. 2us vero de eo quod fit secundum dictamen erronee conscientie vtrum sit tale per hoc excusetur si de se illicitum fuit et malum, non quod non in 2a parte questionis ponitur tamen. Tercius, posito quod secundum vtrumque committitur peccatum, peccata talia ad inuicem peccatis grauitate comparabitur, vtrum quod eorum grauius sit, simul deducendo quod nec sit hominem contingit fieri simpliciter perplexum qui possit peccatum euitare, de quo quidem primum in questione queritur. Veniendo igitur ad articulum primum, notandum quod nomine conscientie secundum quod colligitur ex doctoribus scribentibus super magistrum in 2o dist. xxiiii et xxxix multipliciter sumitur. Vno modo pro re conscita, sicut pro spe bona de dei amicicia, sicut et fides quandoque sumitur pro re credita, et et hoc modo sumitur apostolus i Thi. i: Caritas procedit de conscientia bona. glo. i. spe. quia ex intus que conscientia tenet motus spei insurgit; et hoc modo dicitur: dico tibi conscientiam meam, i. illud quod est in conscientia mea; et gen. xliiii: non est in mea conscientia quis posuit eam in marsupiis vestris. Et vt in pluribus de conscientia hoc modo sumpta loquuntur doctores antiqui. Dicit enim Joh. damascenus: Conscientia est lex intellectus nostri. Lex autem est illud quod per conscientiam nobis [illegible]. Sumitur 2o conscientia pro eo quo conscitur, sicut habitum, sicut et nomine scientie. 3o sumitur pro ipsa potencia consciente. Et Quarto pro actuali eius consideratione, i. pro actu assensus vel credulitatis. Racio autem huius distinctionis vt concordat beatus tho. in q. disp. de veri. q. xvii ex eo oritur quod non conscientie actus sit. Circa actum autem consideracionem obiectum, potencia, habitus et ipse actus, ideo quandoque exprimuntur quidem nomine ad illa quatuor equivoce, sicut de hoc nomine intellectus patens liquet. Sed tamen quia secundum aristotelem ii topicorum nominibus vtendum est vt plures, in huiusmodi nominationibus sequendus est vsus loquentium. Cum etiam secundum [illegible] fit de nominibus disputatio et altercatio, non ad placitum sequitur, variis difficultatibus dimissis que principaliter intentum non tangunt, sed vtendum veritas dicitur actum quod aliquorum aliorum. Et si actum vtrum ad cognitiuam potenciam pertinet vel affectivam. Ad quod primum videtur dicendum cum beato tho. quod

Consciencia multis modis sumitur. primo dicitur res conscita

2o pro eo quo conscimus
3o pro potencia consciente
4o pro actu credulitatis

Conscientia quid sit

perceptis simul per actum potest venire in cordis locutionem ut solvere et ligare dicitur. Sic itaque conscientia nihil aliud est quam assensus vel acquiescentia intellectus, ad aliquid faciendum vel non faciendum. Et dicitur conscientia quasi cum alio scientia, eo quod per eam scientia universalis ad actum particularem applicatur, vel etiam quia per eam aliquis sibi conscius est eorum que facit vel facere intendit, propter quod etiam interdum scientia vel dictamen rationis dicitur. Ad quorum intelligentiam oportet quod ut dicit philosophus vii ethicorum, ratio in eligendis et fugiendis quibusdam syllogismis utitur. In syllogismo autem triplex est consideratio secundum tres propositiones ex quarum duabus tertia concluditur, quod etiam in proposito contingit, dum ratio in operandis ex universalibus principiis circa particularia iudicium assumit. Et quia universalia principia iuris ad synderesim pertinent, rationes autem magis ad opus appropriate pertinent ad habitus quibus ratio superior et inferior distinguitur. Synderesis in hoc syllogismo quasi maiorem ministrat, cuius consideratio est actus synderesis, sed minorem ministrat ratio superior et inferior, et eius consideratio ipsius actus est. Sed consideratio conclusionis eliciende est consideratio conscientie. Verbi gratia synderesis hanc proponit: omne malum est vitandum; ratio superior hanc subsumit: adulterium est malum quia in lege dei prohibitum; vel inferior sic: adulterium est malum quia indecens et inhonestum. Conclusio autem que est: hoc adulterium est vitandum, ad conscientiam pertinet. Et indifferenter respicit conscientia preterita presentia et futura. Nam accusat mentem de preterito, id est secundum mentem accusat de hoc quod sibi conscientia reprehendit, sicut de malo commisso et bono omisso; remurmurat de presenti condicendo eis quorum per conscientiam habitum oppositum; precavet demum de futuro, quod instruit et stimulat mentem ad ea facienda vel vitanda ad que ipsa conscientia indicat nos teneri. Que ut singula luculentius pateant advertendum venit quid sit synderesis, quid ratio superior et inferior.

Quid sit synderesis ratio superior
inferior

Unde dicit b. dyo. vii de divinis nominibus quod divina sapientia coniungit principia secundorum ultimis priorum, quia ut in libro de causis ostenditur in ordine causarum oportet quod causa precedenti subveniat, quod esse recipit, nisi secundum quod aliquid recipiat de perfectione eius, quod quidem inferiori modo est in secundo ordine quam in primo, unde et hoc quod inferior creatura de similitudine superioris participat est supremum in inferiori et ultimum in superiori, quod est deficientius receptum in inferiori quam in superiori sit. Inter creaturas autem talis est ordo ut primo sit angelus et secundo anima rationalis, et quia anima rationalis corpori iuncta est, ideo cognitio debita sibi secundum proprium ordinem est cognitio que a sensibilibus in intelligibilia procedit, et non pervenit in cognitionem veritatis nisi inquisitione previa, quare etiam ratio cognitio rationalis dicitur. Quia vero angelus simpliciter incorporeus est nec corpori unitur, cognitio sue nature debita est ut simpliciter sine inquisitione veritatem apprehendat, propter quod intellectualis nominatur. Oportet ergo quod in anima rationali, que angelo in ordine creaturarum coniungitur, sit aliqua participatio intellectualis virtutis, secundum quam aliquam veritatem sine inquisitione comprehendat, sicut apprehenduntur prima principia nature cogitationum in speculativis quam in operativis, unde et talis virtus intellectus vocatur secundum quod est in speculativis, sed secundum quod in operativis est synderesis dicitur, quam etiam hec virtus scintilla rationis congruenter appellatur, quia sicut scintilla est modicum quid ex igne evolans, ita hec virtus est quedam modica participatio intellectualitatis respectu eius quod de intellectualitate in angelo est. Et beatus Ieronimus super Ezechielem i c. aquilam eam nominat, quia sicut aquila cetera animalia transcendit in volando, ita et hec virtus transcendit rationem, que per hominem significatur, concupiscibilem que per vitulum, et irascibilem que per leonem. Hec synderesis sive actus sive habitus nominetur, inclinat naturaliter ad bonum et remurmurat malo, et est pr in agibilibus sicut intellectus in speculativis, quam et lex nature dicitur, prout a natura inest. Synderesis vero prout ad optima inclinat. Nam dicitur synderesis a syn, id est con, et eresis, electio, quasi collectio, eo quod per medium principii agibilium contrarie … et est in electione agibilium, sicut habitus qui intellectus dicitur in speculationibus speculandis ut sicut intellectus est illorum: omne totum est maius sua parte, quodlibet est vel non est, sic synderesis est talium: nullum malum est faciendum, bonum est prosequendum, quod tibi non vis fieri rationabiliter et ex debito alteri ne feceris, quod tibi vis fieri rationabiliter et ex debito alteri facias et similia, quam patet quod nihil aliud est synderesis nisi habitus quidam naturalis quo naturale

Sinderesis differt a libero arbitrio

quo naturaliter inclinamur ad bonum et resistimus malo, siue quo naturaliter iudicatur bonum prosequendum et malum fugiendum, et differt a libero arbitrio, quia liberum arbitrium dicit potentiam que est ipsa voluntas, prout habet ordinem ad iudicium intellectus de rebus eligendis. Sed sinderesis dicit habitum talem intellectualem quo iudicat de eligendis in ordine tamen ad voluntatem. Et hec virtus quia naturalis est, in nulla intellectuali aut rationali creatura totaliter extingui potest, immo nec in damnatis secundum illud ysaie ult. Vermis eorum non morietur; potest tamen quantum ad aliquid in quibusdam suspendi seu impediri, aut propter duritiam obstinationis, ut in damnatis, qui ita obstinati sunt in malo, ut nunquam possint ad bonum inclinari neque remurmurare malo, prout tamen culpe est, sed tantum inquantum culpa ad penam comparatur, in eis maxime viget displicentia mali. Aut etiam impediri potest per tenebras obcecationis, ut in hereticis qui moriuntur pro impietate erroris, credentes se mori pro pietate fidei, quam remorsum non sentiunt, sed magis quoddam gaudium fictum et vanum; aut etiam propter lasciviam delectationis, ut in his sepe accidit qui penitus carnalibus dediti sunt, in quibus ita ratio absorbetur a vinis et delectationibus ut remorsus nequaquam locum habeat. Et sic patet arbitror quid sit sinderesis.

Quid ratio superior sit

Ratio vero superior prout tradit beatus Augustinus li. xii de trinitate, est actus rationalis potentie que sumit consilium ex rationibus eternis et diuinis, et primum est speculatiua, secundum vero practica. Speculatiua dicit quod credendum est, quia deus reuelauit, practica dicit hoc faciendum est, quia deus precepit et huiusmodi. Propter quod Augustinus ubi supra dicit quod ratio superior supernis respiciendis intendit et supernis consulendis, primum quo ad speculatiuam, secundum quo ad practicam. Sed ratio inferior est actus potentie rationalis que sumit consilium ex rationibus rerum temporalium, ut hoc est dimittendum quia superfluum aut diminutiuum utile vel honestum, et sic de aliis conditionibus quas moralis philosophus pertractat, unde et hec superior sapientie et inferior scientie deputatur. Non tamen ratio superior et inferior sunt due potentie, sed rationis duo officia. Porro conscientia ut dictum est assensus conclusionis elicite in sillogismo practico vel speculatiuo, in quo sinderesis maiorem, ratio minorem, et conscientia fert conclusionem, secundum quos satis superius quid sit conscientia in proposito et tantum de eo primo.

Conscientia recta / erronea

Secundo noto quod duplex est conscientia scilicet recta et erronea. Recta est assensus conclusionis debite illate ex premissis veris in sillogismo perfecto practico ubi maior procedit ex sinderesi ex ratione vel fide cognitiue, et minor per rationem superiorem vel inferiorem vere et debite subsumitur, ut sic omne preceptum est faciendum, deum diligere est huiusmodi ergo etc. Sed conscientia erronea ut dicit beatus Augustinus tunc in aliquem cadit, quando ratiocinando intellectus aliquod falsum pro vero approbat et concedit, et fit quando in sillogismo conscientie in minore male subsumitur aut false et erronee ex premissis concluditur.

Dupliciter errat conscientia

Unde dupliciter potest errare conscientia scilicet ex falsa assumptione et mala applicatione. Ex falsa assumptione quando quis assumit aliquid malum vel falsum tamquam bonum vel verum. Verbi gratia ut in hiis qui occidebant apostolos, dictabat conscientia quod ex hiis deo placerent secundum quod dicitur Joh. xvi, venit hora ut omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se prestare deo, vel quando sinderesis dicit omne prohibitum a deo est vitandum, conscientia autem fundatur in hoc quod iuramentum sit prohibitum, et ideo false credit esse simpliciter vitandum, et nequaquam etiam ad preceptum iudicis prestandum, sed ut potius se mori permittat quam iuret, ut heretici faciunt. Secundo ex mala applicatione, sicut quando ex aliquibus veris aliquis malam conscientiam format, ut ex hoc quod deus est super omnia diligendus, aliquis format sibi talem conscientiam quod nihil potest diligi nisi deus. Circa quedam tamen conclusiones sunt in quibus ita plene relucent prima principia operandorum, quod circa ea conscientia errare non potest, sicut deum esse diligendum, malum simpliciter non esse faciendum, sicut in speculatiuis non contingit errare circa conclusiones in quibus directe relucent prima principia, ut non potest quis discredere quin totum sit maius sua parte. Causa autem quare errare potest conscientia est quod ut patet, ipsa applicat uniuersalem notitiam ipsius sinderesis per considerationem superioris vel inferioris rationis ad actum particularem, ideoque ex errore utriusque rationis, possibile est errare conscientiam, utraque etiam ratio tam superior quam inferior potest errare, ut declarabitur in materia [illegible], sed non ipsa sinderesis. Nec tamen putandum est quod omnis error circa iudicium agendorum est error conscientie, quia conscientia dicit solum illud iudicium quo intellectus iudicat aliquid esse bonum vel malum, quantum ad deum et bonos mores, quando incontinens, cum sit fornicationem esse malam, et nihilominus passione ductus eligit eam tamquam bonam, conscientia sua non errat, immo sic contra facit eam conscientiam rectam. Sed statim hic insurgit questio quia ut dictum est conscientia dicit actum, quo scit quis se agere contra conscientiam, cum sit impossibile sit voluntatis ferri simul et actu in opposita, et quia conscientia dicit actum voluntatis, ipsa stante voluntas feretur in id de quo habet conscientiam ergo videtur quod non potest ferri in oppositum ipsa manente. Si vero dicit actum intellectus, et voluntas non potest in aliquod ferri nisi apprehensum sub ratione boni et sic de actuali iudicio de aliquo quod sit bonum impossibile est quod oppositum iudicet bonum, ergo si conscientia importat actum intellectus practici iudicantis aliquid esse bonum, impossibile videtur ea stante voluntatem ferri in oppositum. Ad hoc dicit durandus super ii dist. xxxix. Dicendum quod conscientia dicat habitum adhuc tamen facere contra eam contingit prout in actu prorumpit, alias enim non esset peccatum, nec sic tamen e contrario faceret. Potest autem hoc duobus modis esse, uno modo per eam erroneam, quia dictante conscientia quod aliquid non sit faciendum, et ipsum facere sit malum, sed supponendo eo errante, dictante quod tale malum, licet semper sit malum tamen quod imposterum corrigi potest per penitentiam, nihilominus faciendum est propter assecutionem alicuius magni delectabilis, quod alias haberi non posset, alio modo propter inconsideracionem, ut cum passio absorbet iudicium rationis peccantis, sicut dicitur vii ethicorum de incontinente, et tunc sit contra conscientiam, non quae est pro momento contrarie electionis, sed quae precessit, et [illegible] absorpta est per passionem, et ideo in potentia ac si adhuc maneret. Quarto et ultimo notandum dixi quod in stupratis supra dictis recipitur conscientia. Nam quaedam dicitur Cauteriata, corrupta sive vulpina, alia minus larga sive lupina, Tercia minus arcta pusillanimis sive scrupulosa, Quarta tranquilla, sed non bona. Prima quae cauteriata dicitur proprie est pseudorum proprie hereticorum, de quibus dicit apostolus i ad thi. iiii dicens In novissimis quod temporibus quidam discedent a fide attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum in ypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, abstinere a cibis quos deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et hiis qui cognoverunt veritatem etc. Ratio autem nominis sic dicti sunt veluti principia in religione sana, quia cum sint [illegible] primo cali et 2° [illegible] sunt contrarie maxima, et postea minima, si dicto tales conscientie cauteriate sunt periculosissime, quod sicut philosophus loco [illegible] ait, primo error in principio maximus erit in fine, verum est quod magnus error in principio maximus erit in fine, quare conscientia talis cauteriata dicitur, quia obstinata in ardore sue malicie et conscientie ut refert Nico. de lira super preallegato loco apostoli. Nam cauterium ferrum est ignitum quo uri carnes, et sic per ferri duriciam obstinatio in malo significatur, et per ignitatem ardor malicie et conscientie. Talem etiam conscientiam habent pharisei et ypocrite, qui decimantes menta anetum et ciminum, graviora legis pretermittunt, quibus comminata est math. xxiii dicens. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite qui decimatis mentam et anetum et ciminum et dimittitis que graviora sunt legis iudicium misericordiam et fidem etc. et huiusmodi conscientiam etiam habent qui de magnis peccatis potentum et divitum modicam conscientiam in predicatore confessione, vel alio privato vel publico sermone faciunt, sed cum pauperibus et despectis hominibus in parvo excessu, graves conscientie formant scrupulos, et hii sunt similes vulpine astutie, de qua fabulatur quod cum vulpis leonis [illegible] culpas, in cuius presentia audisset peccata gravia, excusavit et alleviavit singula per quedam excusando, puta rapinam propter defectum [illegible], gulam per robur leonini corporis, furorem per dominium potestatis, protuenda audacia, et sic de singulis aliis. Cum autem advenisset simplex asinus confitens vulpi quod propter gravem abstinentiam a cibis et delectabilibus et post grandes labores, quibus sub ferventiori sarcinis portandis laboraverat, de calceo pedum pastoris stramen exeuntes fame motus comedisset, recepit vulpis hoc factum ad maximam periculam deducere, sed quod exactor cum tale dampnum intelligeret, [illegible] fuit et nudus, et quod in pedibus flagellatus caput et totum corpus ledi poterat, et tandem semi interitus et horrendum, et sic male tractatus fuit ipse miser asinus, et hec de tali conscientiam vulpinam denotat beatus Bernardus li. de consideratione, ubi dicit, vulpina conscientia est tepida conversatio, ficta confessio, obediens sine devotione, oratio sine intentione, lectio sine edificatione, sermo

Vi in stupratis communiter dicuntur conscientie

Cauteriata sive vulpina

Fabula

Vulpina conscientie descriptio

sive inspeccione, ut cum coronam et vestem commendatam porto, clamo ieiuniorum sono et frontem honestus psallo, sed cor meum longe est a deo; exteriorem prospiciens intuens, salva mihi omnia arbitror, totus pergens in ea que foris sunt oblitus interiorum meorum etc. Secunda consciencia dicitur nimis lata, et est eorum qui non ponderant peccata nisi magna, non curant de venialibus et parvis, contra quos dicitur Ecclesiastici xix: qui minima negligit paulatim decidet; nulla enim domus repente ruit, sed neglectis stillicidiis successive putrescunt domus sustentacula, et sic tandem eius sequitur ruina. Tales similes sunt hiis qui volentes transire lignum transversale super ripam positum, ut latius iter appareat, bacillos oneribus supponunt, sic quod latitudine fictam pede calcare volentes in aquam cadunt. Assimilantur etiam tales hiis piscatoribus qui semper latam malunt habere retia et numquam stricta, qui minores non valent capere pisciculos, qui tamen sepe delectabiliores sunt magnis piscibus; sic et tales numquam ad perfectionis apicem vite contemplative pervenire valent, que est delectabilissima; unde et psalmista delectacionem venialium peccatorum contempnens ait: Renuit consolari anima mea, memor fui dei et delectatus sum, et exercitatus sum et defecit spiritus meus. Et item psalmo xxxviii: Silui a bonis et dolor meus renovatus est, et sequitur: Concaluit cor meum intra me, et in meditacione mea exardescet ignis. Et hec consciencia nimis lata dicitur vulgo lupina, nam fabulose fertur lupum post multas rapinas per rusticos captum, qui cum libertatem dari deberet et allegaret quod nec feno nec frumento, fructibus aut oleribus vesci posset veluti alie bestie, restitutus est pristine libertati, pacto tamen illo per iuramentum firmato, quod ultra valorem iii nummorum in cibum numquam deinceps caperet. Emissus igitur liber, quadam die dum vaccam cum vitulo cepit esuriens, mox fauces ad vitulum capiendum vigeret, et quando ipsum consciencia primum eum morderet, conscienciam dilatare cepit dicens: nimis arta consciencia hec possessa que vituperose dari solet a prudentibus; vacca valet iii nummos quatuor, et vitulus duos; ergo cum bona consciencia comedi utrumque et manducavi. Sic etiam sunt plerumque tales qui semper per latam conscienciam querunt excusacionem in peccatis, de magnis parva iudicantes aut nulla, a quo vicio orat propheta cum dicit psalmo cxl: Non declines cor meum in verba malicie ad excusandas excusaciones in peccatis cum hominibus operantibus iniquitatem et non communicabo cum electis eorum. Corripiet me iustus in misericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Tercia consciencia est pusillanimis nimis arta sive scrupulosa, et est eorum qui pene de singulis sibi dubiorum formant scrupulos, etiam in hiis que de se sunt licita, et de talibus certum fuerit plurimum [illegible] persecucionis tempore fugiendi ad antra deserti, quos cum gentiles die sabbati ad bella provocarent bellare noluerunt, conscienciam nimis artam habentes, ne frangerent preceptum de sanctificacione sabbati, dicentes: moriamur in simplicitate nostra et testes erunt super nos celum et terra quod iniuste perditis nos, ut habetur i Mach. ii c°. Tales sunt similes hiis qui per pontem satis latum habere [illegible] sed mandatorum dei iugum enim dominum suave est et onus leve, Matthei xi; et pax multa diligentibus legem tuam, et latum mandatum tuum nimis, psalmo cxviii; que cum pontem mandatorum dei in magnis aliquis strictum vix ad latitudinem calcanei eius apparere facit, qualis magus est dyabolus qui hanc moralem facit ut quosdam simplices sic posset in laqueum ducere. Quarta est consciencia tranquilla, sed non bona, communiter eorum qui peccant sub spe venie consequende dicentium quod deus non requiret ista, et talem conscienciam nonnumquam habent etate vel moribus iuvenes, quos Salomon premonet dicens Proverbiorum i: Fili mi, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. Assimilantur tales sic sibi tranquillam conscienciam formantes maniacis et freneticis, quorum infirmitas ideo incurabilis est et periculosissima, quia medicine remedia non admittunt nec cognoscunt, quia ob eam beatus Ambrosius ait: gravissime peccatis si ignoratis; nam gravissime et periculosissime eo quod remedium non admittunt vel ignorant. Initium enim salutis, ut refert Seneca epistola 28, est noticia peccati. Cui et beatus Bernardus consonat dicens: Sui ipsius cognicio est maxima emendacio. Et idem Seneca epistola xi: Magna pars peccatorum tollitur, si peccaturis testis assistat. Sed ut consideracio nostra sua, et ut idem inculcat epistola xxx: Ideo mirum nobis quia nos optimos reputamus. Et talem etiam conscienciam habent hii qui ex crassa vel affectata ignorancia nolunt scire ut bene agant, et tranquillitatem sepe meditantur in [illegible] sive conscientie, quia tamen inquietatur per suam ignoranciam nequeunt agnoscere. Quinta est consciencia perturbata et non bona, et nonnumquam desperacionem pariens, qualem habent hii qui sepe in eadem peccata labuntur, et quamquam peniteant tamen propter relapsus frequenciam per quandam desperacionem impulsivam gemunt et turbantur, quales vocat in vii ethicorum philosophus [illegible]

Consciencia nimis lata sive lupina

ps° lxxvi

Consciencia pusillanimis scrupulosa seu nimis arta

Consciencia tranquilla sed non bona

Consciencia perturbata

similes illis infirmis qui in eisdem febribus sepe recidunt, quos Christus amice medicus consolatur ad Petri querentem: quotiens in me peccabit [illegible] frater meus, et ego dimittam ei usque? non dico tibi septies, sed septuagies septies, id est secundum omnes doct. cath. totiens quotiens penitebit. Math. xviii.

Sexta conscientia est bona sed non tranquilla, immo infirma eorum sicut qui conversi ad dominum deum recogitant in amaritudine anime sue annos suos, Ysaie xxxviii, et gravantur adhuc sentientes aliam legem in membris suis repugnantem legi mentis sue, a deo insinuatur ad Ro. vii. Tales enim sepe ob strictam diligentiam suam, necdum offendunt in parvis ubi nullum extat peccatum, sibi turbatam faciunt conscientiam, nondum ad hoc temptatione devicti, ut propter perplexitatem cadant in vanum; et etiam quam doctrinis insipientium ad hoc moventur, de quibus apostolus i Cor. viii dicit: Sic autem peccantes in fratres et percucientes conscientiam eorum infirmam in Christum peccatis; quos tamen etiam idem apostolus confortans ibidem dicens: Omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Pro quorum curatione beatus Bernardus tradit remedium super cantica inquiens: Quid efficacius ad curandum conscientie vulnera, necnon ad purgandum aciem mentis, quam Christi vulnerum sedula meditatio? et iterum: Turbabar, sed non perturbabar, quia vulnerum domini recordabar.

Septima est conscientia tranquilla et bona, de quibus dicit apostolus ad Gal. v: qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis. Et hanc Hugo li. de pignore de arra sponse describit: Tranquilla conscientia est que omnibus est dulcis, nulli gravis, vivens amicos ad gratiam, et inimicos ad pacem, omnes ad benivolentiam, quibus potest ad beneficentiam, cui dominus nec sua peccata imputat, quia non fecit, nec aliena, quia non approbavit, nec negligentiam, quia non tacuit, nec superbiam, quia in vanitate non permansit. Et iterum: conscientia bona titulus est religionis, templum Salomonis, ager benedictionis, ortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium angelorum, archa federis, thesaurus regis, aula dei, habitaculum spiritus sancti, liber signatus et clausus, et in die iudicii aperiendus. Et de domo tali conscientie Sapientie viii: Intrans in domum meam conquiescam cum illa; non enim habet amaritudinem conversatio illius nec tedium convictus illius, sed letitiam et gaudium propter eius fructus quibus se [illegible] illam.

**Conscientia prout firma credulitas est, qua quis sub precepto se credit teneri ad aliqua agenda sive obmittenda opera, sic habentem ligat, quod ea stante peccat contrarium faciendo, etiam sive recta fuerit sive erronea.**

Conclusio ista dicit [illegible] solvendo primam ambiguitatem in questione tertia, quod omne quod fit contra conscientiam dictantem aliquid per modum precepti vel prohibitionis sive sub pena peccati mortalis, interim quod manet talis conscientia, sive etiam recta fuit sive erronea, est peccatum mortale, etiam si tale quod fit esset de se licitum et bonum, ut si aliquis crederet non formaliter aut levando festucam de terra se legem dei contempnere, faciendo contra dictamen conscientie peccat mortaliter, nec tamen [illegible] agendo illicitum, nec ad peccandum necessitatur perplexitate, ut patebit, sed debet errorem deponere. Et hanc propositionem probat illa conclusio auctoritate apostoli ad Ro. xiv dicentis: Omne quod non est ex fide peccatum est, ubi dicit Origenes: vult apostolus ut nihil dicamus, nihil cogitemus, nihil agamus nisi secundum conscientiam. Et glossa super predicto textu dicit, et est Ambrosius: Omne etiam si bonum sit in se, si non est ex fide, id est si fit contra fidem id est contra conscientiam, ut si credamus malum esse, peccatum est. Et idem glossa ibidem et insinuatur in canone xxviii q. i Omnes § Ex his: Omne quod fit contra instinctum conscientie edificat ad gehennam. Et Ecc. vii: Scit enim conscientia tua quia crebro maledixisti aliis; dicit glossa: quia iudice nemo nocens absolvitur. Et confirmatur ratione, et est beati Thome quodlibet iii secundum magistrum obiectum. Sicut visio lapidis non accipit speciem a lapide sed a colorato, quod est per se obiectum visus, omnis autem actus humanus habet rationem peccati vel meriti inquantum est voluntarius, et obiectum voluntatis secundum propriam rationem est bonum apprehensum, ideo actus humanus iudicatur bonus vel malus, virtuosus vel viciosus secundum bonum apprehensum in quod per se voluntas fertur, et non secundum materiale obiectum actus. Sicut si aliquis crederet occidere patrem et occidit feram, incurrit periculum patricidii, et econtrario si quis venator putans occidere cervum, debita diligentia adhibita occidit casualiter patrem, immunis est a patricidii crimine. Si ergo aliquid secundum se non est contra legem dei, ut levare festucam de terra, apprehendatur errante conscientia ut contra legem dei existens, et se voluntas in ipsum fert per se loquendo et formaliter in id quod est contra legem dei, male autem in id quod non est contra legem

Bona sed non tranquilla

x.º

Conscientia tranquilla et bona

descriptio eiusdem

legem dei ymmo forte in id quod est secundum legem dei, et ideo manifestum est quod ibi est contemptus legis dei et ideo necesse est quod sit ibi peccatum. Quare patet quod omnis conscientia, sive recta sive erronea, sive in per se malis sive indifferentibus est obligatoria sic quod contra eam faciens peccat. Et hoc est ligare, restringere voluntatem ut non possit sine deformitatis nocumento in aliud tendere, sicut ligatus non potest ire. Et patet quod conscientia non ligat voluntatem per modum coactionis, cum ipsa libera sit et superius dictum, quia a nullo potest cogi, propter quod etiam beatus Ambrosius dicit: Nemo enim trahitur ad culpam, nisi proprie voluntatis deflexione. xv. q. i. non est. Nec etiam ligat per modum principalis actoris sicut iudex, sed per modum supponentis sive conducentis scilicet constituentis alicuius finis, puta si non faciat quod conscientia dictat, non poterit consequi finem suum, vel etiam ligat per modum instrumentalis agentis, sicut preco qui velut instrumentum induxit preceptum ad hominum notitiam deducit, unde si preceptum regis non perveniret ad populum nisi aliquo precone mediante, tunc si preco diceret hoc est preceptum regis, et ita esset, dictum suum omnes obligaret, et hoc modo etiam est de conscientia recta. Si vero preco diceret hoc est preceptum a rege, quamvis hoc non esset verum, adhuc eius dictum suum obligaret ut preceptum regis, ita quod contemptores penam incurrerent, et hoc modo conscientia erronea ligat. Ex quibus patet quod dupliciter ligant conscientia recta et erronea. Nam recta obligat simpliciter et per se, eo quod hoc quod per ipsam dictatum est per se bonum est, et ex iudicio rationis etiam bonum apparet, quare si non fiat, malum est, et si fiat bonum est. Sed conscientia erronea non obligat nisi per accidens et secundum quid, si enim dictat aliquid esse faciendum, hoc sicut in se consideratum non est bonum neque ad salutem, sed apprehenditur ut bonum, et ideo cum non ligat secundum quod bonum, non obligatur voluntas per se ad hoc, sed per accidens ratione apprehensionis que indicat bonum, quare etiam non simpliciter obligat, sed solum secundum quid, scilicet ipsa stante, sed quia licite potest deponi, ipsa deposita amodo non ligat, sic autem de conscientia recta non est, illa enim licite deponi non potest, quare simpliciter et semper obligat. Item per aliud concluditur sic. Omnis ille qui credit se male facere et tamen non resistit sed huiusmodi opus perpetrat peccat, faciens contra conscientiam est huiusmodi ergo etc. Item ad eorum peccatum sufficit quod quis velit peccare, quia ut dicit Aug. iij Eth. una mala voluntas reddit opus vitiosum. Sed omnis faciens contra conscientiam vult peccatum vult, ergo etc. Item qui facit illud quod secundum deum conscientia dictat non esse faciendum contemnit, sed contemptus est grande peccatum, ergo etc. Et per aliud sic. Si conscientia est recta tunc ligat aliqua lege naturali divina vel positiva, si vero erronea ligat etiam virtute precepti vel iussi dei per accidens, quia non dictat aliquid esse faciendum ex ratione, qua sibi videatur, sed hac ratione quia sibi a deo iussum vel preceptum estimat, et ita ratio pro tunc dictat se teneri ad aliquid, quare hoc dictamine stante, si voluntas se non conformat rationi, actus voluntatis inordinatus est. Item alia ratio et est quasi eadem cum prima. Omnis actus voluntatis inordinatus et aversus a bono est peccatum, sed omnis actus qui fit contra conscientiam facit voluntatem malam et aversus est a bono, ergo etc. Maior nota, sed minor probatur, quia actus voluntatis specificatur ex obiecto, sic quod eius bonitas vel malicia ab obiecto dependet, obiectum autem voluntatis est bonum vel malum ymaginatum vel intellectum, sicut quod intentionem boni vel mali ratio demonstrat, cum ergo sic sit quod conscientia est quoddam dictamen rationis sequi oportet quod secundum rationis et conscientie iudicium voluntatis actus procedat, sic scilicet quod si quis fugiat per voluntatem quod ratio bonum dictat, et sic voluntas fugit id ac si esset bonum, et hoc propter testimonia aliqua secundum scripturam erit ibi fuga boni, quod mala est, ergo etc. Similiter si ratio dictet aliquid bonum esse malum voluntas non potest in illud quod mala sit, eo quod tendit in illud ut ostensum est a ratione, et ita ut in malum simpliciter propter bonum apparens secundum sensum, et ideo sive ratio sive conscientia bonum iudicet sive non, voluntas hoc modo obligatur quod si iudicium vel dictamen rationis, quod est conscientia, non sequitur actus voluntatis, ipse inordinatus est. Sed notandum dicitur in conclusione quod quis se credit sub precepto teneri et sub pena peccati mortalis, quia si sub pena venialis peccati dictaret se teneri, solum esset veniale peccatum, et si sub consilio dictaret esse aliquid faciendum, stat quod non faciens nullo modo peccet, et si quis dictaret quod fornicatio esset licita, tunc contra conscientiam se dictantem faciens non peccaret. Capitulum i. quod sequitur ad hanc conclusionem est istud

Omnis conscientia est obligatoria

Qualiter ligant conscientia recta et erronea

**Cum igitur omnis agens contra conscientiam peccat et ad gehennam edificat Rectius est ut potius quis omnem penam sufferat quam tale quid efficiat** Continuatur istud pro prima eius parte satis liquet ex conclusione et eius probatione. Sed secunda pars probatur sic: homo tenetur deum super omnia diligere, quare si contra sic ei adhereat ut nullo metu, nullave pena, se ab eo avertat. Cum ergo per peccatum mortale homo avertat se a deo, sequitur quod potius homo debet omnem penam sufferre, antequam mortale peccatum, et per consequens nec agere contra conscientiam, cum tale mortale peccatum sit ut probatum est in conclusione. Idem etiam e de mente beati Aug. de civi. li. ii et ponitur xxxii q. v. Ita ne. ubi dicit quod vera virtus potius omnia mala tolleranda quam malo consentiendum decernit. et extra de sen. ex. inquisitioni ubi est casus quod si sint duo coniuges vir et uxor, et alter dicit quod sit impedimentum inter eos ita quod non possit sibi carnaliter commisceri sine peccato, dicit papa Innocentius iii quod si pro certo sciat, licet apud ecclesiam non possit probare debet potius excommunicationem sustinere, quam ei sic carnaliter contra conscientiam copulari. et ad hoc est tex. de his que vi metusve causa fi. Sacris ubi dicitur quod pro nullo metu debet quis mortale peccatum incurrere

## Ex quo conscientia non virtute sua sed divini precepti obligat Stat ut contra eam faciens magis quam prelati preceptum transgrediens peccat

Secundum pro prima eius parte patet ex probatione conclusionis precedentis. et secunda pars habetur aliquo modo ex predictis corellario et eius probatione, ubi quis inherens proprie conscientie, non obtemperat precepto ecclesie et prelati, unde not. panor. super d. c. inquisitioni quod contra legem conscientie non est obediendum superiori etiam pape, quia dicit apostolus quod lex sua privata seu conscientie, et publica xix q. ii. due, quarum privata est potentior publica et sunt etiam dicentes quod qui spiritu dei aguntur, non sunt sub lege publica ut in c. licet extra de regul. et in ad [illegible] et xix q. ii. ut [illegible]. Ad idem beatus Tho. in q. disputa. de veri. q. xvii. facit talem comparationem dicens comparare ligamen conscientie, ad ligamen quod est ex precepto prelati, non est aliud quam comparare ligamen precepti divini ad ligamen precepti prelati, eo quod ut dictum est, ligamen conscientie est virtute divini precepti. Cum ergo preceptum divinum obliget contra preceptum prelati, et magis quam preceptum prelati, sequitur quod etiam conscientie ligamen erit maius quam ~~preceptum prelati~~ ligamine precepti prelati, et conscientia ligabit etiam precepto prelati in contrarium existente. Sed tamen in hoc diversimode se habet conscientia recta et erronea, quia recta simpliciter et perfecte contra preceptum prelati obligat, simpliciter quidem sic, quia eius obligatio auferri non potest, eo quod sine peccato non potest deponi talis conscientia; perfecte etiam quia talis conscientia non solum sic obligat, quod qui eam sequitur peccatum evitat, sed etiam sic ut quantumcumque preceptum prelati sit in contrarium qui eam sequitur etiam immunis est a peccato. Sed conscientia erronea etiam ligat in indifferentibus contra preceptum prelati, sed secundum quid et imperfecte. Secundum quid, quia non obligat in omnem eventum, sed sub conditione sive duratione, potest enim aliquis et debet talem conscientiam deponere. Imperfecte enim obligat, sed quantum ad hoc quod qui eam sequitur peccatum evitat, eo quod preceptum prelati est in contrarium, quando sic in tali casu peccat sive faciat sive non, quia si faciat agit contra preceptum prelati et redditur inobediens prelato in his in quibus habet sibi mandare. Si vero non faciat agit contra conscientiam, sed tamen magis videtur peccare, si non faciat conscientia dictante, quod conscientia dictat, eo quod plus ligat quam preceptum prelati. Unde pro clariori dictorum determinatione potest poni quedam distinctio que colligitur ex b. Tho. loco quo supra in solu. iiii arg. art. v. et est etiam Antonini in summa parte i. ti. iii c. x. § iii et Raynerii in summa sua que pantheologia dicitur, et parum alex. de hales, et est talis. Conscientia que dictat contrarium prelato vel precepto prelati, aut est recta aut erronea. Si est recta aut est in his que sunt prohibita vel precepta a deo vel in indifferentibus. Si primum sic conscientia plus obligat, quia sic ipsa est immediate iudex sub deo, ita quod nullum habet supra se alium iudicem a deo, prelatus autem potest habere supra se alium iudicem puta deum et alium prelatum. Si vero secundum, scilicet si sint in indifferentibus preceptum prelati plus obligat, quia sic conscientia non est immediate iudex sub deo. Sed etiam habet supra se prelatum, secundum illud ad Rom. xiii. Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, et ergo etiam secundum discretionem prelati formari debet. Nam subditus non habet iudicare de precepto prelati, sed solum de impletione, que ad eum spectat. Quare subditi debent sequi sententiam prelatorum in his que spectant ad cathedram, secundum quod dicitur Matth. xxiii. quecumque dixerint vobis facite, et beatus Bern. obiectioni quorundam dicentium quod hoc verum sit si subditus sciret prelati preceptum esse secundum deum, [illegible]. quicquid homo vice dei precipit, quod non est certum deo displicere haud secus omnino accipiendum est, ac si deus precipiat. Religiosi vero qui [illegible] propria voluntate et proprio sensu, tenentur sequi sententiam prelatorum, vel mandata eorum in his, que non sunt contra deum vel contra regulam vel contra constitutionem vel contra ordinationem generalis capituli. Caveant tamen etiam prelati, ne indiscrete precipiant propter periculum conscientiarum subditorum.

Si vero fuit conscientia erronea, tunc ex una parte obligatio conscientie est maior quia intensior quam sit obligatio precepti eo quod talis conscientia, quam diu durat, plus obligat quam preceptum prelati. Ex alia vero parte obligatio conscientie est minor quia solubilior, nam ipsa deponi debet si fuit erronea conscientia. Sed illa obligatio que ad prelatum est, solui vel deponi non potest, tum quia licet precipiat indifferens, tum ex dictamine conscientie sunt non indifferentia, ita scilicet quod id quod precipit est indignus, non sit non indifferens, tum etiam quia subditum non habet iudicare de precepto prelati sed implere. (Et sic patet obiectio) quod conscientia erronea aliquo modo plus ligat quam preceptum prelatorum, sed quia conscientia est recta que concordat dei precepto. Et conscientia recta semper plus ligat quam erronea, quia sic est quod dei preceptum simpliciter plus ligat quam erronea conscientia.

Quoniam utrum sit obediendum prelato aut pape iniuste aliquid mandanti quod non sit peccatum

Est etiam hic notandum eo quod de precepto prelatorum hic agitur quod ponitur in decreto et inquisitionem movet talem questionem, an etiam sit obediendum prelato vel pape iniuste aliquid mandanti, quod tamen non est peccatum, puta ut dem sibi libros meos vel aliquid tale. Respondetur per Innocentium in additione ibidem quod si fuit prelatus, mihi quod non debeo sibi obedire, et si me excommunicat debeo accedere ad superiorem ad relaxationem huius iniusti precepti, nec consulens talem excommunicato in hoc statu incidit in excommunicationem quia non participat in crimine, cum id non sit crimen. Si autem talis superior precipiens fuit papa qui non habet superiorem, tunc si sapit heresim non est sibi obediendum ut in c. si papa xl. dist. Si vero non sapit heresim tunc in spiritualibus et ceteris est sibi obediendum, ex quo preceptum non continet in se peccatum, licet in se videatur durum xix. dist. in memoriam. Idem in ceteris personis, nisi ex precepto pape vehementer spiritualis status ecclesie perturbaretur, vel alia mala futura, quia tunc non est sibi obediendum, et hoc allegatum pro cardinalibus, sed per ipsum condemnatum a concilio Basiliensi. Si vero mandat alicui prelatus sibi non subiecto ratione rei cause vel persone, et precipit sibi certa temporalia, non est ei obediendum ut puta si papa mandaret servo alicuius ad alium laicum, ut det sibi bona sua, non tenetur ei obedire, quia non est ei subiectus nec ratione cause nec ratione persone in temporalibus, secus autem si mandaret aliquid spirituale et cetera, ut hic patet.

In conscientia scrupulosa qualiter quis procedere habeat

## Quoniam periculosa idcirco est scrupulosa conscientia, et si etiam quorumdam bonorum sit cautiva. Quare provide et caute medenda atque abiicienda est per prelatorum et peritorum consilia salvativa

Illud tertium ex dictis elicitur quod multum periculosa sit conscientia scrupulosa et pusillanimis, scilicet ista que ex aliquibus debilibus et incertis coniecturis formidine assistit, quamquam etiam aliqua bona conferre possit, quare generaliter qualiter tamen quis se habere debeat non scribit sed ut ad consilia sapientum ipsam deponat et abiciat. Et patet huius tertii prima pars satis ex precedentibus, quia sit inductiva ad multa peccata, eo quod omne quod contra conscientiam fit, efficitur peccatum etiam si de se licitum sit. Etiam ipsa est via ad desperationem attestante beato Bernhardo dicente Reprobis tribulatio parit pusillanimitatem, pusillanimitas perturbationem, perturbatio desperationem, desperatio vero interitum. Et sic experimur in eis accidere illud quod evenit ei qui per medium lutum transire timet et proinde in manus latronum incidit, sic etiam qui vult nimis vitare quod pusillanimis reputat malum, aliquando cadit in manus demonum et ita ei arta via perditionis, sic quod per eam vadit ad penas inferni. Est et tertio talis conscientia periculosa, ex eo quod quibusdam non sine violentia sanatur, propter quod potius tamquam in signum specialissime gratitudinis ait ps. Qui me salvum fecit a pusillanimitate spiritus et tempestate etc. Secundo est periculosa quia quibusdam occulte sub specie virtutis se cepit, eo quod in certis scripture locis virtus dicitur ut ibi, beatus vir qui semper est pavidus prover. xxviii. Nec cogitat quod in alio loco dicitur scilicet eccl. vii. Noli esse pusillanimis in animo tuo etc. Tertio igitur putatur aliquid virtuosius, tanto erit periculosius, despicit etiam deus valde quos timidos scit et pusillanimes, quare contra tales sub typo deuteronomio xx. bellare volentibus dicitur Quis est homo formidolosus et corde pavidus, vadat et revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum. Preterea diabolus sepius passionatos non tam infestat quam pusillanimes, sicut visus et canis magis insequuntur bestiolas timidas ut lepores et cervos, et timiditas fugiendi dat audaciam hosti insequendi. Et ad hoc etiam loqui videtur Seneca epistola lxxviii ubi dicit quemadmodum perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat timenti ex adverso, quare etiam dicit apostolus ad ephe. vi. Confortamini in domino et in potentia virtutis eius, ut possitis stare adversus

164

insidias dyaboli iuxta timentes quia cordis confortatio multum vz contra demonum impugnationem. Deinde
quedam passionum multum iuvat ad operationem ut spes et amor; timor autem inordinatus plurimum
impedit operationem, tum quia contrahit cor, et pigritiam inducit, tum quia capud corporis facit, et ab
opere cepto statim deficere, sicut si quis incedit super trabem in alto positam propter timorem de facili
cadit, non autem caderet si incederet super eam in imo positam propter defectum timoris. Similiter
pavens confitentem conturbat. pz, quia cum confitentes scrupulose annexus sit timor de peccando, et ne offen-
dat deum, ideo multa bona per eam hinc sunt evenire, sed ne recidivet in peiorem, quia dicit
ps., ps. ii Servite domino in timore et exultate ei cum tremore. Item ut refrenet propriam carnem quod petit
David ps. cxviii Confige timore tuo carnes meas, a iudiciis enim tuis timui. Item ut deducat ad eternum
honorem, quia Eccl. x dicitur Gloria divitum honoratorum et pauperum timor dei est. Item ut radicet
et confirmet in gratia et virtute, quia initium sapientie timor domini ps. cx, que singula per scripturas testimonia
latissime deducit Nyder in tract. quem scripsit de timorata conscientia par. iii c. iii et hoc etiam Antoninus
in summa ubi supra. 3a vero pars dicti concilii est Jo. Gerson qui ea clare deducit sic inquiens lectione iii
li. primi de vita anime: Hoc unum generale dummodo doctum credere vz facilius sapientiorum et bonorum iudicio
et quod ex eorum consilio non debent sibi formare scrupulos anxios et timidos, fallere si non iubeat
sapiens prover. iii Habe fiduciam in domino ex toto corde tuo, et ne innitaris prudentie tue, et eiusdem ibidem
xxii Noli transgredi terminos antiquos quos posuerunt patres tui. Itaque iudicet quod pluralitas de medico
corporali, cuius consilio aliquid parere debet sub pena peccati mortalis, dum ex transgressione sua corporis
vel sanitatis vel probabilis estimatio vehementi vos inebriabit, et qui transgressionis leges dei. Narrat
preterea quod in [illegible] historia, que vitas fratrum domini Vbal episcopus Ulixbon prefatus ordinis
fratrum refert, quod quidam frater ordinis defunctus post mortem visus est cuidam vivere eiusdem ordinis
fratri admodum scrupuloso; ad aliis scrupulosus unum interrogavit a defuncto de sua conscientia quid teneret.
Respondit quod vita finitus sua consule discretos et acquiescas eis. Simile scribitur in legenda beati
Bernhardi, quod inter discipulos suos erat quidam tantis inquietatus scrupulis, ut ad celebrandum nullo
pacto auderet accedere, dixit ei Bernhardus: postquam illa preparat, vade sacra et in mea fide celebres. Obe-
divit discipulus, et scrupulus ille continue discessit ab eo. Nec vz illa scrupulosi obiectio, quod si etiam
haberet prelatum qualis fuit beatus Bernhardus, tunc et securitate procederet, quod tunc se libentius committeret; sed
cum persona sui superioris conspicit suam, non audet suam conscientiam sic committere fidei. Nam
hinc sic inquit dictus cancellarius: Respondeo ita dicens, et sapientes despicis et tacas, non enim commisisti spem et
salutem tuam in manus hominis quia prudens aut plurimum literatus aut devotus, sed quia tibi secundum [illegible] ipsi
[illegible] prepositus et prelatus est, quapropter obedias ei non ut homini, sed ut deo. Inde, si non con-
demni, et sepe erit tanto obedientia tua deo placentior, tibique fructuosior, quanto est ille indignior
cum propter deum non refugis subici. Caveas ergo ad extremum ne dum queras scrutari [illegible] illa ad ipsi [illegible]
et in graviorem incidas dimidicationis et presumptionis foveam. Hec cancellarius sub eadem bene in li. de precepto et dis-
pensatione. Si tantopere cavenda sunt scandala pusillorum quomodo prelatorum, quos sibi deus equavit quodammodo
in utraque dignitate, presumeret impugnare et illorum discretionem et consilium specialiter contempnens eis, qui vos
spernit, me spernit. An non denique hoc ipsum ex illa mea plurimis ubi ait, obedientiam que maioribus debetur
deo exhibetur, quapropter quicquid vice dei precipit homo, quod tamen non est certum displicere deo, haud secus
accipiendum est omnino quam si precipiat deus. Quid enim interest utrum per se, an per suos ministros sive
per homines sive angelos hominibus intimet suum beneplacitum deus. Et subdit cancellarius: Non obest si
inquis homines facile possunt falli in voluntate dei percipienda, quid hoc tua non refert, qui conscius non
es, presertim cum teneas cum scripturis quia labia sacerdotis custodiunt sapientiam et legem ex ore
eius requirent Malachie ii, quod non de autentica scriptura intelligendum est, vel quod maxima raro contingit
quod in hiis nec preceptore expectandus nec prohibitore consultandus est. Sed de hiis intelligam que ita
lucere, et obscura esse dinoscuntur ut in dubium venire possint. Hec Gerson. Ratio vero generalis quare
a dubitatione quis debeat suam conscientiam deponere innuit eterna sapientia prover. ii ubi dicitur: Si susceperis ser-
mones meos, et mandata mea absconderis penes te, si sapientiam invocaveris, et cor tuum inclinaveris
prudentie, si quesieris eam quasi pecuniam et sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorem

Multa bona per constantiam scrupu-
losam possunt evenire cum hiis

Tertia ratione et est

cium et scientiam dei inermes etc. Et sunt hec septem que pastorum discreta circumspectio debita ad gratiam dei preparatio, orationis devota continuatio, obedientie humilis imitatio, consilii aliorum tuta electio, solicita sacre scripture indagatio, scrupulositatis animose abiectio, que latius ponit dominus [illegible] in palle tract. par. iii c. x et similiter dominus Antoninus in summa sua loco quo supra et tractatu de ad. § 3. quam

Quantum ad articulum 2m qui erat de hoc an conscientia erronea peccatum excuset ut si conscientia dictaret alicui quod sub precepto divino teneretur ad servandum, an ipse sic agendo secundum conscientiam peccaret, vel an sit propter dictamen conscientie excusatus, pro cuius decisione notandum venit quod omnis error ex ignorantia quadam procedit et oritur, quantum autem ad propositum sufficit duplicem ponere in prima sui divisione ignorantiam, nam quedam est vincibilis quedam invincibilis. Vincibilis quidem est in potestate sciendi, et est duplex iuris et facti. Ignorantia iuris que et apud philosophum universalis dicitur, eo quod ius hoc regulas generales et universales regens vitam humanam, est eorum ad que quis scire tenetur, ut quod fornicatio sit peccatum mortale et similia, et est multiplex ignorantia iuris, nam alia est iuris naturalis, alia iuris divini, alia iuris canonici et alia iuris civilis. Ignorantia iuris naturalis omnibus adultis et habentibus usum rationis est dampnabilis et non excusat, eo quod hoc ius in corde hominis scriptum est 1 q. iiii § ult. Si ignorantia iuris divini quantum ad aliqua simpliciter excusat laycos, et quantum ad alia excusat eos a tanto sed non a toto. Nam legis preceptorum et evangelii et doctrinam apostolice scire tenentur prelati et maiores, qui debent divina omnium exponere et reddere rationem de ea que in eis est fide et spe, quam et ab eis requiritur scientia veteris et novi testamenti. Layci autem ad hoc non tenentur, nisi ad notitiam decalogi et articulorum fidei prout in simbolo apostolorum continentur. Ignorantia autem iuris canonici aliquos excusat et aliquos non. Continet enim instrumentum constitutiones per quas discernuntur peccata, et has tenentur scire presbiteri curati maxime habentes sub se confessores, non autem tenentur alii et inferiores layci, sed alii presbiteri et clerici secundum quod sunt in maiori gradu constituti secundum hoc etiam plura scire tenentur. Ignorantia itaque eorum, que publice promulgantur ad laicos pertinentia, non excusat eorum peccatum, quod per ignorantiam committitur ut dicitur 38 dist. quod dicitur. Ignorantia vero iuris civilis quibusdam concesse sunt ut militibus rusticis mulieribus et minoribus, et etiam addunt vacantes theologie, qui non tenentur ad omnia iura posteriora hominum et maxime in dampno evitando, non autem in maleficiis, prout notatur in legibus civilibus si nescit femina miles clericus et rusticus parcet sibi iudex et ultor. Sic patet quod ignorantia iuris in diversis variatur quod quidam tenentur scire aliquid, ad quod alii minime tenentur. Alia autem est ignorantia que apud philosophum particularis dicitur, eo quod hic dicitur aliquid particulare determinatum, per circumstantiam quia contingit etiam sapientem quandoque ignorare, et etiam est duplex, quia aut est cum actu, scilicet quod si non ignoraret non faceret, et signum huius est penitudo post actum, et illa quia sine facit involuntarium adhibita debita diligentia, ideo excusat a toto, sicut fuit de Jacob cognoscendo Liam quam putabat esse suam scilicet Rachelem Gen. xxix. Alia vero est ignorantia facti que non est cum actu, sed de pertinentibus se habet ad actum, quod scilicet idem faceret si non ignoraret, ut est de eo qui vellet occidere hostem, sed ignorans occidit eum putans occidere cervum. Et hec ignorantia etiam dicitur concomitans actum seu circumstans. Et signum eius est impenitendo post actum, et talis quia non inducit ad volendum, non causat peccatum nec aggravat nec diminuit. Invincibilis vero ignorantia dicitur illa que non est in potestate scientis, et est eorum que nec tenemur nec possumus scire, et omnis talis que secundum se et secundum causam invincibilis est excusat a toto quia causat omnino involuntarium. Et notandum secundum se et secundum causam propter ebrium ex ebrietate peccantem. Ignorantia est invincibilis secundum se quia tunc non potest videre quid agendum vel non agendum sit, non tamen est invincibilis secundum causam cum potuit se non inebriare et sic non ignorare, quare non est omnino excusatus. Quare considerandum est quod duplex est ignorantia invincibilis, quia vel inest ex natura ut in stultis et maniacis et hec in se non est peccatum, et ex ea sequens excusat in toto. Alia vero inest ex accidente ut ex infirmitate vel ebrietate et hoc iterum dupliciter contingit, aut enim ea habens non dedit operam, ut quando quis non novit virtutem vini aut alterius opiati, et ultra quod ignorat sibi [illegible] tale accidens, ut patet de illo qui volens proximum suum a leone liberare sagittam mittendo proximum occidit, et hec etiam ex toto excusat quando manet tale actus ut xxiii q. v de occidendis L dist. si quis. Si vero habens ignorantiam dedit operam, hoc iterum est dupliciter, aut per rem licitam, ut cum aliquis ex devotione vel in alio exercitio spirituali incidit in insaniam, aut per rem illicitam. Si primum aut adhibuit debitam diligentiam secundum [illegible] et tunc excusat a toto. Si vero non adhibuit debitam diligentiam non excusat a toto sed a tanto ut

Simile videtur esse si quis de aliquo dubio consulit peritiores dicendo non habet auctoritatem expressam utrum ita sit vel non et dicendo format sibi bonam conscientiam postquam magis peritos consuluerit, etiam si res aliter se habet quod ipse tamen excusatur quia fecit quod potuit, deus autem non requirit impossibile ab homine

Ignorantia est duplex
Vincibilis
iuris
naturalis
divini
canonici
civilis
facti est duplex
Invincibilis

facti ignorantia est duplex

Ignorantia invincibilis

Invincibilis ignorantia est duplex

vt xxxii q. vii quemadmodum. Si vero dedit operam per errorem illicita hoc etiam dupliciter contingit, aut per peccatum veniale, vt si quis per rem venialem incideret homicidium, et hoc excusat a toto saltem peccatum si vllum habeat vsum rationis. Si vero per peccatum mortale, vnde quod ignorantia talis per se sit peccatum, et per consequens non excusat saltem peccatum precipue in toto, ymmo secundum philosophum ille ignorans meretur duplices maledictiones vt habetur iii eth. Quidam tamen minus loquentes dicunt quod excusat a toto eo quod aliquo modo involuntarium est, et si omnino nullum habeat vsum rationis, dicunt quod etiam a toto excusat. De hoc latius tractant iura xv q. i. Si quis insaniens et c. presbiter et c. tenetur quando sed vtrumque sit. Preterea etiam quedam ignorantia electionis, que prouenit vel ex passione vel ex habitu, ex quibus aliquis actu non considerat, quod tamen considerare potest et debet, et illa quodammodo afferre peccatum consequens vt que ex contraria peccatum, quia voluntas non reprimit, et prohibetur iudicium rationis in particulari operabili secundum quod dicitur in vi eth. quod delectatio corrumpit existimationem prudentie, et secundum illam ignorantiam omnis malus dicitur ignorans vt habetur iii eth. Et quia illa ignorantia non est causa peccati, sed omne peccatum consequens, igitur non excusat nec minuit.

¶ Solet etiam aliter et communiter distingui ignorantia. Nam quedam est simplex que priuat scientiam nec tamen potentiam debitum nec contemptum sciendi, et hec excusat, et aliter solet dici negationis. Alia est crassa, vel ea qua negligit scire quod tenetur scire, et negat scientiam, sed ponit aptitudinem et debitum sciendi, quam etiam priuationem aliter dici potest, et hec excusat a tanto sed non a toto. Dicitur autem Crassa et supina, per methaphoram hominis crassi et supini qui etiam non videt que ad pedes eius sunt. 3a est ignorantia affectata cum quis negligit illud quod tenetur scire et placet ei nescire, et aliter conuenit dici dispositionis, et hec non excusat sed accusat, et patet quod quedam ignorantia excusat, quedam non, quedam magis quedam minus et quedam omnino nihil excusat sed accusat. Ex quibus sic notatis pono conclusionem sextam

Alia diuisio ignorantie
Negationis
priuationis
Dispositionis et affectata

**Cum quod non plus peccati quam voluntarii habeat, ignorantiaque in toto parte ve in vicium efficiat**

**Consequens est, quod causa innascens error, ex se commissum peccatum secundum magis et minus excusat** Clare hec conclusio per omnibus, sicut peccatum sit, ?ia facilis patet quod beatus Augustinus li. i retract. et assumit etiam magister sententiarum dist. xli 2. et Gratianus 15 q. i c. ? dicit sic vsque adeo peccatum voluntarium est, vt nullo modo sit peccatum nisi voluntarium. Propter quod etiam philosophus dicit iii eth. quod involuntarium non meretur penam, sed ignoscentiam, et patet quia bonum [illegible] nihil plus [illegible] nisi quod est in potestate peccantis, sed nihil est in potestate hominis nisi quod est voluntarium, ergo omne peccatum est voluntarium. 2a pars est arist. iii eth. et satis liquet ex prioribus, nam quedam ignorantia vt invincibilis simpliciter facit involuntarium, illa que ex negligentia fit facit aliquo modo involuntarium etc. Nam satis constat quod non potest esse voluntarium quod est ignoratum, eo quod obiectum voluntatis est bonum vel malum cognitum. Sed tertia pars et si sit evidens quia dicitur posse ex primis duabus, pro maiori tamen ipsius corroboratione potest addi breuis ratio talis. Quicquid minuit rationem voluntarii et contemptus minuit peccatum, sed sic est de ignorantia, quia ceteris paribus magis contempnit qui agit ex industria, quam qui ignorans peccat, cum ad voluntarium includit ipse cognitionem, quod priuat cognitionem priuat de ratione voluntarii, quia ergo peccatum mensuratur secundum quantitatem libidinis et contemptus, et ignorantia diminuit, de ratione horum quod verum est, quod omnis ignorantia minuit huiusmodi excusat peccatum, et si tanta sit quod priuat omnino rationem voluntarii et contemptus excusat a toto, si vero non omnino excusat a tanto

vnde ista regula quod ex quo omnis error
oritur ex ignorantia, ignorantia autem facit actum
involuntarium, sic tamen quod vna plus altera
minus, conuenit, cum omne peccatum sit voluntarium
quod error peccatum excusat, et in quantum
quantum facit involuntarium

**Sicut igitur ad voluntarium minuendum conditionem vere se habet ignorantia**
**Sic quoque ad peccatum excusandum ipsa (quam parit) erronea se gerit consciencia**

Correlarium istud directe sequitur ex positione conclusionis quia de quanto ignorantia minuit rationem voluntarii, de tanto error inde conscientie ex ea procedens peccatum excusat, ita vero quod si faciat omnino involuntarium conscientia simpliciter excusat, si autem aliquid efficit involuntarium conscientia peccatum minuit. Sed si ignorantia ipsa volita et affectata sit ipsum aggrauat, quia eo ipso aliquid imputatur ad meritum vel culpam, quia est voluntarium

**Constat ideo quod non quisvis error conscientie peccatum excusat**
**Ymmo quidam aggrauat alter penitus tollit et alius alleuiat**

Istud correlarium satis liquet ex conclusione et eius correlario primo, quia tamen vt dictum est error conscientie tamen excusat quantum ignorancia ex qua oritur minuit de racione voluntarii, quedam autem ignorancia auget quodammodo racionem voluntarii, ut scilicet directe affectata, quedam autem minuit ut ex negligencia orta, et quedam omnino privat ut invincibilis. Igitur sicut erit quod non omnis error consciencie peccatum excusat, ymmo nonnumquam aliquis aggravat ut qui oritur ex directe affectata ignorancia, et aliquis penitus tollit et excusat ut invincibilis, et alius scilicet ex negligencia ortus alleviat, et quidam eciam simpliciter talem relinquit quale ipsum est, sicut qui peccat ex ignorancia que non est causa actus, ille non nec auget nec minuit.

## Ut ergo homo non dampnetur ignorancia, sed culpam et reatum diluat, Opus habet ut corde conterat, et debite sciencie quod in se est faciendo insistat

Quia in precedentibus determinatum est quod aliqua ignorancia periculosa et dampnabilis est et non quelibet excusat a peccato, concluditur ideirco quod quis ut immunis evadat ab omni crimine ignorancie, debet habere veram contricionem cordis, quia per illam delere reatum ignorancie. Sed quia tamen, quo ad actum includentis manet ignorancia, que non per cordis contricionem tollitur. Igitur ut quis eciam de futuris precaveat, et non incidat in peccatum aliud per ignoranciam, debet intendere debite sciencie faciendo quod in se est, quia sic deus dabit graciam et ab omni adversitate et periculo liberabit. Pro quo advertendum est quod ignorancia que est origo erronee consciencie duo habet in se mala, et precipue ea que vincibilis est, unum est reatus sine culpa, aliud est defectus sciencie debite ipsi quam ignorans caret. Primum ut dictum est tollitur per contricionem, secundum vero per diligenciam debitam faciendo quod in se est. Requiritur autem ad debitam diligenciam contra talem ignoranciam et ad faciendum quod in se est iiij aut v secundum Cancellarium, scilicet inquisicio diligens scripturarum, que debet fieri per attentam verbi dei audicionem, diligentem et piam intencionem, cordialem auditorum de sacra scriptura meditacionem, quemadmodum dicit psalmista ps. c xviij: tunc non confundar cum perspexero in omnibus mandatis tuis. 2m est inquisicio diligens et studiosa in sacris scripturis lectorum, interrogacio bonorum, et fidele consilium sapientum, quia cum sancto sanctus eris et cum perverso perverteris, dicit ps. xvij, et Apostolus Paulus i Chor. xv: Corrumpunt bonos mores colloquia prava, et deinceps vero declaracio sermonum tuorum domine illuminat et intellectum dat parvulis ps. c xviij, quod et Christus tradidit nobis cum duodecennis in medio doctorum sedebat et interrogans audiebat eos Luce ij. 3m vero quod exigitur est operacio bonorum per cautelam gravium viciorum, ut scilicet homo sibi caveat a gravibus peccatis, et si in aliquod inciderit, non diu in eo permaneat, quia secundum beatum Gregorium super Ezech. Contempnentem qui non vult penitere, ponit deus offendiculum ut gravius impingat. 4m est invocacio per oracionem dei et sanctorum, quibus deus velit hominem liberare et illuminare ut intellectum ad salutem intelligat, et ut in sua ignorancia non permaneat, exemplo psalmiste qui ait: delicta quis intelligit, et statim orare incipit pro intellectu eorum dicens: ab occultis meis munda me domine, ps. xviij. Quintum vero et ultimum quod potest addi est ardens desiderium proprie beatitudinis, et fuga dampnacionis future et perpetue. Hec tangens Crisostomus super Matheum omelia xxxix dicit: Si velles ingredi superne veritatem, nunc peteres oracionibus, nunc quereres in scripturis, nunc pulsares bonis operibus, nunc interrogares sacerdotes, nunc illos nunc istos, sed ista non facis, quia verbo dei non credis, nec promisse beatitudinis desideras, nec eterne dampnacionis iudicium formidas, et eandem causam tangit s. Bonaventura super iij in materia de fide. Remanet igitur in predictis se exercitantem diligenciam debitam apponendo ut secundum dictos doctores fecisse quod in se est, et consequi graciam et peccatorum dimissionem, ymmo eciam quodammodo inevitabiliter, non quidem quod deus cogi possit, sed quia ita se habet eius divina bonitas ad donum gracie, quod omni volenti recipere, faciendo quod in se est, paratus est eam dare, et ex hac summa sua apparet bonitas, quod non potest se negare volenti graciam suam recipere, faciendo quod in se est, propter quod eciam beatus Augustinus dicit: Sicut vituperacio huius voluntatis est quod non vult recipere, ita laus divine bonitatis est, quod non potest se ipsam negare, et omnia hec diffuse deduxit Nider in dicto suo tractatu de timorata consciencia parte iij c. ult. et pen., quod omni facienti quod in se est dat graciam et suam voluntatem dei, et tamen de articulo ij quo patuit quod non quelibet erronea consciencia excusat, sed quandoque ipsa est dampnabilis et periculosa, quod tamen intelligi volo in hiis que de se illicita sunt et fiunt secundum dictamen consciencie. In indifferentibus autem et de se licitis secus est, quia quod in hiis fit secundum conscienciam non est peccatum

Quantum vero ad articulum tertium est ut ostensum est prioribus duobus articulis conscientia erronea sic ligat quod omne quod fit contra eam, ipsa durante sit peccatum ut tactum fuit .i. articulo, nec tamen simpliciter excusat, quia in de se licitis, actus qui fit secundum erroneam conscientiam peccaminosus sit ut deductum fuit articulo ii. Igitur nunc restat comparatio horum peccatorum penes gravitatem, quod eorum sit gravius, et qualiter perplexitas evitari possit sive homo necessitate detrudatur in peccatum, ubi considerandum est quod ut notat durandus super distinctionem xxxix. 2i hoc vero sumitur de lumine in dubio non sit sed considerandum est quadrupliciter, scilicet illorum illud quod conscientia erronea dictat faciendum, quod quandoque est illicitum ut peccatum veniale, sicut quod conscientia dictat esse mentiendum pro vita innocentis salvanda, quandoque vero ut mortale, sicut quod quis credit furandum malis divitibus, ut detur bonis pauperibus. Tertio ex parte conscientie erronee considerandum est, qualiter ipsa dictat aliquid esse faciendum tamquam ex precepto, puta quod non mentiens vitam alicuius salvando reus est homicidii, quandoque vero dictat aliquid faciendum ut opus iure solum, puta quod furtum committeret ut det pauperibus benefaciat et sic mereatur. In primo casu sequens eam conscientiam erroneam peccat solum venialiter, sed faciens contra peccat mortaliter. In 2o autem econverso. Si autem aliquid est ex precepto faciendum vel dimittendum, et conscientia dictat oppositum tamquam cadens sub precepto, comparandum est preceptum precepto, et secundum hoc iudicandum. Exempli gratia. Si mulier erronee conscientie credit quod licitum sit ei mechari, ut salvet suam vel viri vitam alioquin rea esset homicidii, plus peccat exponendo se vel virum suum morti contra conscientiam quam mechando contra eam, quia maius est non occides quam non mechaberis. Et econverso si putat se occidendam ne violetur plus peccat se occidendo secundum conscientiam quam mechando contra eam. Et simili modo etiam iudicandum est in aliis, quando enim utrobique est preceptum, tunc comparanda sunt ad invicem ut secundum illa iudicetur de ponderando. Consequenter nota de perplexitate quod triplex est perplexitas in genere secundum alexandrum in summa sua scilicet intelligentie sacre scripture, intelligentie faciendorum et inevitabilis peccati. Prima et 2a perplexitas que per onus egypti designatur ysaie xix, etiam in bonis et iustis hominibus reperitur. Nam postquam homo exuit a se onus babilonis i. amoris huius mundi, a quo primum se exonerare habet, 2o loco se exuit ab onere philistiim i. demonum temptantium, et post hoc tertio loco exonerat se ab onere moab i. onere secularis superbie ut dicere possit cum apostolo non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est ii chor. iii. et post hoc carnalis delectationis sine penitentia tenuis que duo onus damasci a se exuit, et tunc ultimo restat onus egypti quod quilibet bonus habere potest, et hec sunt tenebre ignorantiarum, quibus etiam premuntur boni, sed non opprimuntur. Et patet quod etiam iusti patiuntur hanc primam et 2am perplexitatem. 3a vero perplexitas scilicet inevitabilitas peccandi, in neminem cadit, sic quod esset simpliciter perplexus quia tunc ille non libere et voluntarie peccaret, quod esse non potest eo quod ut supra dictum est, omne peccatum est adeo voluntarium, quod nisi adeo voluntarium est, non est peccatum. Sed tamen si alicui appareat quod peccet sive faciat sive non, apparentia est non veritas, quia si statim bene videret viam sine peccato faciendi vel dimittendi, patet igitur quod nullus potest esse simpliciter perplexus, secundum quid scilicet stante erronea conscientia, ea autem deposita liberatus est, et posset hoc deduci exemplo sic, de eo cui dictat conscientia quod fornicari debeat, alias reus erit mortis proprie sive persone, talis conscientiatus errat, et videtur quod habens talem conscientiam est perplexus secundum quid, quia sive fornicetur sive non peccat, quod si facit committit peccatum fornicationis, si non facit committit ex intentione seu conscientia peccatum proprii homicidii, et secundum quid est perplexus, deposita vero conscientia, tunc non fornicando non peccat, si vero ei appareret quod conscientiam simpliciter deponere non possit, quoniam inter duo vitia alterum eligat, tunc illud eligat quod in se minus peccatum est, sicut ille qui in turri captivus est, et sine corporis periculo evadere non potest, eligit locum ubi cadendo corpus minus ledatur. Videatur de hoc in canone dist. xiii c. preterea vii et plus ad theologos est, quia etiam ponit s. gregorius, quod in nullo casu est aliquis perplexus inter duo peccata, quin ei pateat exitus absque novo peccato, nam si iuravit quemquam occidere peccat similiter, et non occidit eum non potest tamen non irretiri, sed iam in iurando peccaverat. Si autem dictat sibi conscientia erronea quod petrus est innocens, est statim occidendus ab eo, dimittat hanc conscientiam et liberatus est. Si vero incidant duo precepta incompatibilia ex culpa sua tunc agat illud quod in se est magis obligatorium et eminentius

ensi

perplexitas in triplici differentia

de tertia perplexitate loquendo sed secundum quid potest esse perplexus erit a nono pito Et est aliquo modo simile h' in moralibus sicut in speculativis, nam sicut ibi uno inconvenienti dato necesse est sequi plura ut dicit etiam ar. primo phi. Sic et in moralibus, uno inconvenienti dato necesse est alia sequi, ut ubi gratia supposito quod aliquis iuraret manere glam, si ne faciat eo quod quod dz sine dimittit semper peccat, nec tamen adhuc simpliciter perplexus est, sic quod ex necessitate peccaret, eo quod illam malam radicem potest dimittere. Sic pro modo etiam in speculativis esse videtur. Nam uno inconvenienti et falso admisso quis necessitatur ad aliud concedendum, non tamen simpliciter quod potuisset hoc falsum negasse. Remedia vero que contra illas possunt applicari sunt, nam prima perplexitas solvitur per distinctionem talis diccionis in diversis locis sacre scripture, quod intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi. 2ª vero solvitur uno modo per spiritum sanctum secundum quod dicit 1. Joh. ij: vos unctionem habetis a sancto spiritu, et nostis omnia ad salutem necessaria, et tamen ibidem hec scribo vobis de hiis qui seducunt vos, et vos unctionem quam accepistis a deo maneat in vobis et non necesse habetis ut aliquis doceat vos, sed sicut unctio eius docet vos de omnibus, et verum est et non mendacium, ubi secundum glo. unctio est caritas, sanctus qui hanc dat est spiritus s. et facit sic ut docente vos interius spiritu sancto, non indigeatis extrinsecus homine doctore. Et tamen ibidem dicit glo. Nemo docenti tribuat quod ex ore docentis intelligit, quia nisi intus sit qui doceat, lingua doctoris exterius inaniter laborat, nec tamen doctor taceat, sed quod potest agat. Idem quod intentio tradit Greg. in omelia, et Aug. in libro de magistro docet, quod quia nihil intelligitur nisi etiam intellectus a gratia luce illustretur, qui intellectus immediate a deo illuminatur. Docere vero est magis vie etiam sapientium. Et in proposito nostro est hec unctionem spiritualem, quam dicit Nicol. de lyra super prefato textu, secundum manent in vobis, id est in pectore hominis est, gratiam baptismi observando, de qua primus unctionem habetis a spiritu sancto, et nostis omnia secundum ad salutem necessaria. Si enim natura non deficit in necessariis, multo magis auctor nature, unde si hereticus veniat ad corrumpendum fidem in simplicibus fidelibus qui se convertit ad deum orando pro instructione, ei non deficiet, quia deus enim dirigit per se sive per alium, secundum ea que ad salutem pertinent secundum suum statum. Illud autem hec dicimus, quod est in mea parte habitum, nec ex hoc quod dicitur Non necesse habetis ut aliquis vos doceat secundum homo, arguere debent simplices fideles quod doctrina superiorum negligenda vel contemnenda sit dum haberi potest, sed si humana doctrina deficeret, tunc deus suppleret, unde frequenter reperiuntur aliqui simplices rustici in campis, clarius videre in hiis que sunt necessaria ad salutem, quam illi qui cottidie audiunt sermones in civitatibus, concluditur autem et verum est et non mendacium, quia ab eo qui est illa veritas non potest procedere nisi verum. h' Nicol. de lyra. Tertia perplexitas de qua magis ad propositum dissolvitur per depositionem erronee conscientie sicut patuit in correlario in parte conclusione precedentibus. Procedo ad conclusionem tertiam.

Remedia applicanda contra perplexitates

## Cum quis in per se malis tam secundum erroneam conscienciam quam contra eam faciendo contingat peccare

## Nequaquam tamen quis simpliciter perplexus sit, oporteatque in hiis gravitatem ex obiecto et modo dictandi mensurare

Liquet ista conclusio per omnibus suis partibus, nam prime due partes sunt directe in primis duobus articulis deducte, et ultime due in nobilibus, sed tamen signanter tertia pars est contra dicta cath. super dist. xxxix c. h. sem. et hec idem in canone dist. xiij per totum ubi gratia ex verbis beati Greg. in moralibus adducit tres casus in quibus posset aliquem apparere perplexitas, quos tamen glo. ibidem solvit ostendens solum esse ex apparenti. Est enim primus talis de eo qui vivit in speciosis hominum sub aliquo alio pro vitam ducentem se intra astringit, quod secreta scelera illius omnia silencio tegat, sed postmodum cui inventum est cognoscit perpetrare adulterium, atque deinde operam ut virum adulterare conabatur, quo cognito, iste qui intra se prebuit ad se redeundo diversis cogitationibus impingitur, nam silere formidat ne silencio adulterij similem et sibi commodis particeps fiat, prodere etiam trepidat, ne reatum se periurij obstringat, et sic in quadam perarum declinat metuit ne transgressionem incurrat non sit immunis. Ubi hoc apparet sit perplexitas, non tamen tamen sine novo peccato potest evadere, scilicet revelando, quoniam facere non sunt inventum ut esset vinculum iniquitatis. Similiter alia plura remedia dat quedam glosa ibidem. Et ad idem est alius auctor qui dicit, quod dz enim monere secreto fraterna correctione, et si noluerit cessare, potest dicere in generali ei cuius hominem contra Ecce unum curat te interficere, ita tamen

Contra dicit quod stantibus peccatis duabus in actibus de se malis credere conscientie sine fiat quod conscientia dictat sed non peccatum mutatur non tamen quod hoc quis reddatur simpliciter perplexus quia necessitate ad peccatum et non possit evadere et quod horum peccatorum gravitas est mensuranda ex eo quod conscientia dictat esse faciendum, sicut an illud sit veniale vel mortale et ex modo dictandi, scilicet an dictet sub per modum precepti vel consilii quod non deprehendatur ex aliqua circumstantia quis ille sit, ut etiam dicitur extra de officio ordinarii. Si sacerdos vel si sit periculum dicere illi, dicendum est alicui qui potest prodesse, et non obesse, vel forte quod premoneat illum dicendo tamen sic dicat quod nullo modo ille comprehendatur, et sic ille non erit reus periurii. 2us casus est de eo qui frangere volens omnes suas voluntates proprias, subdit se cuidam alicui quem tamen postea cognosceret ea quae displicent iubere, et quae mala sunt agere, et sic subditus perplexus, quia si sit culpa inobedientiae, et quod contagium sceleris vitae, obedire trepidat, necnon in prius proposito deficit, et iussis non obedire formidat, ne deum in electo opere offendat. Sed hunc clare consulit quaedam glossa ibidem super verbo formidat, quod si talis subditus praeceptum prelati cognoscit esse contra deum, secure non obediat, quia licet mandatum generale ei obedire in omnibus, non tamen est intelligendum nisi de licitis iustis et honestis ut xi q. iii non semper et c. si dominus, et c. Julianus et extra de maioritate et obedientia, ad nostram ii. Sed si dubitat an sit contra deum debet obedire xxiii q. i quid culpatur in fine. Tertius autem casus notatus in dicto c. est de eo qui symoniace ad ecclesiasticam dignitatem ascendit et de post ad mentem rediens, dolet se in culpa ad hoc pervenisse, et curam pastoralem gregis sic empta possidere, et ex altero timet suscepti gregis curam relinquere, sic quod hinc inde se culpa ligatum conspicit et neutrum sine reatu criminis videt, sed nec iste simpliciter perplexus est, sed locum quem simoniace accepit dimittat et in perpetua penitentia vacat, ut dicit glossa super verbo suscepti, ubi et multos ad hoc allegat canones. Similiter Astexanus in summa sua li. ii ti. lxix parte ultima tres alios ponit casus minime notabiles. Primus est iste quod aliquis sit promotus symoniace ad sacerdotium, et ex officio tenetur celebrare, si tamen celebrabit mortaliter peccat, si non populum scandalizat et sic videtur quod perplexus sit, sed attendat ille quod ei ibidem redditur. Si enim peccatum sit occultum, suspensus est ipso iure, quo ad se tamen, quare si tunc sint in officio celebrandi, cum dolore peccati perficiat missam, sic evadet maius malum. Si vero non sint in officio celebrandi dimittat illud officium, et expectet dispensationis gratiam si eam possit obtinere. Si vero peccatum eius sit manifestum, tunc dupliciter peccaret, quo ad se et quo ad alios quos scandalizaret celebrando. 2us casus est de eo qui heremiticam vitam duceret ex voto et vocaretur ad civitatem et diceretur ei quod multas animas ibi posset deo lucrari de suo consilio et exemplo, cui videtur ibidem quod non debet ire quia contra votum et professionem sponte venire est manum ad aratrum mittere et retro aspicere, nec propter hoc totum mundum lucrari et animae suae detrimentum pati, quod totum verum est, nisi excepto casu quo fides periclitaretur et per eum relevari crederetur, vel etiam si per papam cogatur. 3us casus est de vidua in seculo habente parvos pupillos, ac per hoc timere si relinquat seculum transgredi preceptum de parentibus honorandis, et ex alia parte vovit relinquere seculum, quid tamen agere debeat quidam in quibus sic declinavit prout ibidem videbitur. Sed potest hic dici quod ex quo vovit de consilio iam est ei sub precepto relinquere seculum, quare distinguendum est, quia aut vovit cum prefinitione temporis aut non, si sic infra tempus illud provideat parvulis suis secundum quod potest, ultra enim non licet sibi differre sine dispensatione. Si vero vovit sine prefinitione temporis, tamen ad statim, nisi aliqua conditio inveniat impeditiva, et tunc etiam pendente illa conditione provideat eis secundum quod potest, alias tenetur vel ad statim intrare, vel adminus accelerare quantum potest, alias esset in periculo. Sed si non inveniret obligationem, si tamen est consilium, in casu potest et debet differre. Ex quibus lucide apparet quod in nullo casu contingit quem esse simpliciter perplexum sed solum secundum quid ut dictum est.

**Est ea propter ut in quibusdam peccatum contra erroneam conscientiam commissum sit gravius, ceteris minus etiam sit malus eo quod secundum ipsam sit multo tollerabilius** Correlarium istud tamen quod cum quaerebatur prius an gravius peccetur secundum erroneam conscientiam vel contra eam, ad quod sicut notum est ad conclusionem et etiam in una parte conclusionis non potest simpliciter responderi una responsione, sed ibi alia attendenda sunt quibus patuerit ex quorum ponderatione illa debent pensari, quare dicit correlarium quod quibusdam peccatum contra conscientiam sit gravius eo quod sit secundum ipsam quibusdam vero contrario sicut declaratum fuit in uno non, quare correlarium relinquitur verum.

**Ut igitur in dictis malis errante conscientia perplexitas evitetur**

**Sanis acquiescendum est consiliis ut error talis deponatur**

Istud correlarium satis liquet ex prioribus secundum conclusione tertia et suis notis et correlarium tertiae conclusionis primae

Claret propterea quam salutifera sit et bonum retribuat conscientiam
Licet tamen minime sufficiat quod etiam propriam quis repellere teneatur infamiam

fructus bone conscientie

Huius correlarii prima pars et si satis clarescat ex predictis pro tamen brevi sit ostendi, quod quamplures sunt fructus vere et bone conscientie, cum ipsa sit radix caritatis secundum illud 1 thi 1 finis precepti est caritas de corde puro et conscientia bona etc. Item ipsa est iter veritatis pro quo psalmista orat dicens deduc me in semita mandatorum tuorum et in iusticia tua propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam ps. 5. ubi glo. in conspectu id est conscientia, ubi homo aliquis non videt sed tu solus, quod hominum laudanti vel vituperanti non est credendum, quia non videt in conscientiam in qua iter ad deum dirigitur quod subdit: non est in ore eorum veritas, scilicet inimicorum meorum, quorum iudicio non est credendum. Ideo ad conscientiam ubi deus videt subeundum est. Est etiam bona conscientia ornatus decorque anime, quo sponsa Christi dicitur, de quo in ps. xliiii omnis gloria eius ab intus, super quo dicit glo. hec est laus sponse a gloria qui dicit: concupiscet rex decorem tuum, qui decor non est nisi intus, quia omnis gloria eius scilicet filie regis ab intus i. in conscientia. Item ipsa etiam est detractatorium a peccatis quia que conscientia mordet et stimulat quod aliquid sit illicitum, ideo pro tanto a tali peccato detrahitur in quod labi posset. Est et ipsa thesaurus honestatis de quo eccl. xiii Bona est substantia cui non est peccatum in conscientia. Est et testimonium boni in eo, sicut apostolus 2 cor. 1 proposuit ait: gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Immediate subdit: quod in sinceritate et simplicitate dei et non in sapientia carnali sed in gratia dei conversati sumus in hoc mundo. Ultimo ipsa est continuum delectabilitatis, in eo quod secura mens quasi iuge convivium, prover. xv. Et ex opposito ipsa mala conscientia septem amarissimos fructus gignit. Illa bellum intestinum generat, ita ut cogitatio cogitationem accusaret, conscientiam fedam creat, qui mala conscientiam gestat: mundam immunda actitat, viam difficilem ad iustitiam practicat, ad cecitatem mentem adducat, ita ut hominem ad heresim inducat, ad gehennam edificat, et tristicia in magnum gravamen anime et spiritus contrimat, que singula plane declarat Hugo de [illegible] in sua [illegible] pro tract. par. 1 c. 1 et 2. 2a pars correlarii probatur auctoritate beati aug. in de vita clericorum, et ponitur in canone xii q. 1 Nolo ut aliquis de vobis inveniat male vivendi occasionem, providentes enim bona ut ait apostolus non solum coram deo, sed etiam coram hominibus, propter nos conscientia bona nobis necessaria est, propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in nobis; due res sunt scilicet conscientia et fama, conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo; qui vero fidens conscientie sue negligit famam crudelis est, idem xi q. iii, et item est aug. Non sunt audiendi sive viri sive femine qui cum reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit ut in malam veniant suspicionem, dicunt coram deo sufficere sibi conscientiam, estimationem hominum non solum imprudenter verumetiam crudeliter contempnentes, qui occidunt animas aliorum sive blasphemantium viam dei quibus secundum suam suspicionem, quasi turpis que ipsa est despicitur vita, sive etiam cum excusatione imitantium, non quod vident sed quod putant. Et roborat idem textus sacre scripture qui dicit eccl. xvii unicuique mandavit deus de proximo suo, ut scilicet ei prosit verbo et exemplo. Quod autem beatus aug. dicit ad clericum Ypponensem, ponitur hic in eodem canone: quid obest homini quod ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia, si de libro viventium non eum deleat iniqua conscientia et alia plura c. ibidem aug. et Grego. que sonant quod non linguas hominum sed conscientias curare debemus, non sunt hiis dictis contraria, sed ut in quadam glo. ibidem dicitur, conscientia non sufficit quantum ad alios sed quando sumus inter tales qui parati sunt imitari et non reprehendere, ne tunc tales occupamus exemplo nostri debemus ut fama nostra luceat inter tales, qui non curant imitari sed tantum reprehendere relinquimus. Igitur correlarium planum. Correlarii ultimum et verissimum est quod oportet contra infamiam moderatum. Problema primum hinc quod annexum est istud

Probleuma

Cur racio et non Sinderesis in homine possit errare
Cum tamen utraque sit vis anime potentis peccare

Ad quod breviter dico memoratis que tetigi in primo articulo questionis quod quia Sinderesis respicit ultima principia agendorum, circa que non contingit mentem errare, sicut nec circa prima principia in speculabilibus, et sicut prima principia in speculabilibus non possunt esse falsa eo quod immediate illustrantur lumine intellectus agentis, sic et prima principia in operabilibus circa que est synderesis, circa ea esse non potest quia etiam sequuntur immediate lumen intellectus agentis. Sed circa ea que assumuntur preter ea conclusionem que non est per se nota sicut illa principia agendorum, sed innotescit per fidem vel inquisitionem rationis, ideo circa ea contingit error, vel quia fidei non assentitur, quia non omnium est fides ii thess. iii, vel quia inquirendo decipitur, aut ex inconsideratione eorum que consideranda sunt, aut ex malo et corrupto habitu, verbi gratia lex tradit illud principium circa quod non contingit errare, scilicet quod illicitum non est faciendum. Si hereticus assumit quod iuramentum est illicitum ex eo quod scriptum est Mat. v: Ego autem dico vobis non iurare omnino, sed in hoc errat ratio, quia non confert illud dictum scripture ad alia in quibus conceditur iuramentum tamquam licitum etc. Patet ergo quare synderesis non potest errare et tamen conscientia.

## Cur omnia peccata secundum Tullium dicantur esse paria Cum tamen parricidium gravius puniatur quam cetera

Problema queritur et dicit Tullius in paradoxis quod omnia peccata sunt paria, deducens hoc variis rationibus et signis. Dicit enim quod id in quo peccatur id potest aliud alio maius esse aut minus, sed ipsum quod peccare semper unum est, sicut gubernator si aurea navem everterit sive palee in re aliquantulum, sed gubernatoris inscitia nihil interest etc. Et eadem etiam videtur esse sententia Senece in epistola lxxxvi ad Lucillum. Quare igitur parricidium ceteris gravius punitur, ut secundum sanctionem legum parricida neque gladio neque ignibus neque ulli alii solemni pene subiicitur, sed insutus culleo cum cane et gallo gallinaceo et vipera et simea, et inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem proiiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, ff. Insti. de pub. iudi. § lex iulia, et tamen ullum aliorum peccatorum tanta pene damnetur. Pro cuius solutione sciendum quod, ut etiam innuit beatus Thomas 1. 2e q. lxxiii ar. ii, Considerandum quod Stoicorum opinionem Tullius prosequitur loco allegato, considerantium peccatum ex parte privationis tantum, scilicet prout recessus est a ratione, dixerunt omnia peccata esse paria, cum nulla privatio recipiat magis et minus. Ex quo etiam pullulabat error quorundam hereticorum dicentium omnes penas inferni esse pares, quod similiter est erroneum ut probat beatus Thomas in summa contra gentiles li. iii c. cxl. Unde ipsi in hoc decepti sunt, quod duplex est privationum genus, et putaverunt de utroque iudicandum. Unum est quedam simplex et pura privatio, que quasi consistit in corruptum esse, sicut mors est privatio vite et tenebra luminis, et tales privationes nihil recipiunt de habitu opposito, non recipiunt magis et minus, quare non magis est quis mortuus primo die mortis quam post annum, quando iam cadaver resolutum est; similiter non magis tenebrosa est domus si lucerna sit operta pluribus velaminibus quam si uno solo totum lumen intercludente. Sed alia est privatio non simplex, sed aliquid retinens de habitu opposito, et illa magis consistit in corrumpi quam corruptum esse, sicut egritudo que privat debitam commensurationem humorum, ita tamen quod aliquid eius remaneat, alioquin enim animal non remaneret vivum. Et similiter etiam est de turpitudine et aliis huiusmodi, et tales privationes recipiunt magis et minus ex parte eius quod remanet de habitu contrario. Multum enim refert ~~ex parte eius~~ ad egritudinem vel turpitudinem utrum plus vel minus a debita commensuratione humorum recedit, et similiter est de vitiis et peccatis. Sic enim in eis privatur debita commensuratio rationis, ut non totaliter ordo rationis tollatur, alioquin malum si sit integrum destrueret seipsum, ut in quarto ethicorum dicitur; non enim posset remanere substantia actus vel affectio agentis nisi aliquid remaneret de ordine rationis, et ideo multum interest ad gravitatem peccati utrum plus vel minus recedatur a rectitudine rationis, et secundum hoc dicendum est quod non omnia peccata sunt paria simpliciter. Sed pro illo quod de parricidio dicitur advertendum est quod iudicio humano non semper quantitas pene commensuratur quantitati culpe, sed hoc solum divino iudicio verum est. Sed humano iudicio sepe maior pena infligitur pro minori culpa, quia gravius nocumentum imminet hominibus ex minori culpa, sicut patet de furto et homicidio, ubi quamvis homicidium gravius peccatum sit, nihilominus tamen non tanto punitur sicut homicidium:  Finis in die 5 Martii 1488

duplex genus privationum

De correctione fraterna

## Utrum correctio fraterna ad quam quilibet obligatur de necessitate eterne salutis precedere debeat iudicio evangelicam denuntiationem ex vigore maioris theologice virtutis

Determinationem propositam questionem consuetudinem solita tres per quatuor articulos, quorum primus per aliqua notabilia terminos questionis declarabit; 2us questionem per conclusiones et correlaria respondens determinabit; 3us annexa problematica brevissime enodabit. Quantum igitur ad primum. Notandum secundum Aristotelem in x ethicorum aliquis a via rectitudinis descedens dupliciter potest ad eam reduci. Uno modo per timorem turpis, ut cum quis turpitudinem vitii et peccati abhominatur et confusionem exinde sequentem; alio modo per timorem et odium tristitie, sicut cum quis propter penas illatas vel infligendas resilit a peccato. Et ad propositum corripere secundum est cor eius de hoc malo ad bonum rapere; rapi autem dicuntur que cito et quasi subito auferuntur, unde et syllabam corripi dicitur que quasi subito et rapide pronunciatur, quam corripe quasi simul rape exponitur. Rape autem in hac materia non capitur ut sonat in violentia, sed secundum quod dicit confirmationem fratris autem peccantis ad bonum de malo, sicut intelligitur dupliciter: primo cum turpitudo peccati et honestas boni sibi ostenditur, et hoc fit per fraternam correctionem; 2o cum pena inflicta sentitur seu infligenda timetur, et hoc per prelatiam correctionem. Ex quibus colligunt doctores scribentes super iiii distinctione xix et precipue beatus Thomas q. ii articulo 1 et 22 q. xxxiii articulo 1 quod duplex est correctio.

Ex prima Aster

Quedam est prelatiua, dicta apud doctores penalis, qua non solum intenditur emendatio fratris sed etiam boni communis; sed inquirimus prelatiuam, prima est malum aliorum et precipue vergit in nocumentum communis boni. Et illa habet vim coactiuam, nec talis correctio est dimittenda propter turbationem eius qui corripitur, quia et si propria sponte emendari non velit, cogendus est per penas ut peccata dimittat; tum etiam quia si incorrigibilis est, per hoc providetur bono communi dum servatur ordo iustitie et unius exemplo alii deterrentur; unde etiam iudex secularis non permittit fieri fraternam vindicationem in peccatores propter timorem turbationis ipsius vel amicorum eius. Et talis correctio est actus iustitie et solum pertinet ad prelatos et superiores. Nam secundum eundem doctorem quo supra ad hoc quod homo recte gradiatur in via salutis, tria sunt ei impendenda ab eo qui curam ipsius gerit: primo ut in finem rectum ordinetur, et quantum ad hoc dicitur superior inferiorem sibi commissum dirigere; 2o ut ei cautelam adhibeat ne a via ad finem ducente discedat, et quantum ad hoc dicitur eum regere; 3o ut si contingat eum discedere quod ad viam rectam reducatur, et quantum ad hoc dicitur eum corrigere. Sicut ergo primum pertinet ad officium prelati, sic et reliquum, nec secundum doctores prelato sufficit ut sic corrigat defectus quos contingit eum scire, sed debet inquirere diligenter vitam subditorum, si forte etiam occultos defectus possit deprehendere, ut admonendo et premonendo mala obviet. Sicut debitor adventorum tempore primo [illegible] querere et [illegible] implicat, et de illa correctione parum hic dicere.

duplex correctio prelatiua et fraterna

Alia est correctio fraterna, et illa est que removet malum ipsius peccantis, et qua maxime malum proximi in peccato removet. Et diffinitur sic: Est admonitio fratris de emendatione delictorum ex fraterna caritate procedens. In qua diffinitione videntur tangi quatuor cause correctionis fraterne. Primo enim dicitur est admonitio, pro quo notandum quod admonere idem est quod ad mentem reducere. Admonere autem uno modo quandam coactionem vel verbo, sicut cum aliquid alicui precipitur, vel facto, ut cum quis punitur, et talis est admonitio ad corrigentem pertinente prelatorum. Alio modo admonetur quis per verba que vim coactivam non habent, et talia verba admonitoria vocantur, et hoc modo ad correctionem fraternam pertinet, et ideo hic cum dicitur Admonitio ubi tangitur causa formalis. Causa autem materialis quasi videtur tangi in diffinitione cum dicitur fratris. Nomine fratris autem intelligitur hic omnis homo sive inferior, sive par, sive superior; omnes enim fratres sumus [illegible] in Christo ad Romanos viii; potius enim ponitur nomen fratris quam hominis vel proximi, quia frater est nomen amoris et caritatis cuius opus est. Quarta etiam in diffinitione cum dicitur ex fraterna caritate procedens videtur tangi causa efficiens, videamus de verbis domini super Matheum [illegible], debemus enim amando corripere non nocendi cupiditate sed studio corrigendi. Deinde cum dicitur in diffinitione de emendatione delictorum tangitur finis correctionis. Et ideo ubi probabiliter estimatur quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad peiora labatur, est abstinendum a correctione, ut dicit beatus Thomas ubi supra destruendo, quia ea que sunt ad finem debent regulari secundum quod exigit eo finis. Quare etiam correctio fraterna sub precepto comprehenditur affirmativo. Pro quo notabile quomodo aliquis absoluitur a correctione fraterna in quibus casibus secundum Bedam viii in [illegible] correctione [illegible].

descriptio fraterne correctionis

duobus modis admonetur quis

Ad correctionem fraternam homo non tenetur inquirere defectus aliorum quos corrigat, sed quos contingit eum videre et scire, sicut nec ipsis [illegible] quibus indigent videt elemosinam, sed sufficit quod det sibi occurrentibus, sicut ponit hic beatus Thomas 2a 2e q. xxxiii articulo ii. Et in persona cuiusdam dicitur beato Petro: si peccaverit in te frater tuus, id est cum scis quod peccavit, quia ex eo factus sunt quod peccavit in te, fecerit; quando enim corrigis quod peccavit [illegible] sola notitia quod peccavit in te et cum eius [illegible] omnibus negligere, non eius amoris corrector sed proditor utas

Ut autem quis non peccet in correctione fraterna secundum Gorram super c. xviij iiij debent attendi scilicet discretio bonitas et utilitas, discretio in opere, bonitas in operante, caritas in intentione et utilitas in fine; propter oppositum ergo peccat quis in correctione, ut si manifestaret crimen alicuius sine premonitione, vel quod non posset probare, nisi forte denunciaret ei qui potest et vult prodesse et non obesse. 2° per manifestam corripientis maliciam, posset enim in eum replicari illud ad Ro. ij Qui predicas non furandum furaris qui dicis non mechandum mecharis, et Math. vij quomodo dicis fratri tuo frater sine eiciam festucam vel sic peccavit Oza ij Re. vj qui in nocte dormivit cum uxore presumpsit archam cadentem tangere. 3° per sinistram intentionem, ut cum non ex compassione corripit, sed ex vindicta vel derisione, sic peccavit Cham revelando verenda patris Gen. ix. 4° per inoportunitatem ut quando sciens corripit ubi nullam utilitatem proventuram scit. Sapiens autem in tali casu qui scit prodesse et non obesse ut dicit Aug. super levitic. Nota 2° quod duplicia sunt precepta, quedam Negativa et illa obligant semper et ad semper, omni modo, omni tempore omni loco, ad non faciendum, quia prohibent actus peccatorum qui ex eo quod sunt secundum se mali nullo modo vel aliquo tempore aut loco fieri bene possunt, quia secundum se iuncti malo fini ut 2° eth. Affirmativa que quamvis obligent semper, non tamen ad semper, non omni modo tempore et loco, quia illa inducunt ad actus virtutum, qui non omni tempore et loco fieri debent, sed observatis debitis circumstantiis, que requiruntur ad hoc quod actus sit virtuosus scilicet quod fiat ubi debet, quando debet et secundum quod debet, et inter precepta decalogi affirmativa duo sunt scilicet de sanctificatione sabbati et honore parentum, et sub alio illorum comprehenditur correctio fraterna. Nota tertio quod correctio fraterna est elemosina spiritualis ut vult b. Thom. 2a 2e arti. ij q. xxxij ponens vij elemosinas spirituales, scilicet docere ignorantem, consulere dubitanti, consolari tristem, corrigere peccantem, dimittere offendenti, portare onerosos et graves et pro omnibus orare, et ita tamen quod sub eadem intelligantur consilium et doctrina. Sic elemosine spirituales preeminent corporalibus in tribus, primo quia illud quod exhibetur nobilius est scilicet donum spirituale quod preminet corporali secundum illud prov. iiij donum bonum tribuam vobis legem meam ne derelinquatis. 2° ratione eius cui subvenitur quia spiritus nobilior est corpore, unde sicut homo sibi ipsi magis debet providere quantum ad spiritum quam quantum ad corpus ita et proximo quem debet sicut se ipsum diligere. 3° quantum ad ipsos actus quibus subvenitur proximo, quia spirituales actus nobiliores sunt corporalibus qui sunt serviles quodammodo. Secundo nota quod ut dicit Gre. papa in pastoral. Non una eademque exhortatio cunctis convenit quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Sepe enim aliis officiunt que aliis prosunt, nam et plerumque herbe que hec animalia nutriunt alia occidunt et lenis sibilus equos mitigat catulos instigat, et medicamentum quod hunc morbum minuit alteri vires iungit, et panis qui vitam fortium roborat parvulorum necat. Nam sic idem Gre. dicit in xx omel. super Ezech. verecunde etenim mentes, si quas fortassis culpas admiserint leniter arguende sunt quia si asperius increpantur franguntur potius quam emendentur seu erudiantur. At contra mentes aspere atque impudentes si increpantur leniter fiunt ad maiores culpas ipsa lenitate provocantur, et in xx omel. 2e partis Ezech. dicit idem Gre. tanta debet esse discretio ut nec disciplina nimia, nec misericordia sit remissa, ne si inordinate culpa dimittatur is qui est culpabilis in reatum gravius astringatur. Et rursus si culpa immoderate reprehenditur tanto qui corrigitur deterior fiat, quanto erga se nil benignitatis gratie agi considerat. Videte ergo quod disciplina vel misericordia multum destituitur si una sine altera teneatur. Correptorum namque mens in odium repente prosilit, si hanc immoderata increpatio plusquam debuit addicit, quia indociles fiunt immoderata fiat. Idem Gre. in pastorali, quos [illegible] non corrigunt, nonnumquam ab iniquis

prec. Negativa / Affirmativa

Elemosine vij spirituales

Vers. consule castiga solare dimitte fer ora

Ad hoc et quintum ad hoc pertinet ora qua quis pro aliis orat

spiritualibus defectibus subvenit spiritualis elemosina et eo tangitur duplex vel ponendo exemplum

- Humanum de h° tangit
  - unus communis defectus intellectus et 2 sunt quidem
    - speculativi adhibetur ei remedium per doctrinam
    - practici adhibetur ei remedium per consilium
  - Alius est defectus ex passione appetitive virtutis inter quos est maxima tristicia cui subvenitur per consolationem
  - tertio ex parte actus inordinati qui quidem potest triplex considerari
    - primo ex parte ipsius peccantis in quantum procedit ab eius inordinata voluntate et sic adhibetur remedium per correctionem
    - 2° ex parte ipsius in quem peccatur et sic si sit in nos peccatum remedium adhibemus remittendo offensam
    - 3° ex parte sequele ipsius actus inordinati ex qua gravantur ei convivientes etiam preter peccantis intentionem et sic remedium adhibetur supportando maxime in his que ex infirmitate proveniunt secundum illud ad Ro. xv debemus nos firmiores infirmitates aliorum portare secundum illud ad Gal. vi alter alterius onera portate

Hec b. Tho. 2a 2e q. xxxij art. ij in respon.

actibus lenia blandimenta compescuit. qui et plerumque egros quos fortis pigmentorum potio curare
non valuit ad salutem pristinam tepens aqua revocavit. et nonnulla vulnera, que curari
incisione nequeunt fomentis olei sanantur. Et durus adamas incisionem ferri nullatenus recipit sed
leni hircorum sanguine mollescit. Idem in eodem. fratres melius corrigis si in ipsa ne pre ira
motione declinaveris. perturbati quippe que audiunt ignorant. si ad se reducti tanto libentius
exhortationis verba recipiunt, quanto se tranquillius tolleratos erubescunt. Menti autem furore
ebrie omne rectum quod dicitur perversum videtur. unde et Nabal ebrio culpam Abigail laudabiliter
tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit.

## Ad correctionem fraternam que est elemosina spiritualis quilibet caritatem habens respectu cuiuslibet obligatur // Solus tamen prelatus magis et ad correctionem, que est actus iusticie astringitur qua bonum commune procurat

Illa conclusio est de mente beati Thome xxii q. xxxiii arti. iii in corpore questionis, et probatur multipliciter prima pars istius conclusionis auctoritate racione et similitudine. auctoritate quia dicitur ecclesiastici xvii unicuique mandavit deus de proximo suo scilicet de non ledendo de diligendo et corrigendo. de non ledendo exodi xx non concupisces uxorem vel domum vel [illegible] proximi tui non furtum facies. de diligendo Math. xxii diliges proximum tuum sicut te ipsum. de corrigendo Math. xviii Si peccaverit in te frater tuus vade et corripe inter te et ipsum solum. unde dicit etiam [illegible] papa et habetur xxiii q. iii Tam sacerdotes quam reliqui fideles omnes summam debent habere curam de hiis qui pereunt quatenus eorum redargucione aut corrigantur a peccatis aut si incorrigibiles appareant ab ecclesia separentur. unde ad Ephe. v. omnibus nolite communicare operibus infructuosis magis autem redarguite. Racione etiam quia ad actum caritatis obligantur qui tenentur habere caritatem et respectu omnium ad quos debent habere caritatem, quia quilibet se extendit habitus, tamen actus qui procedit ex habitu. Sed omnes tenentur ad habendum caritatem, et ad omnes parces superiores et inferiores. ergo omnes tenentur ad corripiendum quoslibet, cum correctio sit actus caritatis ut probatum est. Similitudine sicut se habent membra in corpore naturali ad actus naturales, sic se habent fideles ad actus caritatis, quia sunt connexi ut membra in uno corpore ut patet per apostolum ad Ro. xii ubi dicitur Sicut in uno corpore multa membra habemus ita multi unum corpus sumus in christo, singuli autem alter alterius membra. Sed in corpore naturali membra pro se invicem sunt sollicita, et unum pellit malum alterius quantum potest ut dicit idem apostolus i cor. xii. ergo fideles qui sunt in ecclesia tamquam unius corporis membra ex ordine caritatis tenentur aliorum malum pellere quantum possunt. hoc autem pertinet ad correctionem fraternam. ergo quilibet ad eam respectu cuiuslibet obligatur.

deutro xxv [illegible] ante ho
minem errantem predicacos [illegible] de boni
tate legis ad legem servandam est
[illegible] omnem etatem [illegible]
et [illegible] corpore quod est ad deum redu
cere

¶ Secunda parte probatur similiter auctoritate racione et similitudine. auctoritate apostoli ad Timo. c. ii dicens Argue cum omni imperio. glo. i. cum auctoritate prelati. Greg. exponens illud Ezech. iii Si dicente me ad impium morte morieris non annunciaveris ei etc. dicit ubi subditus propria culpa moritur, ibi is qui preest quia tacuit reus mortis tenetur. unde patet quod in prelato sit semper districte censura iusticia animadversio. in quo verbo ostenditur quod prelatus debet subditum suum corrigere qualiscumque celeriter vexaret dulcius etc. Racione etiam, sicut correctio prout est actus caritatis pertinet ad quemlibet subditum caritatem habentem ut ex prima parte. Ita correctio prout est actus iusticie pertinet ad auctoritatem habentem. Sed hec auctoritas racione officii residet in prelato. Similitudine sicut abscisio membri infecti propter corporis sanitatem ad solum medicum spectat, et non ad aliud. Ita correctio peccatorum cum punicione pertinet ad solum prelatum. Nec debet prelatus propter scandalum delinquentis de sua correctione vel punicione, cum illud est manifestum dimittere impunitum secundum Anthoninum, et Tho. 2 2e q. xxxiii arti. vii. et est racio quia correctio hec est actus iusticie habens vim coactivam et ordinatur ad bonum commune.

Vide anthoninum parte ii ti. xx c.
v.

Ideo si delinquens propria sponte emendari non velit, cogendus est penis ut peccare desistat vel etiam si incorrigibilis sit per punicionem providetur bono communi, dum servatur ordo iusticie, et unius exemplo alii deterrentur. Sicut nec iudex pretermittit ferre sententiam condemnacionis in peccante propter timorem turbacionis eius aut amicorum. Debet autem in corrigendo cavere a nimia severitate et crudelitate, a nimia pietate seu remissione. Sed quia difficile est tenere medium ne in altero excedatur dicit Crisostomus quod melius est deo reddere racionem de nimia misericordia quam de nimia severitate. Si enim benignus est deus ut quid minister eius vult videri austerus. xxvi q. vii alligant.

Dimand

Et si subditus bonus possit prelatum suum delinquentem ex caritatis zelo corripere // Tenetur tamen humiliter non temere et absque eius diffamatione in privato hoc perficere

Corel. primum

Prima pars istius corel. patet ex conclusione et eius probatione autem beati Thome ubi supra ar. iiij. Item autem Aug. non solum vestri sed et ipsius sed prelati miseremini qui inter vos quanto in loco superiori tanto in periculo maiori versatur. Sed fraterna correctio est opus misericordie ergo etc. Racionem assignat prosequens sic: Ille qui vel condicione est ad corrigi ex caritatis zelo sed prelatus delinquens est huiusmodi ... de summo bo. li. iij. Quanto splendidius honore celsior quisque est tanto si delinquat peccatum maius est. Item in tali statu quilibet est in magno periculo indiget magno auxilio sed omnis prelatus peccans est huiusmodi ergo etc. Item tale affectus sequitur enim correctio affectum caritatis, et ideo que alios debemus zelo caritatis debemus et prelatis impendere. Ex hoc enim quod prelatus est persona publica et vicem dei super subditos gerens non amittit ea que sunt propria illius singularis persone, et ideo omnia que debentur aliorum ex affectu fraterno quod ad omnes homines habendus est etiam prelato debetur. Hec Thomas super iiij dist. supra q. ij ar. ij sub questiuncula tercia sed correctio fraterna est huiusmodi. Secunda pars patet per auctoritatem apostoli i ad Thimo. v Seniorem ne increpaveris sed obsecra ut patrem. Aug. super hec verba Seniorem te in moribus vel officio ne increpaveris propter etatis honorem vel dignitatem ne si indigne ferens sed a minore correctionem magis exasperetur quam proficiat, sed obsecra ut patrem ut facilius monitionem capiat. Item Gregorius dicit in pastorali: admonendi sunt subditi ne prepositorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibile viderint, quibus verbis b. Gregorius prohibet iudicium temerarium ne si aliquis prelatorum suorum de factis in malum querat, vel de eis coram aliis obloquatur. In huius figura dicitur Exodi xix bestia que tetigerit montem lapidabitur, quod fit cum subditus proterve corrigit prelatum qui locum dei tenet. Deus mons

Exod. xxij Diis tuis non detrahes deus ibi capitur ... i. prelatus

Vide Thomam in 4o super dist. xix q. ij ar. ij in solutione pro ar.

Licet sacerdos aut prelatus spiritualis in peccato mortali existens peccet ex officio corrigendo subditum // Potest tamen monere eum sine peccato per modum rogantis ut suo exemplo non provocetur ad malum

Istud problema est beati ambrosii episcopi mediolanensis li. vi de opere vi dierum ubi volens commendare ieiunium de quo in eo dictum est, et ipsum nullo modo fore respuendum, adducit illud autem in hoc problema, medicamentum queris et ieiunium fugis quasi maius aliud remedium reperire posses ieiuni hominis sputum si serpens gustaverit moritur, gaudes videns quanta sit vis ieiunii, ut et sputo suo homo terrenum serpentem interficiat et multo spiritualem sic petrus hec ille. Sed pro solutione assumo dictum barth. li. v de proprietatibus rerum c. xxii in hec verba loquentis Saliva hominis ieiuni habet quandam vim latentis infectionis unde et sanguinem alius ledit si mediante aliquo vulnere alicuius sanguini admisceatur ut testatur Avicenna in tract. de venenis et hec est ratio cruditatis, humor enim crudus sanguini perfecte digesto in suis qualitatibus repugnat et propterea dicunt physici permutabant temperamentum. hec etiam a plinio quod saliva hominis ieiuni interficit serpentem, et venenosis aliis est venenum, ut dicit basilius in exameron super illo genesis ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo eius, proveniet ergo similiter talis infectio serpentum ab hominis ieiuni sputo a proprietate occulta sputi humani, nemo nota in prius dictam formam et omnia consequentia eam, certe sicut magnes ex sua proprietate occulta attrahit ferrum. Sed quod hominis ieiunum sputum se ipsum reddit tutum similiter potest quod ab humana natura et complexione procedit, in similitudinem et proportionatum cum eius suis qualitatibus, et suis partibus, et ideo sputum humanum quod omnino non est in humanis humoribus, ideo non repugnat sibi ipsi quod tam ad operationem eius naturalis sic problema vero

## Cur beata cecilia dicitur omnis argumentosa
## cum tamen omnis a ratione cum argumentari queritur sit otiosa

Pro solutione huius problematis noto quod omnis secundum philosophum li. ethicorum est petens lamserr corpore fu.... animo placidum, ab oblatione dictum eo quod apud veteres ab inimicis suo thesauri sermones immolabant in sacrificio. pro ratione autem li. ii de anima est vis estimativa, que dicitur cognitiva in hominibus. Officium autem huius vis et potentie estimative est ex cognitione sensatorum devenire in cognitionem non sensatorum sicut hoc ratione signatur, que ex visione lupi inimicitiam elicit inter lupum et se ipsam sic beata cecilia persecutiones inter diabolum, qui dicitur lupus infernalis et se ipsam non modicam eliciebat inimicitiam vel ex legenda ipsius, dicitur etiam cecilia omnis argumentosa et expedita et laboriosa, unde secundum ipsum iacobum in ... argumentosa a vin dicitur quasi expedita a ... nam sedulo singula pale amabat ... tentamen expediebat et elaborabat quod de ea tamen cecilia virgo almachium superabat tiburtium et valerianum ad coronas vocabat. Cum autem rationem solum convenit argumentari quod argumentatio est vel processus conatus rei faciens fidem, et omnis non habet rationem magis intellectum quando omnis argumentatio non queritur ergo hoc vero sufficit ad problema

**V. Preter insufficientem penitentiam a sacerdote iniunctam pro peccatis recidivantibus in recidivante // Circa [illegible] ab omnibus sit observandum sub metu criminis mortalis, in id ipsum postergante** describit tres

postquam articulos primus articulus quoniam terminus per nobilia declarabitur / 2ᵘˢ quoniam per conclusiones et suas correlarias propositum determinabitur 3ᵘˢ submittitur complenda propalabitur / Circa primum ergo ad cuius primum adductus pro aliquali intelligentia suppono primo quoniam illius particule videlicet preter insufficientem penitentiam a sacerdote iniunctam quod penitentia secundum magistrum in iiij dist xiv c. 1 est virtus vel gratia qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus et plangenda ulterius committere nolumus. In hac diffinitione quatuor tanguntur scilicet genus, actus, respectus et effectus / primo tangitur genus cum dicitur penitentia est virtus vel gratia, ubi notandum quod penitentia non est idem quod gratia per essentiam, sed est virtus, virtus autem et gratia non sunt idem ut claret. Sed penitentia dicitur gratia, quia convenit cum gratia proprio effectu. Effectus enim gratie proprius est iustificare et deo gratum reddere / et illud idem est effectus penitentie / unde penitentia dicitur gratia inquantum gratum facit, et dicitur virtus inquantum movet ad opera bona // 2ᵒ tangitur actus, in hoc quod dicitur penitentia est virtus qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus et odimus. Nam duplex est actus penitentie unus est respectu preteriti, qui est preterita mala deplangere / alius est respectu futuri scilicet plangenda non committere / primus actus est in re, 2ᵘˢ in re vel in proposito // 3ᵒ tangitur in diffinitione respectus ad finem quod dicitur, cum emendationis proposito, nam penitens duo precipue debet respicere et facere / primo debet mala preterita ab eo commissa respicere / et de eis dolere et plangere scilicet planctu [illegible] / 2ᵒ debet mala precavere in facto vel in proposito, ideo subiungitur in diffinitione Ambrosii et plangenda iterum non committere et Gregorius subiungit in diffinitione sua, et flenda iterum non committere // 4ᵒ tangitur in diffinitione effectus vel perfectio cum dicitur quod penitentia est res optima non quidem simpliciter sed secundum quid tribus modis / scilicet in genere informationis vel perfectionis operationis vel declinationis / primo in genere informationis vel perfectionis, cetere virtutes theologice perficiunt ornant et perficiunt subiectum sicut penitentia 2ᵒ in genere operationis / 3ᵒ in genere declinationis a malo / sic non penitentia dicitur res optima tollendo impedimentum, et declinando a malo, quia penitentia dicitur ab eo quod est contrarium ad id quod est secundum naturam ut inquit Thomas ubi supra q. vi in solutione vj art. De sufficientia et insufficientia penitentie satis claret ex eisdem ad delictum proportione et dispositione et circumstantiis quas hic transeo.

Noto 2ᵒ pro altera parte suppositi qua subiungitur pro peccatis recidivantibus quod peccatum ut ait Augustinus xxij contra faustum et assumitur per magistrum dist. xxxv c. 1 / est omne dictum vel factum vel concupitum quod fit contra legem dei. Ideo post librum de duabus animabus contra manicheos inquit / peccatum est voluntas retinendi scilicet habitum vel consequendi videlicet non habitum quod iustitia vetat / subdit ibi magister In utraque descriptione de actuali agitur peccato et mortali, non veniali / de quo etiam penitentie mentio fit in predicta q. ii / in prima ostendit descriptione quod peccatum sit voluntas mala / sive locutio et operatio prava, i. actus malus tam interior quam exterior In 2ᵃ ostendit quod peccatum sit actus interior, voluntas enim motus animi est / ergo peccatum actus interior est. Ambrosius in libro de paradiso peccatum prevaricatio ut ait / Quid est peccatum nisi prevaricatio legis divine, et celestium inobedientia preceptorum / post diversas suas descriptiones magister concludit inquiens / peccatum esse actum malum interiorem et exteriorem scilicet malam cogitationem locutionem et operationem / precipue tamen in voluntate consistit peccatum ex qua tanquam ex arbore mala prodeunt opera mala tanquam fructus mali / unde salvator in math vij a fructibus eorum cognoscetis eos. An peccata redeant in recidivante ad dicendum secundum b. Thomam parte iij q. lxxxviii articulo 1 in corpore questionis quod quibusdam visum est ea simpliciter redire / sic quod macula et reatus pene eterne secundum quod computabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum redeant per peccatum mortale sequens sed hoc non potest esse / quia opus dei per opus hominis irritari non potest / dimissio autem peccatorum et actus divine misericordie ergo non potest irritari per sequens peccatum hominis secundum illud ad Ro. iij / numquid incredulitas illorum fidem dei evacuavit? absit. Et ideo alii ponentes peccata redire dixerunt, quod deus non dimittit peccata penitenti postmodum recidivo secundum prescientiam, sed solum secundum presentem iustitiam / presciit enim eum eternaliter pro hijs peccatis puniendum, et tamen per gratiam facit eum presentialiter iustum / sed nec hoc stare potest quia si causa absolute ponatur, et effectus ponitur absolute / si ergo non fieret dimissio peccatorum absolute, sed cum quadam conditione sequente quod gratia et gratie sacramenta non essent sufficiens causa dimissionis peccatorum, quod est erroneum, utpote derogans gratie dei, et ideo nullo modo potest esse quod macula et reatus precedentium peccatorum redeant, secundum

mim

Redeuntes ad propositum formam diffinitionis Ex[?] ambrosii

Tho in 4 dist xiv q i ar. 1 q 2 in sol ij ar.

duplex actus penitentie

Quomodo intelligatur verbum Gregorii flenda iterum non committere vide magistrum ubi supra

magister in 4ᵒ

penitentia secundum magistrum dicitur a puniendo scilicet quia quis punit illicita que quis commisit [illegible] more verum [illegible]

Cur non redeant peccata in recidivante

quod ex talibus actibus causabantur. Contingit autem quod sequens actus peccati venialis recadivi prioris contra prosequitur secundum aliquid 2o peccatum; ex hoc ipso fit gravius peccatum quam prius peccavit secundum illud ad Romanos ii: secundum duritiam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. Sed hoc solo ut quod contempnitur dei bonitas que ad penitentiam spectat, multo autem magis contempnitur si post dimissionem prioris peccati 2m peccatum iteratur. Sic ergo per peccatum sequens penitentiam redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorum non inquantum ~~causabatur~~ causabantur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquantum causatur ex peccato ~~ultimo~~ perpetrato, quod aggravatur ex peccatis precedentibus; et hoc non est peccata dimissa simpliciter redire, sed secundum quid, inquantum scilicet virtualiter in peccato sequenti continentur. Penitentia huius questionis materia habetur 3o in questione [illegible]

**Penitenciam sacramentum atque virtus specialis rite appellata**
**Ad cuilibet hominis peccatoris salvari affectantis salutem est pcentia** 8

Hoc carmen iiii involvit: primum quod penitentia sit sacramentum, 2m quod sit virtus, 3m quod sit specialis virtus, 4 quod sit de necessitate salutis. Quod sit sacramentum patet per doctorem sanctum parte iii q. lxxxiiii articulo primo in corpore questionis: sicut baptismus adhibetur ad purificandum a peccato, ita et penitentia; actuum viii dixit Petrus Simoni mago: penitentiam age ab hac nequitia tua. Baptismus autem est sacramentum, ergo pari ratione et penitentia quod videtur est sacramentum. Quod sit virtus probo quia precepta legis dantur de actibus virtutum quia legislator intendit homines facere virtuosos ut habetur ii ethicorum, sed preceptum divine legis est de penitentia secundum illud Mathei iii penitentiam agite etc. 3m planum Thomas parte iii q. [illegible] articulo ii in conclusione ibi vide probationem. 4m patet Luce xiii nisi penitentiam habueritis omnes simul peribitis. Dicitur tamen aliquid necessarium ad salutem dupliciter: uno modo absolute, alio modo ex suppositione. Absolute est necessarium ad salutem illud sine quo nullus salutem consequi potest sicut gratia Christi et sacramentum baptismi. Ex suppositione autem est necessarium sacramentum penitentie quod non omnibus est necessarium, sed peccato subiacentibus, postquam autem sunt confirmati sive gratia mortales ut habetur Jacobi i. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris quod peccatum removeatur ab eo, quod fieri non potest sine sacramento penitentie in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionem sacerdotis simul cum opere penitentis, qui cooperatur gratie ad destructionem peccati sicut dicit Augustinus super Johannem: Qui creavit te sine te non iustificabit te sine te. Unde sacramentum est necessarium ad salutem post peccatum sicut medela corporalis postquam homo in morbum periculosum incidit.

**Penitencia species iusticie recte vocitanda**
**In voluntate tamquam proprio subiecto est collocanda**

Sic penitentia prout consideratur est Augustinus in libro de penitentia: penitentia est quedam dolentis vindicta semper puniens in se quod dolet se commisisse. Sed sicut vindictam pertinet ad iusticiam, unde Tullius in sua rethorica ponit vindicativam unam speciem iusticie. Secundum philosophum v ethicorum dupliciter dicitur iustum scilicet simpliciter et secundum quid. Simpliciter iustum est inter equales eo quod iusticia est equalitas quedam, et vocatur iustum politicum vel civile, eo quod cives equales sunt. Iustum vero secundum quid dicitur quod est inter illos quorum unus est sub potestate alterius sicut servus sub domino, filius sub patre, uxor sub viro, et hoc iustum consideratur in penitentia; penitens enim recurrit ad deum cum emendationis proposito sicut servus ad dominum secundum illud psalmi cxxii: sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, et sicut filius ad patrem iuxta illud Luce xv: pater peccavi in celum et coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, et sicut uxor ad virum secundum illud Jeremie iii: tu fornicata es cum amatoribus multis, tamen revertere ad me dicit dominus. Sic ergo 2o modo penitentia est pars iusticie, quod erat probandum. 2m sic ostendo: penitentia est sacrificium quoddam iuxta illud psalmi l: sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum. Sed offerre sacrificium est actus voluntatis secundum illud psalmi liii: voluntarie sacrificabo tibi; ergo penitentia est in voluntate ponenda. Et hoc loquendo de penitentia prout est virtus et pars iusticie; quia penitentia inquantum passio quedam est non sit species iusticie, in concupiscibili tamquam subiecto suo est ponenda secundum Thomam parte iii q. lxxxv ar. iiii in conclusione.

**Quamvis contricio confessio atque satisfactio partes sint penitentiales**
**Non tamen subiective nec potentiales sed veraciter partes existunt integrales**

Pro penitentia prout consideratur est magister in quarto dist. xvi: in perfectione penitentie tria observanda sunt scilicet
compunctio cordis, confessio oris et satisfactio operis, et ponit: hec est enim fructifera penitentia, ut sicut tribus
modis deum offendimus scilicet corde ore et opere, ita tribus modis satisfaciamus. Et hoc triplici ratione: primo 1
ratione offensionis, dicitur enim Sapientie xi: per que peccat quis, per hec et torquetur. Sed quia triplici peccato offenditur deus
scilicet peccato cordis oris et operis, ergo triplex debet esse punitio correspondens huiusmodi triplici peccato, scilicet punitio cordis que fit
per contritionem, punitio oris per confessionem et punitio operis per satisfactionem. 2o ratione separationis, quia per peccatum separatus 2
est a deo, ab ecclesia et a [illegible]; penitentia ergo primo est efficacia reconciliandi deo ratione contritionis, 2o ecclesie
ratione confessionis, 3o est efficacia merendi ut non differatur [illegible] ratione satisfactionis. 3o ratione curationis 3

Maiori enim diligencia indiget curatio spiritualis morbi quam corporalis, sed curatio corporalis morbi fit per multas potiones et remedia, ergo et spiritualis. quia sicut a forciori maior claret, quia tanto nobilius obiectum dicitur esse, nobilior operatio et maior diligencia, unde patet primum. per cottidianam penitenciam ob pluralitatem morborum que illa post primam huius correl. [illegible] 2am partem tripertitam sic ostendo, et primo pro eius prima parte. est Thomas parte iii q xc articulo iii quod partibus subiectivis singulis adest tota virtus totius simul et equaliter, sicut tota virtus [illegible] ad salvandum in qualibet specie [illegible] que simul et equaliter dividitur [illegible], sed sic non est in proposito ut patet. 2a pars sic declaratur, quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totam essenciam, sicut tota essencia anime adest cuilibet eius potencie, sed sic non est de penitencia et eius partibus. quare quod sufficienter divisionem ad partes relinquitur contricionem confessionem et satisfactionem partes fore integrales ipsius penitencie, ad quarum racionem exigitur ut totum non assit singulis suis partibus nec secundum totam eius virtutem nec secundum eius essenciam sed omnibus simul. dicuntur enim ille partes integrales ex quibus integratur perfecte totum. penitencie ergo sunt partes integrales penitencie

**Peccata secundum sanctorum doctorum scripturas redire simpliciter non dicimus** Con. i

**Sed aliquo modo propter ingratitudinem reverti asserimus** prima pars patet per magistrum in tercio sententiarum. Sed pro 2a parte noto quod ingratitudo duplex committitur. prima ex eo quod aliquid committitur contra beneficium. Et hoc modo per peccatum mortale quo deus offenditur homo ingratus deo redditur qui peccata dimisit. Et sic per quodlibet peccatum mortale sequens redeunt peccata prius dimissa racione ingratitudinis. Alio modo fit ingratitudo non solum faciendo contra ipsum beneficium, sed etiam contra formam beneficii prestiti, que forma si attendatur ex parte benefactoris est remissio debitorum, unde contra hanc formam facit qui fratri petenti veniam non remittit sed odium tenet. si autem attendatur ex parte penitentis qui recipit hoc beneficium invenitur duplex motus liberi arbitrii, quorum primus est in deum qui est actus fidei formate, et contra hoc facit homo apostatando a fide. 2us motus est in peccatum et est actus penitencie, contra hunc motum facit ille qui dolet se penituisse. dicimus igitur peccata redire propter ingratitudinem secundo modo non simpliciter. hec beatus Thomas parte iii q lxxxviii articulo ii in corpore questionis

**Quamvis peccata aliquo certo modo ingratitudinis sed vicio redire asseramus**

**Non tamen ea ipsa semper in equali reatu reverti concedimus** pro probatione est per [illegible] huius correl. dico secundum Thomam loco quo supra articulo iii in responsione quod quidam dixerunt quod peccata sequentia propter ingratitudinem consurgere tantum reatum quantus fuit reatus omnium peccatorum prius dimissorum super reatum proprium huius peccati. Sed hoc non oportet, quia ut dictum est reatus peccatorum precedentium non redit propter peccatum sequens nisi inquantum specialiter ex actibus precedentium peccatorum, sed ingratitudo consequitur actum sequentis peccati. Et ita oportet quod quantitas reatus redeat secundum quantitatem et gravitatem peccati subsequentis. posset autem contingere quod quantitas peccati subsequentis adequet gravitatem omnium precedentium peccatorum. sed hoc non fit semper. cum enim peccatum sequens sit simplex fornicatio, peccata vero precedentia fuerunt homicidia adulteria sacrilegia. sive etiam loquamur de gravitate quam habet ex ingratitudine annexa. non enim oportet quod quantitas ingratitudinis sit absolute equalis quantitati beneficii suscepti, cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum. Accidit enim quod contra idem beneficium quis est multum ingratus, vel secundum intensionem contemptus beneficii, vel secundum gravitatem culpe contra benefactorem commisse. Aliquis autem parum ingratus est, quia minus contempnit, vel quia minus contra benefactorem agit. tanto maior est ergo ingratitudo quanto maius fuit beneficium. unde non est necesse quod propter ingratitudinem semper per peccatum sequens redeat tantus reatus quantus fuit peccatorum precedentium. Sed necesse est quod proporcionaliter, quanto plura peccata dimissa fuerint et maiora, tanto maior redeat reatus per qualecumque sequens peccatum mortale. ut inquit enim peccati erit plagarum modus Deutero xxv c. 3a pars huius propositionis de se iam satis claruit

sive loquimur de quantitate eius quam habet ex illa specie

der
tem
Sm
lar
[illegible]

D.

## Decime de cunctis terre fructibus divino iure preter et humano tribuende

## Sint a sacerdotibus pro beneficiorum disparitate status a secularibus iuste exigende

Argumentum autem dubium reddentibus decimarum minime restat magnum prestare quod desiderant, que cum opinata sit, nec grossis theologorum et canonistarum pro finali decreto, nec facile michi persuadendum de hac re loqui existimo, tum ob peritissimorum sacre pagine doctorum sententiam, quam temptare sapiens nemo dictat, tum ob doctissimorum canonici iuris doctorum contrariam sententiam, quam reprobare nemo statim iudicat, volens itaque quantum potero neque ad dexteram neque ad sinistram declinare, studebo viam amplecti mediam, et utrique me conformare habeo. Idcirco primum protestacionem in scolis theologorum solitam facio, qua sic stante procedere quoad accedo materiam, quia tribus articulis duxi describendam. Primus erit, quo iure, et quando decime inceperint, de quibus rebus, et qualiter acquisitis solvende sint. Secundus erit quibus hominibus quo tempore et a quibus reddende veniant. Tertius an secularibus decimarum concessio privilegio aut consuetudine licita sit. Quantum ad articulum primum noto primo quod secundum Alexandrum de Ales parte iii q. li et Hostiensem in summa sub titulo de decimis et primiciis decimam de decimis intelligi potest duobus modis. Uno modo secundum indeterminacionem partis exhibende, puta quod pars aliqua deo esset exhibenda vel ministris eius, et sic sumitur in racione sua, et hoc modo simpliciter est a iure naturali. Dictat enim ius naturale quod deus debet de substantia propria honorari secundum illud Proverbiorum iii: honora dominum de tua substantia, et quod ministrantes deo sustententur secundum illud Malachie iii: inferte omnem decimam in horreum meum, ut sit cibus in domo mea, et quod ministranti spiritualia debent temporalia ministrari, ut habetur i ad Cor. ix et Luce x: dignus est operarius mercede sua. Alio modo potest intelligi secundum determinacionem certe partis exhibende, puta partis decime non maioris vel minoris, et sic accipitur in racione propria, et hoc modo non est a iure naturali simpliciter sed secundum quid, ut etiam tangit beatus Thomas 2a 2e q. lxxxvii ar. i in corpore questionis. Quod enim tanta pars et non maior dari, non dictat ius naturale simpliciter, et hoc videtur Hugo de sancto victore parte xii c. iiii ubi dicit: unde enim homo racione sua decimam potius quam nonam vel octavam vel quamlibet aliam partem offerendam esse scire potuisset, nisi a deo doctus fuisset et subiungit: ex quo convincitur quod deus quid homini a principio ad offerendum [illegible] consilio, sed precepto non obligavit, donec postea illi veniret in quibus homo precepti capax obediendi, caritate et pacificacionem tenere addisceret. Idem patet etiam per illud Gen. xxviii ubi Jacob vovit decimas dare, si redierit prospere. Votum autem non fit de hiis ad que homo tenetur. Relinquitur ergo quod talem partem dare non dictat ius naturale simpliciter, sed secundum quid et secundum Alexandrum quo sic. Cum homo adiuvatur racione vel arte aut gracia seu inspiracione, tunc enim quodammodo inclinatur natura ad solucionem talis partis. Cum enim simpliciter per dictamen [illegible] naturale tenetur homo quod honorandus esset deus de propria substantia, instinctum quendam ex arte habuit, ut ipsum in solucione decime honoraret, ipsum cum sciret deum honorandum ut principium, et actorem bonorum et consummatorem et finem bonorum. In solucione primicie protestabatur ipsum esse bonorum principium et actorem. Ex arte vero numeri [illegible] instinctum habuit, ut offerret decimam ad protestandum ipsum deum consummatorem et finem bonorum, nam ab unitate [illegible] procedimus, per novem limites et consistit, alius terminus numerorum est denarius numerus et perfeccionem unitatis et ceterorum numerorum ad ipsum formam numeri consequentem, unde glossa super illud Exodi xxii: decimas et primicias tuas non tardabis offerre, dicit: per primicias frugum vel primogenitorum principia bonorum operum ostenduntur. In decimis vero denarius perfectionem signat, quia usque ad ipsum numerus crescit. Ideoque sicut in primiciis principia voluntatum ita in decimis consummaciones bonorum operum ad deum referre precipimur, a quo et boni operis inicium et perfectionem donante esse habuit et homo quendam instinctum ex racione, nam cum conferret racio que illi erant necessaria sustentacioni humane vite, inveniebat secundum exigenciam nature, octo partes necessarias sustentacioni et persone et sue familie, nam secundum decursum nature communiter vivere poterant homines usque ad quartam generacionem, quatuor autem generaciones ad minus ponunt viii personas

An decime sint de iure divino vel humano

persuasio quedam

patrem et matrem, filium et filiam, nepotem et neptem, pronepotem et proneptem. Octo ergo partes indicavit necessitas sustentationis proprie et familie. Nonam vero partem natura indicavit retinere pro semente et recolitione. De decima vero que superexcrescebat iudicare debuit homo rationem deum habuit et homo quendam instinctum ex inspiratione sancta, seu revelatione facta ade, cum fuit raptus in extasi ad curiam angelorum, ex quo notum fuit homini creaturam angelicam novem ordinibus distinctam, et ipsum hominem in decimo ordine rationalis creature conditum. Si ergo homo in natura qua honorabat deum debuit prestare ordine sue conditionis ad laudem et gloriam conditoris convenienter offerre decimam et non partem aliam, iuxta parabolam de dragma decima Luce xv. Patet ergo quod decima non simpliciter, sed secundum quid est a iure naturali. Cum enim tria distinguantur, ante legem, in lege, post legem in gratia evangelii, patet quod secundum indeterminationem ut scilicet aliquota pars substantie daretur ad sustentationem ministrorum dei, semper fuit in precepto et de iure naturali, ut Genesis xl[vii] .. Sacerdotibus egypti cibaria ex horreis publicis prebebantur. Secundum vero determinationem talis partis, puta decime, ante legem fuit in consilio. In lege vero fuit in precepto simpliciter Levitici xxvii et Numeri xviii. In tempore vero gratie facte sunt in precepto, non nimirum est ut petantur a ministris, vel etiam si non petantur, dum tamen sit consuetudo regionis non decime alterius quam decimi et primitie.

Quatuor decimarum genera veteris testamenti comparata ad decimas novi test.

Unde in veteri testamento quatuor inveniuntur decimarum genera. Quedam enim erat decime quas populus levitice tribui ex lege debebat, et ex precepto legis Deutero xiv ubi dicitur decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis, qui nascuntur in terra per annos singulos, et Numeri xviii filiis autem levi dedi omnes decimas, scilicet pro ministerio quo serviunt mihi. Et loco illarum sunt, et hodie successerunt ille decime quas parochiani dant hodie ecclesie parochiali, ut decimam partem omnium fructuum, prout notat d. panor. et Jo. an. c. i. de deci. et tales hodie sunt solvende primo et exigende. Glossa de decimis parochianos et Theo. super malachiam iii c. et in eosdem in canone decimas q. i. revertimini, quod verum est de predialibus, secus de personalibus, que ex impetratione iuris debentur, et ideo in talibus attenditur consuetudo ut patebit. 2um genus decimarum est, quas ex illis decimis a populo sic receptis levite dabant sacerdotibus, de quibus Numeri xviii ait dominus precipe levitis atque denuncia cum acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis primitias earum offerte domino et secundum quosdam loco istarum decimarum sunt iste quas accipiunt episcopi ab ecclesiis parochialibus x q. iii unio, vel dantur pape vel alteri principi seculari de mandato pape. 3um genus est earum, quas unusquisque de populo Israel separabat ad invitandum sacerdotes de tribu levitica. Deutero xiiii anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus que nascuntur tibi, et loco illarum hodie sunt oblationes in quibusdam partibus, quando parochiani faciunt celebrare pro animabus parentum invitant ad commedendum sacerdotes secundum abbatem. Quartum genus decimarum est quod ad usum pauperum reservabant pupillorum et viduarum, loco harum hodie sunt elemosine secundum abb. et Jo. an. Hec quatuor genera decimarum tanguntur in c. i. de decimis et per Theo. xvi q. i § hiis ita in glo.

2

3

4

decime personales

decime prediales

decime mixte

Sed decimarum primi generis due sunt species. Quedam dicuntur personales ut que debentur ex negotiatione vel artificio suo vel militia aut venatione. Quedam dicuntur prediales, que proveniunt ex ipsis prediis ut vinum, bladum, fructus arborum. De quibusdam autem dubitatur an sint prediales vel personales ut de agnis et fetibus aliorum animalium que gregatim pascuntur. Sed secundum hostiensem et alios doctores dicuntur mixte, cum partim a prediis proveniant in quibus vivunt et partim a personis que custodiunt.

de quibus rebus decime dande sunt

2o noto de quibus rebus decime dari debent. Respondet beatus Thomas 2a 2e q. lxxxvii articulo ii in corpore quod de unaquaque re precipue iudicandum est secundum eius radicem. Radix autem solutionis decimarum est debitum quo seminantibus spiritualia debentur corporalia secundum illud apostoli i ad Cor. ix Si nos vobis spiritualia seminavimus, non magnum est si carnalia vestra metamus. Super hoc enim debitum fundavit ecclesia solutionem decimarum. Omnia autem quecumque homo possidet sub carnalibus continentur et ideo de omnibus possessis decime sunt solvende. hec ille. Asserit autem in summa pisana et hostiensis dicunt quod de blado et leguminibus tam maioribus quam minimis, de pascuis, pensionibus domorum, de proventibus molendinorum, de cespitibus, feno, lana, apibus, fructibus, balneis, argentifodinis, fructibus arborum, pecoribus omnis generis, negotiis et artificio, de ipsa militia, et generaliter de omni lucro licite acquisito, extra de decimis ex multiplici et quatuor capitulis sequentibus, et capitulo ex parte canonicorum cum duobus capitulis sequentibus, et xvi q. i decime, et etiam de tempore de conse. dist. v. quadragesime, et generaliter de omnibus fructibus etiam ex diversis seminibus perceptis sive simul sive diversis temporibus decima solvi debet ut in dicto capitulo ex parte canonicorum, et cui solvitur de uno semine et de alio eidem solvi debet non alii, quia non debet una et eadem ecclesia diverso iure censeri, ergo non erit possibile ut una ecclesia decimam bladi habeat et altera decimam vini, spernit quidem fieri de prava consuetudine extra eodem titulo commissum et capitulo cum tua. 3o non de quibus acquisitis an bene vel male decima dari debeat, quod de bene acquisitis patet proverbiorum iii ubi dicitur honora dominum de tua substantia, de male autem acquisitis dicitur proverbiorum xxi hostie impiorum abhominabiles que offeruntur ex scelere, ubi secundum beatum tho. 2a 2e q. lxxxvii arti. ii in solutione 1 arg., quod aliqua dicuntur dupliciter male acquisita, vel quia ipsa acquisitio est iniusta, vel quia acquisitio est ex turpi causa, primo quorum acquisitio est iniusta puta que acquiruntur per rapinam, furtum, usuram aut symoniam, que quis tenetur restituere, non autem de eis decimas dare, quia non transfertur dominium, unde de illis ecclesiastici xxxv postquam dixit sanctifica decimas tuas, subiungitur noli offerre munera prava, non enim illa suscipiet deus. 2o aliqua sunt illicita quia acquiruntur ex turpi causa utpote in meretricio et histrionatu et huiusmodi, que non tenentur restituere quia transfertur dominium, unde de talibus tenentur decimas dare, unde lex humana dicit quod turpiter facit meretrix quia est meretrix, non tamen turpiter accipit. Sed tamen ecclesia non debet recipere quamdiu persona in peccato perseverat, ne videatur peccatis consentire, eorum scelera approbando. Sed postquam penituerit potest ecclesia recipere, unde deutero. non offeras mercedem prostibuli nec pretium canis, ubi per canem intelligitur histrio. Sed quod postea possit recipere patet per Gre. dicentem: non debet quis despici separans se ab actione terrena in eo quod fuit, quia iam incipit esse quod non fuit. ex hys et

**Quia decimarum obligatio simpliciter et non secundum partis certe determinationem cadit sub iure divino. Ideoque quemlibet in ratione ubi astringit et non certa aliquota in caveatur hoc est precepto**

summa pi. hug. contra lo. pro. per beatum tho. 2a 2e q. lxxxvii articulo primo et per eundem in quodlibet ii articulo viii, in quibus locis probat preceptum de decimis quo ad determinationem esse iudiciale, et per Alexandrum de ales, par. iii q. li, et per ea que in primo no. sunt iuncta summa. idem etiam patet per hug. de s. victore in libro de sacramentis parte xii c. iiii. Sed quod simpliciter sit de iure naturali patet per illud proverbiorum iii honora dominum de tua substantia, item exodi xxii primitias et decimas non tardabis offerre, et ratione illa quicquid est scriptum in corde hominis cadit sub iure divino. Sed in cordibus hominis corde scriptum est quod danda sunt temporalia eis qui ministrant spiritualia, ergo etc. Sed in nullius hominis corde scriptum est quod potius det decimam quam nonam vel octavam, ergo non cadit sub iure divino. Item probatur auctoritate augustini et habetur xvi q. i decime, ubi dicitur decime ex debito requiruntur, et qui eas dare noluerint res alienas invadunt. Idem probatur per decre. alex. iii ubi dicit mandamus quod parrochianos vestros monere curetis et si opus fuerit sub excommunicationis districtione compellere, et ratione illa preceptum naturale omni tempore omnes obligat. Sed preceptum naturale est quod ministri dei de eorum substantia sustententur, ergo solvere decimas simpliciter est de iure naturali. Item alia ratione, ratio naturalis dictat quod homo maiori benefactori magis tenetur. Sed minister spiritualis est maior benefactor temporali.

**Non solum de cunctis terre nascentibus decime que prediales appellantur ab omnibus iure sunt solvende. Verum etiam eorum que artificio aut industria hominis acquiruntur que personales dicuntur decime vel consuetudine aut necessitatibus ecclesie iuste exigende.**

summa pisana illius coti. probatur per illud levitici xxvii omnes decime terre sive de pomis arborum sive de frugibus domini sunt, et illi sanctificantur, et post pauca: omnium decimarum venit sanctificabitur domino

de omnibus dande sunt decime

Aliqua dicuntur dupliciter male acquisita

primo quia acquisitio est iniusta

2o quia acquisitio est ex turpi causa

Conclusio prima

sed malach iij inferte omnem decimam in horreum meum ut sit cibus in domo mea. Idem probatur per decretalem Alex. iij de deci. que dicit mandamus quatenus parrochianos tuos de apibus et de omni fructu decimas con-
pellas. 2a pars probatur ex verbis s. aug. et hieronimi xvj q. i. decime ubi dicit post aliqua de milicia
negocio et artificio redde decimas, et post aliqua, decime ex debito exquiruntur, et qui eas dare no-
luerint, res alienas invadunt. sed per decre. Celest. iij de deci. Non est in potestate ubi dicit Re-
vera sicut sancti patres in suis tradiderunt scripturis de vino grano fructibus arborum, pecoribus
ortis negociacione, de ipsa eciam milicia, de venacione et omnibus bonis, decime sunt ministris ecclesie
tribuende. Idem per beatum ~~thom~~ amb. in sermone xl^me^ et xvj q. vij quicumque. Idem inter ex insinuata
de deci. ubi dicit, quia fidelis homo, de omnibus que licite potest acquirere decimas erogare tenetur
Et probatur tercia per beatum tho. 2a 2e q. lxxxvij ar^lo^ ij qui dicit sicut tempore populus nove legis est
diffusus quorum plurimi possessiones non habent, sed de aliquibus negociis vivunt qui nihil conferrent
ad subsidium ministrorum dei si de eorum negociis decimas non solverent, ministris enim nove legis
arcius interdicitur ne lucrativis negociis se implicent 2 ad thi. illud 2a ad thi. et nemo militans deo
implicat se negociis secularibus, et ideo in nova lege tenentur homines ad decimas personales et gratia
tho. secundum consuetudinem patrie et indigenciam ministrorum quare conclusio vera

**Quamquam meretrices hystriones licet non symoniaci usurarii a fures decimam de male acquisitis tenentur dare. Et tamen ne petitis videantur consentire, quousque in peccatis perseverant non debent recipere nec postulare**

Hec conclusio probatur per b. tho. q. et ar. ij in solutione 2i argumenti et patet racio eius sufficiens in nota iij. Idem eciam
patet per alex. de ales parte iij q. li. et racio sua lex humana dicit quod turpiter faciunt meretrices quod sunt meretrices
non tamen turpiter accipit ergo mercedem meretricium iuste possidet, sed de iuste possesso potest fieri iusta
tribucio, ergo et dari decima. Sed simoniaci fures usurarii non iuste possident, igitur nec dare decimam.
Sed 2a pars patet per beatum tho. ubi supra et patet in nota textu

Quibus dande sunt decime

Q uantum ad articulum 2m et per illacionem conclusionum 2e noto primo quibus dande sunt decime et videtur secundum
beatum tho. 2a 2e q. lxxxvij articulo iij in corpore questionis quod circa decimas duo sunt consideranda scilicet
ipsum ius accipiendi decimas spirituales Et ipse res, que nomine decime dantur. Ius autem acci[piendi]
decimas, spirituale est, consequitur enim illud debitum quo ministris altaris debentur sumptus de ministerio
et quo seminantibus spiritualia debentur temporalia, quod ad solos clericos pertinet habentes curam animarum. Et ideo solum
eis competit hoc ius habere. Res autem que nomine decimarum dantur corporales sunt, unde possunt in
usum quorumdam concedi, et sic eciam possunt ad laicos pervenire. Sed secundum hostiensem et host. in summis sunt
distinguendum de decimis, quia vel personales vel prediales sunt. Personales secundum eos danda sunt
ecclesie parochiali seu baptismali de iure communi, illi in qua divinis audiunt, et recipiunt sacra-
menta xvj q. i. questi et xiij q. i. § i. et ex. de peni. et re. c. v. Prediales vero ecclesie in cuius limites

Nota

situm est predium, xvj q. i. si laicus et xiij q. i. § i. Nisi aliud habeat consuetudo. Sed et in quo te-
mpore solvende sint si apparet consuetudo servanda est. Si vero non apparet, et pastura commune in predijs
proprie parochie ipsa dande sunt, alias videtur quod dividi debent inter ecclesiam ubi pastura et propria eccl.
ex. de testa. volam. et c. ult. 2o noto quando decime sunt solvende quia precepit dominus in veteri testamento
Exodi xxij decimas et primicias tuas non tardabis offerre, et qui tardius solvunt peccant xvj q. i.
decime quare 2m alex. de ales parte iij q. lj membro v. distinguendum venit, de decimis predialibus
et personalibus, debent dari eo tempore quo maior commoditas provenit ecclesie, et ideo possunt dari in

decime personales

fine anni 2m doct. ut maior comoditas perveniat ecclesie quam si per minucias solveretur, decime vero
prediales statim debent dari, cum fructus percipiuntur et antequam solvantur mercenarii, et antequam deducantur
expense, et ante solucionem census vel tributi, et priusquam per negligenciam aliquid furto vel rapina possit
auferri, et antequam res indecimata alienentur vel vendantur prout eciam notatur in decretali celest. iij

A quibus decime sunt solvende

3o noto a quibus solvende sunt decime videtur primo quod a laicis ut xvj q. i. decimas A populis
sacerdotibus ac levitis esse reddendas divine legis sanxit auctoritas, unde quod laici indistincte
nulla eciam temporis prescripcione obstante de prescrip. causam que. debent dare decimas in spiritualibus, similiter populi

exemptos sit ut in c. a nobis et c. tua nobis de decimis. De sacerdotibus autem et clericis primo quero utrum teneantur solvere decimas. b. Tho. ubi supra arti. iiii. tangit quod licet idem non possit esse tamquam dandi et recipiendi, contingit tamen quod diversis causis et respectu diversarum personarum idem esse dantem et recipientem sicut et agentem et patientem. Clerici autem inquantum sunt ministri altaris spiritualia populo seminantes decime a fidelibus debentur, unde tales clerici inquantum clerici sunt, id est inquantum habent ecclesiasticas possessiones decimas solvere non tenentur. Si alia vero eam sua propter hoc quod possident proprio iure, vel ex successione parentum vel ex emptione, vel quocumque huiusmodi modo, sunt ad decimas solvendas obligati, quod clerici de propriis predijs tenentur solvere decimas parochiali ecclesie, etiam si sint religiosi, qui non dispensant populo spiritualia tenentur dare decimas de iure communi, nisi tamen aliquam immunitatem sortiantur per diversas concessiones eis a sede apostolica factas. Unde et leprosi tenentur ad decimas si tamen sint communiter viventes non tenentur de ortis et nutrimentis animalium ubi etiam intelligimus secundum eam extra de ecclesiis edificandis c. v. et hoc de iure communi, secus in privilegiatis. Sed de Iudeis quid erit. Videtur secundum Hostiensem et Hostiensis et Pisanum in summis eorum quod personales non tenentur cum non recipiant sacramenta ecclesie, ymo nec sunt de corpore ecclesie ff. de cens. l. forma. Secus de predialibus de quibus tenentur dare aut predia dimittere extra eo. de decimis.

An sacerdotes teneantur

Quid de leprosis

An Iudei teneantur

Deinde

**Tam personales quam prediales decime que iure divino clericis sunt red[dende] Non cuiusque beneplacito solvende sed spiritualia seminantibus veniunt tribuende.**

Conclusio ii

Prima pars illius conclusionis probatur per illud Num. xviii filiis Levi dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo serviunt michi in tabernaculo. Sed filiis Levi succedunt clerici in novo testamento ergo solis clericis debentur. Idem probatur per Iheronimum super Ezech. et c. i. de decimis, decimam partem omnium frugum levitice tribui populus ex lege debebat. Item Gregorius papa oportet decimas quas iure sacerdotum esse sanctiones ab omni populo accipere quas fideles deo proprio offerunt. Item illud Mal. iii inferte omnem decimam in horreum meum etc. Item non alligabis os bovis triturantis Deut. xxv. Sed clerici sunt boves triturantes xiii q. i ecclesias, ergo eis debentur decime et i ad Cor. ix quis militat suis stipendiis unquam et ibidem quis plantat vineam et de fructu eius non edit, quis pascit gregem et de lacte eius non edit etc. quare prima pars vera. Secunda pars illius conclusionis probatur ex dictis Leonis pape xvi q. i de decimis ubi dicit de decimis iusto ordine non tantum nobis, sed etiam maioribus nostris omnibus visum est plebibus tantum, ubi sacrosancta baptismata dantur debere dari, et c. seq. questio. Item glossa super Sumite psalmum et date tympanum ubi glossa inquit sumite spiritualia et date temporalia.

**Licet decime personales eo iubentur dari tempore quo maior provenit commoditas ecclesie. Prediales tamen statim cum fructus percipiuntur nec mercenariis nec tributis solutis et antequam deducantur expense.**

Corr. i

Prima pars istius corollarii probatur per Alex. de Ales parte prima q. li membro v et per Hostiensem in summa sua et Hos. et Pisanum et per ea que nota supra in no. ii 2o. Secunda pars probatur per illud Deut. xxvi primicias et decimas non tardabis offerre, et c. tua nos de decimis, et per d. Panor. ibidem c. ubi adducit rationem, ubi continue dicit tunc quando alia est potior, illa preponenda est minus potenti. Sed decima solvitur in signum universalis dominii, tributum vero in signum specialis, et cum hec sit potior, illa scilicet solutio decime precedere solutionem tributi. Idem patet per c. tua nobis et c. pastoralis de decimis.

**Quin a prediorum decimis nec fideles nec Iudei possessores excipiuntur immo etiam a religiosis non privilegiatis aliisque clericis huiusmodi decime exiguntur.**

Prima pars illius corollarii probatur per illud Malach. iii inferte omnem decimam in horreum meum etc. Item per decretum alle. in de terris quas Iudei colunt tunc pendentes respondeantur ut eos ad decimas persolvendas compellas. Secunda pars probatur per textum xvi q. i. nulli liceat decimationem provenire a populi ecclesiis in quibus sunt adscripti. Cum ergo decime baptismalibus ecclesiis dande sunt ut dicit canon Leonis, ergo monachi et religiosi alijs ex proprijs predijs decimas dare tenentur.

Quantum ad articulum tertium pro illatione conclusionis tertie noto primo an decime possint laicis a prelatis concedi vel emi aut aliquo iure possideri, quod absolvens alex. de ales parte iij q. lj membro vj arti. i. ubi assignans distinctionem inter speciores dicit decime duplici iure debentur, et c. secundum institutionem divinam ... in eis prestitam. unde num. xviij: filiis levi dedi omnes decimas israel in possessionem et pro ministerio quo serviunt filii levi mihi in tabernaculo federis et portantes peccata populi. Item secundum predictam ceremoniam hoc ius, cum sit mere spirituale, non potest a laicis detineri, quia in laicum non cadit. 2º debentur decime in signum universalis dominii et hoc iure tamen sit civile cadere potest in laicum, non tamen ut dictum est quo ad proprietatem, sed quo ad fructuum perceptionem. hodie tamen a tempore lateranensis concilii sub alex. nullo modo valet collatio decimarum facta laicis, tamen talis alienatio vel infeudatio ubi prelatis sunt penitus interdicta, unde non ius spirituale nec proprium, sed percipiendi fructus temporales sunt concesse antiquitus deus gerendi militi in feudum, et si ipse bene vivat et defendat ecclesiam sicut fidelis vassallus pro expensis alio, si vero ecclesia deserit, aut periculum anime sue tenet. alii tenent quod nullo tempore potuerunt dari in feudum, etiam quo ad ius temporale sive civile, ita quod transirent ad heredes sicut feudum quod tunc ... cum ius spirituale resideret apud ecclesiam, quia sicut sine anima non potest vivere corpus, ita sine spiritualibus spiritualia non possunt consistere, et licet potest decime ... laicis in feudum in perpetuum legimus concesse, intelligendum tamen hoc venit de concessione que est de facto et non de iure. 2º nota an laici possunt emere decimas et tangit alex. de ales loco quo supra quod decima debetur duplici ... iure percipiendi quod emi non potest 2º dictum ipse fructus et sic emi potest, primo autem modo emi non potest cum sit spirituale, nec possideri, ius enim percipiendi decimas annexum est spirituali ordinationi naturali et divine. Naturalis namque ordinatio est ut qui seminant spiritualia metant carnalia. hec enim est ratio dati et accepti de qua loquitur apostolus ad philipp. ult., et hec est equalitas manne ut qui plus collegit non magis, nec qui minus collegit minus habeat. laici enim qui plus colligunt de temporalibus debent dare clericis qui minus colligunt, ut sit equalitas et possint vacare legi dei que vacatio spiritualis est. unde volens emere hoc ius, aut alio contractu sibi usurpare symoniacus iudicatur sicut ut i. q. i. probatur. 3º noto et vide an prelatus pape possit ad tempus vel perpetuo ... aut consuetudine aut prescriptione obtinere et notat hostiensis in summa ti. de deci. Si laicus hoc privilegium dicit pape licite potest percipere sive ad tempus sive perpetuo fructus decimarum ... potest privilegium tamen papa sit dei vicarius, potest in hiis statuere sicut sibi placet ut in c. i. ij et iij de trefla, non tamen debet hoc facere nisi ex causa sed favore fidei, ut quia concedat principi ut percipiat decimas locorum paganorum et infidelium, quos ipse subiugavit. Inferior vero a papa laicis decimas concedere non potest nec in feudum, ymmo contra faciens punitur ut non in c. quamvis de deci. sed per excommunicationem et suspensionem, ymmo imperatori et regibus prohibitum est ne laicis decimas concedant in c. tua de decimis, et ille decime concesse fuissent laicis in feudum ante tempus concilii lateranensis quod fuit tempore alex. iij anno 1179 prout notat archid. in c. statuto et illas, de deci. in vj. fructus tamen decimarum laico concedi possunt ad tempus per inferiorem etiam a papa cum tales temporales sint ut notat glo. in dicto c. quamvis.

**Sicut prelatus decimas aut ecclesias laicis concedens est puniendus, ita et laicus decimas emens aut alias iniuste usurpans symoniacus est censendus**

Consequenter festino ad 2m articulum in quo tractabitur de caritate in mensura ... qua beatitudo anime. Ad ... quod caritas a caris quod est ... dicitur. Hec caritas caritatis vel dilectio vel carorum ... Et caritas quasi cara unitas qua nos unit caro. Signum autem caritatis dicit catholicon est gaudere cum gaudentibus flere cum flentibus, et ... et opprimere ... ubi non ... Caritas autem secundum Cassiodorum super psalmum est mors criminum virtutum pugnantium, palma victorum, concordia mentium, societas electorum. Effectus autem eius sunt multiplices, primo enim vivificat, sicut enim ex viva radice procedit vita ad ramos, et si radix sit mortua et rami. Ita ex radice caritatis est spiritualis vita omnium operum meritorum, et ramus boni operis non virescit nec fructificat nisi in radice caritatis, ut dicit b. Tho. p. iii q. lxxix ar. vi. unde Cassiod. super ps. ... Caritas dei est quedam spiritualis pluvia virtutum sub qua et bona voluntas germinat, et opera sancta fructificat, pacem in adversis tempora in prosperis humilis potens, afflictionibus ..., et immensis ... 2o caritas unit nos deo et nos inter nos unde aug. super Joh. omelia xxxiii. Caritas ... animas et ... corda unum facit. Ad hanc unionem invitamur et informamur in opere creationis, quia propter hoc deus omnes homines de uno produxit ut dicit aug. de civ. dei c. v. 2o ex opere redemptionis quia sicut ... ex uno patre creante, ita ex Christo patre redimente et ex eisdem sacramentis et eadem matre ecclesia regnante. 3o ex parte gubernationis unde Crisost. super Jo. omel. xv. propterea domum unam hanc nobis mundum dedit, deus unum nobis accendit solem, unum extendit tectum celum, unam proposuit mensam terram, unum cibum spiritualem et unum gubernatorem medium spiritualem. 4o ratione naturalis corporis membrorum. In uno enim corpore sunt multa membra, que mutuo se iuvant, manus enim pedem lesum ligat, et pedes manum portat, cum suo cum sibi compatiuntur, quia oculus dolore alterius lacrimatur. Sic in corpore ex uno spiritu naturali unitur. Ita ecclesia ex uno spiritu caritatis. Unde Cris. super Joh. omel. lxxviii. Si viginti fuerint unus cum x ... per caritatem iam non est unus, sed in decem multiplicatur, et invenies in x unum, et in uno x. Unusquisque enim illorum xx manus et xx oculos et xx pedes habet, nullus enim oculus sibi soli videt, et sic dicendum de aliis membris, sed quilibet illorum pedibus aliorum portatur, et manibus aliorum operatur et oculis regitur. Et sic unus et idem potest esse in Roma et Bisordia, et quod natura non potest amor potest facere. Et sic caritas nunquam excidit i cor. xiii. 3o caritas omnia lucratur, quia ex quo se unit, et in uno sociante fortificat et copulat, sequitur quod uno lucrante omnes lucrantur, sicut in corpore cibus qui ab uno membro sumitur vel ab ore, non solum sibi sed omnibus membris prodest corporis ..., non autem separatis. Et sicut in societate mercatorum uno lucrante omnes lucrantur, sic in caritate, non autem uno perdente alii perdunt sed magis de perditione aliorum lucrantur divinam gratiam et pro ipsis orant. Aug. sic inquit amo bonum quod in te est, velis nolis de tuo facis meum, et hoc quod non est bonum alterius, cum in me amas bonum quod credis esse in alio, tibi bonum est, etiam cum malum hominem compatiendo amas, et malis suis compatiens, de malo suo bonum tibi facis, et ad idem loquitur beatus Bernh. O virtus inquit fortis, que neminem spolias et omnia rapis, omnia facis tua et nemini aufers sua, alie virtutes aliquid non valent sed sicut bonus mercator ubique emit in omnibus invenit lucrari, et quoniamque procurat ... semper superiorem locum tenet, igitur beatitudo excellentissima omnium virtutum dicitur. Hec iuxta paulo teste via est excellentior. i cor. xii.

plenitudo legis ad Rom. xiii. preceptum finis i ad Thimo. i. vinculum pacis et perfectionis ad Col. iii, in qua tota lex et prophete pendent Matth. xxii. Hec secundum Aug. in de doc. xpiana vincit omnia, sine qua nichil valent omnia, cum qua pro de nichil potest obesse, qua abundante nichil potest deesse. Hac nichil suavius, nichil sublimius, nichil dignius, nichil utilius, nichil iocundius invenitur, que deum tollit ad nos, dulcior nulla, suavius nulla invenitur. Hec est ut ait Prosper in de vita contemplativa et habetur de pe. di. ii. Caritas est voluntas recta ab omnibus terrenis et presentibus penitus aversa, deo inseparabiliter unita, igne sancti spiritus a quo est et ad quem est et refertur ignita, et post pauca, sine qua nullus deo placuit. Hec insuper sola est proprius cui non contrariat alienus, sola distinguens inter filios regni et perdicionis, ut Aug. dicit xv de trini. Unde etiam omnes antiqui ut dicit commentator super primum de celo et mundo, amorem et amiciciam omnis nobilitatis et perfectionis dixerunt esse principium et causam, quod et Boe. asserit de consolatione, quod omnis res consistit in unitate, et tamdiu consistit quamdiu una est, desinit autem cum dividitur. In publico intuemur in civitatibus, domibus, arboribus et quibuscumque congregacionibus, que omnia consistunt in unitate, desinunt autem cum dividuntur aut sibi ipsis contrariantur, et hoc etiam vult Salustius in Iugurtha tradens nobis regnum firmum si boni eritis, imbecillum si mali, quia sicut concordia parve res crescunt, sic discordia magne dilabuntur. Quod confirmatur infallibili veritate Matth. xii: omne regnum in se divisum desolabitur. Et a contrario sensu regnum unitum concordia augmentabitur. Nichil igitur iocundius et utilius caritate et concordia. Unde cum legisperitus interrogaret Christum: Magister quid faciendo regnum celorum possidebo, tunc: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex omnibus viribus tuis et ex tota mente tua, et proximum sicut te ipsum; hoc fac et vives, ac si diceret: Si desideras eternam vitam amplectere caritatem. Secundum Ri. doct. s. in scripto iiii sententiarum dist. xlix principium distinctionis graduum beatitudinis est duplex, scilicet propinquum et remotum. Propinquum est diversa dispositio que erit in beatis, ex qua surget et diversitas perfectionis inter ipsos in operatione beatitudinis. Sed principium remotum est meritum quo homo beatitudinem consequitur. Primo autem modo distinguuntur gradus secundum caritatem patrie, que quanto in aliquo erit perfectior tanto eum reddet capaciorem divine claritatis, secundum cuius augmentum augebitur perfectio divine visionis. Secundo vero modo distinguuntur gradus beatitudinis secundum caritatem vie, actus enim non habet quod sit meritorius ex sua natura sed solum ex habitu virtutis quo informatur. Vis autem merendi est in omnibus virtutibus ex caritate, quia habet ipsum finem pro obiecto. Et ideo diversitas merendi tota reducitur ad diversitatem caritatis. ( ) Igitur ipsa dicitur mensura beatitudinis. Nam intellectus plus participans de lumine glorie perfectius deum videbit, plus autem participabit de lumine glorie qui plus habet de caritate, quia ubi est maior caritas est maius desiderium. Et desiderium quodammodo facit desiderantem aptum et paratum ad susceptionem desiderati; unde qui plus habebit de caritate perfectius deum videbit et beatior erit. Istis consideratis est prima propositio.

## Caritas creata qua deum et proximum diligere nobis precipitur virtus est excellentissima mensuraque finalis retributionis dicitur

ppo prima

Propositio ista fundatur super verbis evangelii Luce x supra, ubi Christus respondit legisperito dicenti: Magister quid faciendo vitam eternam possidebo, inducens assertive: In lege scriptum est: Diliges dominum etc. Et sequitur: Hoc fac et vives. Vives autem ex nunc sufficienter quoad omnes partes huius propositionis in parte, que principaliter evidenter ostenditur, quia vita eterna in manifesta dei cognitione consistit, ut Ioh. xvii: Hec est vita eterna ut cognoscant te. Sed manifesta dei cognitio premium habetur merito caritatis. Unde dicitur Ioh. xiiii: Si quis diligit me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Ergo et in corona reposita est mihi corona iustitie, id est gloria paradisi, quam reddet michi in illa die iustus iudex, non solum autem michi sed et hiis qui diligunt adventum eius. Unde dicit beatus Tho. parte i q. xii arti. vi, quod perfectio beatitudinis que in visione divine essentie consistit erit per hoc quod intellectus unius habebit maiorem facultatem ad videndum quam alterius. Facultas autem videndi deum non convenit intellectui creato secundum suam naturam sed per conformitatem consistit, ut quod audiens claret, unde ut etiam dictum est in materia, istam propositionem intellectus plus participans de lumine glorie deum perfectius videbit, plus autem participabit de lumine glorie qui plus habet de caritate, quia ubi est maior caritas ibi est maius desiderium, et desiderium ut dictum est quodammodo facit desiderantem aptum et paratum ad susceptionem desiderati; unde qui plus habebit de caritate perfectius deum videbit et beatior erit; que omnia supra dicta sunt.

### Quamquam caritatis preceptum in vita ista perfecte impleri haut valeat, infallibiliter tamen vitam eternam saluando imponit racionabiliter ipsum ut impleat

Propositio ista est veritatis ex verbis salvatoris in evangelio: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo etc. De quo precepto dicit beatus augustinus libro de perfectione iusticie quod in plenitudine caritatis patrie preceptum istud implebitur: diliges dominum deum tuum ex toto corde etc. Nam dum adhuc aliquid est carnalis concupiscentie quod continendo frenetur, non ex toto anima diligitur deus. Potest enim aliquod preceptum dupliciter impleri, scilicet perfecte et imperfecte. Perfecte impletur quando pervenitur ad finem quem precipiens intendit; impletur autem imperfecte quando et si non pertingat ad finem, propter hoc non tamen recedit ab ordine ad finem. Sicut si dux exercitus precipiat militibus ut pugnent, ille perfecte implet preceptum qui pugnando hostes vincit, quod dux intendit. Ille autem etiam implet sed imperfecte cuius pugna licet ad victoriam non pertingat, non tamen contra disciplinam militarem agit. Intendit autem deus per hoc preceptum ut homo deo totaliter uniatur, quod fit in patria quando deus erit omnia in omnibus ut dicitur 1 cor. 15. Ideo plene et perfecte in patria implebitur, in via autem imperfecte, non tamen propter hoc irracionabile preceptum, quia ut dicit augustinus ubi supra: Cur ergo preciperetur homini ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Non enim recte curritur si quo currendum est nesciatur. Quo autem sciretur si nullis preceptis ostenderetur? Preterea autem deus dat preceptum caritatis, ut testatur Iohannes: hoc est preceptum meum ut diligatis invicem etc., propter quatuor. Primo propter facilitatem, quia nihil est tam facile et liberum et in potestate hominis sicut amare, unde nemo potest se excusare. 2° propter suavitatem, quia amor reddit omnia suavia. Bernardus: amanti nihil est difficile. Matth. xi: iugum meum suave. Si ergo tantum allicit dilectio mundi amor, ergo plus amor dei. 3° propter proficuitatem, quia amor omnia opera reddit grata. 4° propter demonstrationem. Est enim amor virtus et pondus spiritus exigens animam ad divina. Augustinus: amor meus, amor meus pondus meum, eo feror quocumque feror. Hec ille, licet alibi hoc habeatur.

### Caritatis habitus actibus nostris non acquisitus, sed a deo infusus, preterquam sanctos privat in patria, per unum tamen actum noxium amittitur totaliter

Propositio ista quoad suas partes habetur ex antedictis. Pro ultima tamen parte patet beatum magistrum sententiarum, ubi dicit: per peccatum mortale fit homo dignus morte eterna, unde dicit apostolus ad Ro. 6: stipendia peccati mors. Caritas vero habet meritum vite eterne ut dictum est. Igitur peccatum mortale non compatitur secum caritatem. Et pro primo similitudine claritatis solaris: sicut enim claritas aeris cessat ex obstaculo solis illuminantis, sic caritas cessat in mente ex obstaculo criminis infusionem caritatis a deo impedientis. Unde augustinus 8 super genesim ad litteram dicit quod homo deo sibi presente illuminatur, absente autem continuo tenebratur, a quo non locorum intervallo sed voluntatis aversione discedit. 2° per exemplum caloris vitalis, quia sicut vita corporalis amittitur subtracto calore, spiritualis per peccatum mortale. 3° exemplum radicis, quod quidem ponit beatus augustinus super epistolam Ioh. dicens: radix omnium malorum est cupiditas et radix omnium bonorum est caritas. Simul ambe esse non possunt, nisi una radicitus evulsa fuerit alia plantari non potest. Sine causa conatur aliquis ramos incidere si radicem non intendit evellere. Et tantum de 2° articulo.

Tercius articulus

Quantum ad tertium in quo tractabitur quid ihesus cum corporibus sanctorum glorificatis ceterisque corporibus declaratur videatur. Sciendum quod ihesus hebraice sother, latine autem salvator vel salvans dicitur secundum Io. Da. in libro tercio, quo omnibus gentibus salutifer venit. Dicit autem doctor s. parte iii q. xxxvii ar. 2 quod hoc nomen ihesus dicit naturam humanam, sed xpistus divinam et humanam. Et de glorificatione humani corporis et aliorum corporum notat idem doctor in scripto super iiii sententiarum dist. xlviii quod in fine mundi erit una universalis purgatio mundi et corporum, assignans racionem quia mundus propter hominem aliquo modo factus est. Oportet quod cum homo glorificabitur secundum corpus, quod etiam elementa huius mundi ad statum meliorem mutentur, ut sic locus sit congruor et aspectus delectabilior. Quod enim grossum est et fedum separabitur per ignem a puro et retrudetur in infernum, quod vero purum et nobile est, subtile et lucidum, in superioribus servabitur ad gloriam sanctorum, ut dicit quedam glo. Basilius super illud ps.: vox domini super aquas intercidentis flammam ignis. Et idem ait doctor 8 dist. xlviii: omnia elementa claritate quadam vestientur, non tamen equaliter sed secundum modum suum. Terra enim ut dicitur erit in superficie exteriori pervia sicut vitrum, aqua sicut cristallus, aer ut celum, ignis ut luminaria celi. Ideo luminaria perficientur. Ysaie xxx: Erit lux lune sicut lux solis, et lux solis erit septempliciter sicut lux vii dierum in die qua alligaverit vulnus populi sui. Ubi dicit glo. interlinealis: post iudicium celum erit novum et terra nova. Omnia enim propter hominem facta in eius lapsu peiorata sunt, et sol et luna suo lumine minorata. Quamquam melioracionem beatus Thomas intelligit quo ad usum hominis sic quod homo post peccatum non tantum comodum consequitur est ab eis sicut ante, nam homo ante peccatum tantum comodum habuit ex luce lune, sicut nunc ex luce solis. Sed post resurreccionem lux lune et solis augmentabitur secundum dei virtutem. Et luna lucebit tantum quantum nunc sol, sol autem in septuplo plus quam modo luceat, quantitas autem melioracionis et modus illi soli cognitus est, qui erit melioracionis actor. Sed corpora sanctorum erunt septuplo clariora sole [illegible] ipsa sunt beatus Thomas et ista claritate delectabuntur oculi corporales. Pro quo ulterius considerandum quod secundum eundem scripto in iiii dist. xliiii: Omnes sensus corporis erunt in actu in patria, racio quia erunt in maiori perfeccione quam hic. Sed hic sunt in actu, ergo ibi, eciam ideo quia sompnus laboris dicitur esse sompnus compleccionis. Sed quamdiu sompnus hic sumitur laborando anime, ergo ipsa complacata sensus cum ea primarii debent. Quando magis sensus in precia cognoscet aliqua singularia, et proprie singularia magis excellens de qualibet specie rerum sensibilium prout magister Jo. de Cambraco de sensibilibus deliciis paradisi ait quod secundum doctores communiter plus in patria restituetur quam in paradiso Adam perdidit. Sed in paradiso sensus cognovit rerum sensibilium [illegible]. Et quamvis post hanc vitam non sunt quedam sensibilia puta animalia plante etc., tamen per influxas species sensibilium a deo mediate ~~per~~ intellectum tamen veraciter in patria videntur sensibilia preterita. Non contraria patet quia anima separata secundum Thomam in iiii intellectus intelligibilia per species influxas, ergo et sensus percipit sensibilia per species influxas, alias sensus non proporcionarentur [illegible] potencie in perfectibilitate, quod inconveniens fore, et hanc [illegible] distanciam nec absencia sensibilium impediet nec impossibile, quia secundum Thomam divina virtus beatis ad nutum in omnibus subveniet et aderit et assistet in omnibus que volunt, ideo hoc modo omnes quinque sensus sencient in patria propria obiecta per species receptas a sensibilibus pro tunc existentibus. Pro hoc ex dictis beati Thome in scripto iiii dist. xlix q. xlix: A beatis nihil abstrahi debet quod ad perfeccionem beatitudinis pertinet, sed sentire per species influxas non solum per receptas est huiusmodi, igitur sentient per eas. Ex istis patet quod oculus beatorum corporalis videbit quinque in genere, circa quorum gaudium sensitivum habebunt. Primo non contraria post mundum et flores animalia [illegible] aves et [illegible] videbunt veraciter per species sensibilium influxas, patet quia illa vidisset in statu innocencie, ideo in patria plus videbit. 2o videbunt secundum mundum tunc sensibilem quatuor elementorum tunc purgatorum, et colorum species stellarum et planetarum innovatam ut predictum est. 3o videbunt corpus beate virginis et corpora beatorum suorum pulcherrima, unde Augustinus in li. de spiritu [illegible] pulchritudo quam perfecte hic habet natura ab homine appetitur. In illa vero beatitudine pulchritudo iustorum solis excellet pulchritudinem. 4to videbunt dampnatos in inferno ut ponit beatus Thomas dist. xlix, nam Ysaie ultimo dicitur: egredientur et videbunt cadavera virorum qui prevaricati sunt in me. Glossa: electi egredientur intellectu vel manifesta visione ut ad laudem dei magis accendantur. Quia [illegible] quia a beatis nihil abstrahi debet quod ad perfeccionem beatitudinis pertineat. Unumquodque autem ex comparacione contrarii magis cognoscitur, quia contraria iuxta se posita magis elucescunt. Ideo ut beatitudo sanctorum eis magis complaceat et de ea uberiores gracias agant, datur eis ut penas impiorum perfecte intueantur. Et quamvis corpora dampnatorum sint turpissima, tamen visio beatorum sic et dei per hoc non leditur nec [illegible] beati compacientur dampnatis, quia sic se conformant divine voluntati, que punit dampnatos, sed de penis eorum gaudebunt, non inquantum pena habet dampnatos, sed inquantum ex pena ipsorum considerant ordinem divine iusticie et suam liberacionem pro [illegible] iusticiam vindictam. Quinto videbunt Christi humanitatem in iudicio et semper. Unde secundum Johannem de Cambraco in tractatu de deliciis sensibilibus paradisi beati duplex gaudium habebunt, unum essenciale quod habebunt de creatore viso et amato, aliud accidentale de creatura cognita et amata. Sed cum in homine sit corpus et anima, quorum utrumque beatificabitur essencialiter et accidentaliter, ideo essenciale gaudium est duplex secundum quod in Christo duo [illegible] unum est anime, et erit visio et fruicio divine essencie in se et per se, et quia deus in se non potest cognosci a corporis sensibus, ideo ut ipsi sensus beatificentur in deo est aliud gaudium ~~accidentale~~ essenciale corporis quod habebimus de Christi humanitate percepta, quia ibi est unus et trinus et summa a sensibus humanis desiderabilissimus. Hoc dicitur in nomine Joh. xvii ubi Christus ait describendo beatitudinem: Hec est vita eterna

btitudo essentialis ut cognoscant te solum verum deum esse primum essentiale anime, et quia in isto illud [illegible]
esse primum essentiale corporis, videlicet in christo humanitate sola omnes sensus nostri quietabuntur ut optare nequeant
gaudia maiora triplici ratione. primo quia christi humanitas erit decorata pulchritudine plus quam in aliis sanctis
tres aureole, quatuor dotibus corporis et decoratione summa omnium sanctorum priorum, que omnia in christo vi-
debimus, et nostris sensibus sentiemus. 2° quia anima nostra in anima christi videbit summas perfectiones in essentia eius
in virtutibus variis, in actibus tam contemplativis quam activis, in hiis etiam que in nobis dicimus aureole et plures et per-
fectione gaudebit de hiis anima nostra. 3° quia in anima christi per accidens videbimus deum, sicut et in qualibet
alia re visa per accidens, et tanto plus quam in aliis rebus. Erit igitur humanitas christi iocundissimum obiectum cuiuslibet
sensuum nostrorum. primo visui obiectum pulcherrimum, quia ille fuit pulcherrimus in filiis hominum, ut dicit psalmus. Speciosus
forma pre filiis hominum. 2° erit auditui nostro obiectum iocundissimum, ita ut verbum unum amoroso alicui dictum sic
dulcedine mortalis homo sustinere vel suscipere non posset, quin cor eius pre dulcedine liquefactum deficeret
nisi miraculose deus aliquem vellet conservare. Xpus itaque loquitur sibi et cantat canticum agni insuper
aures, et omnia habebit in summo, que creature hic habebunt proportione ab eo solo. de gustu tamen
et olfactu contemplamur sicut de aliis. dulcedo illa nobilissima christi attrahabit amplexantes ipsum omnes
et in patria nemo impedietur quin hic dulciter a deo se inspiciat tangi, et quemadmodum est amplexatus ita in
in die resurrectionis de mulieribus que tetigerunt eum, et nunc [illegible] ubi ait Sinite parvulos venire ad me et
complexans eos benedicebat eos. hec omnia de Joh. de Cambaco In quod autem sunt propter omnem
multitudo delectationum in patria causatur ex se que habetur in [illegible] xv. Comodum obiecti erunt diversa
distantium deus. primo restitutio comodorum naturalis, quia in paradiso homo tunc comedit de luce hoc sic
nunc de luce solis, ut superius declaratum est. Si status glorie perfectior est quam perditus in paradiso
2° ad magnitudinem delectationis in visu faciet melioratio obiectorum in ordine ad visum sive sint elementa
celi stelle, sive etiam corpora sanctorum, et etiam alia que perpetua manent per species influxas vel per gloriam ysaie
xxx omnia meliorari homine resurgente, sicut declarata sunt ipso eodem. Consistit autem illa
melioratio in quatuor, scilicet in augmentatione lucis, in clarificatione colorum, in gratia membrorum
et in corporali pulchritudine beatorum, qui colorati erunt candido et rubicundo clarissime colorati secundum
optime complexionis gratiam et physonomie doctrinam Similiter etiam corpora celestia terra et polum
et spiritus decorissime quantum licet unum alio maius sit quibus, sicut quod hic premissum nam non locantur
Creature etiam pro christo suscepte sunt et christum erunt decorissime Nam pulchritudo minima sanctorum erit
quinquagesies vel fere tanta quanta est modo pulcherrima naturalis cuiuslibet corporis etiam celestis, et pul-
chritudo sanctorum in duplo maioris medii fere centies tamen et deinceps secundum maius meritum. Ideo est quod
vis ex superadditis minimus sanctus erit protinus septies excedens pulchritudinem solis presentem que erit
sicut lux vij dierum ysaie xxx. Si septies supra fuerint [illegible] 3° ad magnitudinem delectationis
in visu faciet acumen visus et claritas oculorum que maior et minor erit secundum merita unde non
oculi quorundam lumine offendentur, quia omnia lumina tunc umbrabunt et secundum suum magis vel minus
meliorabuntur obiecta illius vel alterius sensus saltem secundum effectum sive comodi vel delectationis 4°
confert ad multitudinem delectationis in visu diversitas visibilium, quia videbimus per species [illegible] omnes
speras celorum omnes stellas omnia elementa, omnia flores infinita quedam non corpora a damnatorum
et per species infusas de qualibet specie arbusta plantarum lapidum rosarum violarum et mineralium videbimus
aliqua, vel de qualibet specie, et de singulis speciebus excellentissimum illius speciei, quia illud in statum simpliciter
sumpserunt. Quinto augebitur delectatio in plus visum, quia nec distantia nec interpositio nec [illegible] im-
pediet. 6° augebitur delectatio visus visio dei in qualibet creatura per hoc quod [illegible] corde [illegible] oculo
corporalis directe et sicut visibile per se non possit videre deum cum non sit coloratus nec lucidus corporali-
ter ut dicit beatus thomas in iiij dist. [illegible], videbunt oculo corporali divinitatem sic visibilem per accidens, unde ex una
parte visus corporalis tantam gloriam dei inspiciet in corporibus precipue glorificatis et maxime in corpore christi
et ex parte alia intellectus tam clare deum videbit quod in rebus corporalibus visis deus percipietur, sicut in locutione
percipitur vita ut inquit augustinus de civitate dei [illegible] christo plura ad istud pertinentia ut tales

**Oculus exterior visus obiecto materiali proportionatus expers dei cognitione**
**Corpore ihesu clarissimo gaudio sanctissimo suo modo est visitatur conformitatis ratione** ppo. prima

Ista propositio quamvis clarissime habeatur ex predictis, unico tamen medio probo eam pro omnibus suis partibus. pro prima parte quia omnis potentia sensitiva est actus corporalis organi, actus autem proportionatur ei cuius est actus, unde nulla huiusmodi potentia potest se extendere ultra corporalia. deus autem cum non sit corporeus, unde oculo exteriori sive corporali videri non potest, sed solo intellectuali. et quia oportet ipsum oculum corporalem habere obiectum visibile supremum corporeum, illud non erit aliud nisi corpus ihesu clarissimum, unde de claritate et pulchritudine vultus corporis ihesu dicit beatus thomas in quodam tractatu de beatitudine eterna: Si in resurrectione fulgebunt corpora sanctorum sicut sol ut habetur mathei xiij, et anime sanctorum multo amplius fulgebunt, anima etiam lucidior lucidius corpus habebit. Insuper singuli angeli clariores sunt sole. Omnem istam claritatem congregatam excedit et excellit claritas vultus ihesu christi sicut dies clarissima excellit noctem tenebrosam. et ideo dixit iohannes xvij Orauit ad patrem dicens: quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum et illi sint mecum ut videant claritatem meam gloriam, claritas quam dedisti mihi, et singulis ad fruendum eternaliter. ipsum igitur corpus clarissimum christi erit obiectum visibile totius consolationis oculorum corporalium.

**Oculi clarificati a deo anima mediante remunerati in novissima resurrectione**
**Refulgent maioris corporis splendore aliorumque sanctorum decore iocundissima visione** ppo scda

Ista propositio etiam habetur ex auditis, sed unico eam confirmo brevissima ratione, nam ut dicitur mathei xiij fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Ista autem claritas dicit beatus thomas in scripto iiij dist. xliiij causabitur ex redundantia glorie anime in corpus. quod enim recipitur in aliquo non recipitur per modum influentis, sed per modum recipientis, et ita claritas que est in anima spiritualis recipitur in corpore ut corporalis. et ideo secundum quod anima erit maioris claritatis secundum maius meritum, erit etiam differentia claritatis in corpore, ut patet per apostolum i cor. xv. Et ita in corpore glorioso cognoscetur gloria anime, sicut in vitro cognoscitur color corporis quod continetur in vase vitreo, ut dicit Gregorius super illud Job: non equabitur ei aurum vel vitrum. Maria autem post christum est nobilissima, igitur pulcrius et clarissimum corpus habebit. nam corporis gloria naturam non tollit sed perficit. unde color qui debetur corpori ex natura sua permanebit in eo, sed superaddetur claritas ex gloria anime. Sicut videmus corpora colorata ex sui natura splendore solis resplendere, ita erunt pulcherrima corpora sanctorum, nam pulcritudo corporis est partium conveniens cum quadam coloris suavitate, et per consequens delectabilissima ad videndum.

**Quia sensus exteriores in electis nobilissimis suis obiectis actualiter perficientur**
**Oculi purificati beatorum amenitate corporum renovatorum eternaliter oblectentur** ppo iij

Propositio ista etiam luce clarius habetur ex notis, probo tamen eam unico medio, virtus scilicet humana ad actum potentie sensitive que est corporis. Sed corpus premiabitur vel punietur propter merita vel demerita anime, igitur et omnes sensus premiabuntur in beatis secundum delectationem que in operatione sensuum consistit. Omnia enim corporalia propter hominem facta esse credimus ut dicit beatus thomas in scripto iiij xlviij dist. unde et omnia dicuntur ei subiecta. Serviunt autem homini dupliciter, uno modo ad sustentationem vite corporalis, alio modo ad profectum divine cognitionis, in quantum homo per ea que facta sunt invisibilia dei conspicit, ut ad ro. i. Primo ergo ministerio creature homo glorificatus nullo modo indigebit, cum eius corpus omnino incorruptibile sit factum virtute divina illo faciente per animam quam immediate glorificat. 2o etiam ministerio non indigebit homo quantum ad cognitionem intellectivam, quia illa cognitione sancti deum videbunt immediate per essentiam. Sed ad hanc visionem essentie oculus carnis attingere non poterit. Et ideo ut eius etiam solatium sibi congruens de visione divinitatis prebeatur inspiciet divinitatem in suis effectibus corporalibus in quibus manifesta indicia divine maiestatis apparebunt, et precipue in carne christi, ut posuit prima propositio, et per hoc in corporibus sanctorum ut posuit ij propositio, et deinceps in omnibus aliis corporibus, ut illa tercia propositio asserit. Et sic de propositionibus et eius declaratione.

Quare mater pia Monica defuncta carissimum sibi filium Augustinum non consolabatur optatis prodigiis
Cum tamen anime beate meritate atque dampnate quandoque se manifestent sibi notis diversis studiis

De visione exteriori beatorum

Ad suppositum istius problematis dicendum quod anime beatorum in purgatorio vel in inferno existentes quandoque se nobis manifestent videtur secundum Augustinum, ut etiam habetur supra, quod non sit credendum quod mortui ad vivos aliquos ex mortuis venire credimus. Sic econverso paulum ex vivis in paradisum raptum eo scriptura divina testatur hic ille. Cum autem veneritis ad nos, ad hoc ut sentiam oportet quod affirmat aliquod corpus puta fantasticum seu de aere formatum, unde dicit Richardus de media villa in iiii quaestio anima separata potest per virtutem suam naturalem movere aliquod corpus de loco ad locum nisi prohibeatur a superiori virtute. Nam anima eius separata est virtus motiva secundum locum et virtuosior est separata quam corpori unita, et tamen corpori coniuncta movet, ergo potest. Quod tamen arguat etiam introspiciat ergo potest cum separata est ab eo. Unde Gregorius in iiii dialogorum narrat germanum episcopum Capuanum invenisse pascasium diaconum et obsequentem in balneis. Cum ergo anima illa non esset illius corporis forma, et tamen ipsum movebat, patet quod aliquando anima separata movet aliquod corpus secundum locum. Nec est dicendum ut aliqui dicunt quod esset angelus bonus vel malus in specie pascasii, quia hoc faciendo ille pascasius faceret poenam suam, nec tamen fuit idem corpus cuius fuit anima pascasii vero forma, anima non separata prohibetur divina virtute reassumere illud corpus cuius fuit forma, et quod idem corpus aliud quod praeanimari anima, et etiam corpori beatorum, ne quis credat hominibus mentem in vilem et horrendum errorem opinantium nullum posse transire de corpore in corpus ita quod successive sub motore diversorum corporum, et quod de animam quodlibet corpus ingredi posse, ut pictagorice fabule dicunt. Unde dicit Bricho in scripto iiii dist. xlv, quod anime separate si sunt beate in libertate sua est venire in mundum et apparere, ubique tamen videntur sunt gloriam dei sicut angeli sancti. Sed si sunt damnate non est in potestate earum exire de inferno sed ex speciali dei dispensatione et permissione transeunt extra infernum quandoque pergunt et hoc usque ad diem iudicii, nam postea nec damnate anime nec demones inde possunt exire potencia. Sed nec credendum est ita saepe apparere damnatos vel beatos sicut dicitur, nam aliquando angeli sancti apparent in persona beatorum ad instruendum, et diaboli in specie damnatorum ad decipiendum, sive dormiendo sive vigilando faciunt tales apparitiones, sicut etiam vivi homines quandoque apparent aliis et eis multa dicunt in sompniis, cum tamen eos constat non esse praesentes, sicut Augustinus per multa exempla probat in libro de cura pro mortuis agenda. Secundum igitur dispositionem divine providentie aliquando anime separate a suis receptaculis egresse aspectibus hominum praesentantur ut idem narrat de felice martire, qui civibus nolanis visibiliter apparuit cum a barbaris obsiderentur, et hoc etiam credi potest quod aliquando de damnatis contingit ad eruditionem hominum praesertim sibi notorum etiam ad terrorem, vel etiam ad suffragia expetenda quantum ad illas que in purgatorio detinentur ut beatus Gregorius in iiii dialogorum per multa exempla probat. Haec Thomas. Ex istis habetur quid tamen faciat strepitus illi et hystoria quos audiunt aliqui de nocte ut in inquietationibus domorum nocturnis, ubi proiciuntur lapides, vel inquietantur pulsati homines, vel videntur fantastici ignes incendi vel alie ludicre operationes, nam secundum Guilhelmum Parisiensem in ultima parte de universo et etiam Cassianum in collationibus patrum quandoque illa sunt et saepe opera demonum talium qui plus nocere hominibus non possunt nisi in talibus potestate divina ligati. Ridiculosi enim tales inutiles effectus demonum malignorum opera ostendunt, aliquando sunt studio malignorum hominum, qui domos volunt evacuare hominibus vel lucrari spolia sub titulo falso apparitionum animarum, vel sub illo pretextu inducere luxuriam vel furtum committere, aliquando etiam fieri possunt ex curiositate hominum volentium terrere proximos loco vel ex fantasticis et melancolicis debilitantibus prout experientia docet in infirmis eos qui modicum in modicum moriuntur, anime enim sive sint damnate sive in purgatorio sive beate nullatenus sunt credende talia facere, quia damnatis non legitur admissio, reliquis quod in caritate sunt ista truffatoria inutilia non conveniunt, unde non est dubium quod demones aliquando tales etiam inquietationes faciant, ut errorem paganorum credant quod credebant animas defunctorum in tumulis vel circa eas habitare non in inferno. Si anime adessent anime de purgatorio tales versutias, aut utilia opera aut salubria facerent, aut auxilia a vivis peterent sicut Gregorius ponit exempla in iiii dialogorum. Patet etiam

ex precedentibus quid sentiendum sit de nocturnis cetibus qui aliquando dicuntur videri et per contingens visi in mo-
stra ubi persone aliquando ope et fruitione bonorum angelorum sicut helyseo legitur est in admiratione con-
uicos enim capere volens .i. re. v. aliquando fiunt operatione demonum vivos deludere volentium sicut tres
demonum apparuit s. martino in specie Christi martirum coronam gestantis pro mundis / aliquando fit apparentia
sanctorum in patria existentium / qui gratia divina ad vivos loquendum venisse in admiratione sicut beata
virgo aliquibus in operibus cum angelica salutatione honoratur / aliquando fit ab animabus in pur-
gatorio ut suffragia expectant ut gregorius in iiij dyal. sicut multe / aliquando ab animabus dampnatorum ad hominum
eruditionem et terrorem / aliquando per fictam eruditionem et impressionem bonorum angelorum in spiritu viventium
aliorum sine reali apparitione / aliquando etiam mera deceptione demonum sicut se vident multi etiam in sompniis
Sed ad questionem probleumatis quod oritur ex verbis beati augustini in libro de cura pro mortuis agenda ubi
dicit si rebus viventium interessent anime mortuorum, ut de aliis taceam me ipsum pia mater nulla nocte de-
sereret que terra marique secuta est ut mecum viveret / et ex hoc concludit quod anime defunctorum rebus
viventium non intersunt. Respondetur secundum beatum thomam in scripto iiij dist. xlv. quod augustinus ut per sequentia patet
loquitur secundum communem cursum nature / nec tamen sequitur quod etiam post mortem possint ut volunt viventibus appare-
re / et si appareant quandoque apparent in carne viventium / quia separata a carne vel est conformata divine
voluntati / ita quod non liceat ei nec libeat nisi quod secundum divinam dispositionem congruere intuentur vel ita
sunt penis oppressi ut de sua miseria magis doleant quam curent aliis apparere

Cur ars mulierum superstitiosa illaqueat cor amoris vesanum obprobriosa sapientem infatuat
Dum tu hominis constringis voluntatem, cum sit in hac vita libertate nulla coacta

probleuma 2m de mensura cor

probleuma illud pro principio supposito videlicet quod hominis voluntas non possit cogi pretermisso amore etiam notum
ex verbis Aug. v. de civ. dei c. x. Si aliquid est voluntarium non est necessarium nam libertas repugnat
coactioni ut etiam patet clare determinat beatus thomas p. 1 q. lxxxij ar. ij. Sed pro prima parte sciendum quare ars
superstitiosa mulierum philocaptit et infatuat sapientem dicit solum vide in pro formacio li. r
quod illis philocaptio et amor inordinatus unius sexus ad alterum / ex triplici causa oritur sicut aliquando
ex sola incautela oculorum / aliquando ex temptatione demonum tantum / aliquando ex maleficio mulierum
simul et demonum / De primo dicitur Jaco. i. unusquisque temptatur a concupiscentia sua abstractus et illectus
deinde concupiscentia cum conceperit parit peccatum / peccatum cum consummatum fuerit generat mortem. Sic sichem
cum vidisset dynam adamavit eam et rapuit et conglutinata est anima eius cum ea / gen. xxxiiij
et secundum glo. frequenter anime sic accidit quia postpositis propriis aliena negocia curat / secundum
quod predicitur et sit una voluntate consensus cum illecebris. 2o oritur ex temptatione demonum, sic amon
fratrem suam thamar adamavit / ita ut pre amore eius egrotaret ij re. xiij ubi dicit glo.
sicut hoc monet nos ut semper caute agamus / ne vicia in nobis oriantur / et prelatos
penam qui filiam patris pro licentiis sponsis / nos patres invenire de corporibus tenuiter de hoc
multa habentur in vitas patrum / 3o provenit ex maleficio demonum et ydolatrarum, per quem quo
modum demon in potentiam ymaginativam fantasiam et estimativam possit agere etc. petrus de palude
in iiij dist. xxxiiij. Cuiusque modus est hoc ex eo quod est spiritus predam super creaturam corporalem ad
modum localem continendum vel faciendum / unde sicut corpora impedire ne sibi appropinquent directe vel
indirecte interponendo se in corpore assumpto / sicut accidit sponso qui desponsaverat ydolum et mulier
loring contraxerat cum quadam iuvencula / nec propter hoc poterat eam cognoscere / 2o sicut hominem
inflammare ad actum illum vel infrigidare adhibendo occulte virtutes rerum / quas optime novit
ad hoc validas. 3o turbando estimationem et ymaginationem / quo reddit mulierem amorosam vel
odiosam / quia scit in ymaginationem imprimere. 4o reprimendo vel expellendo directe vigorem membrorum for-
tificationi accommodi. Sicut et motum localem cuiuslibet organi hoc prohibens impressionem spiritum
ad membra in quibus est virtus motiva / quasi intercludendo vias seminis / ne ad vasa generationis

descendat vel ne ab eis recedat vel ne generet vel emittat, et multis aliis modis. Credunt
etiam mulieres sortilegia cum fabis et gallorum testiculis, non est credendum quod virtute illarum
rerum vir impotens reddatur, aut per alia opera carnis ad amorem cogatur, sed virtute occulta demonum
illudentium sortilegas per ista corporalia. Et plus autem permittit deus super homines aliquid per quod
primum parentem deffinitur, quod propter alios actus humanos, sicut et super serpentem, unde patet quod ad malefi-
ciati et amore mulierum capti, dicunt se non posse continere quia oportet eos ad amasias suas
currere, verum est in parte, et in parte falsum, nam si grandi displicentia invocarent et facerent quod in se est
ut converterentur de peccatis, deus illa eis dimitteret, et gratiam infundendo robore defenderet demonem timeret
et sic ad peccandum eos non posset cogere vel movere localiter. Sed si illa remittunt non mirum si in potestate
demonis positi currunt dicitur eis dimittere diabolo vel voluptatis appetitui. Dicit enim beatus Augustinus in omelia
super Johannem super illud Johannis vi Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eum, quod sua voluptas
ostendis ovi viridem ramum et te sequitur ille sic corporaliter trahendo. Sed Cassianus dicit [illegible] de a-
sina qua Christus equitavit, quod sicut demon voluntate hominis pro te possidet, quo ad libitum trahat quo
placet. Sicut dans de navi in mari perdito gubernaculo, que ad venti libitum portatur, ita etiam potest
insidens. Sic etiam est de diabolo et peccatore. Unde angelus dixit Thobie: In illos qui libidini vacant
accipit demonium potestatem. Boni autem et in tantum contentos, sicut Cassianus in collationibus patrum, numquam
ledi potuerunt nisi in rebus et hoc in minimis eorum et permissione, ut in bonis fortune et fama et sanitate
corporis, ut de beato Job. Sed in ullum peccatum eos inimicus per maleficia trahere potuit licet tempore valeant
ab intra et in carne extra, sed illatenus violentiam. Sic enim diffinivit beatus Antoninus illatenus
demonem posse mentem cordis vel corporis invadere vel hoc facultatem in eis habet animam penitus vel eius
nisi eam penitus destituit omnibus cogitationibus sanctis ac spiritualibus contemplationibus [illegible] vacuam reddiderit. Refert
Severinus philosophus i de consolatione ad Boecium, ubi conqueritur anima que mihi prius abiecisti invicta
te firmitate munieram et Cassianus etiam refert de duobus philosophis qui per illa arte hominem coercere
nitebantur de cella sua, sed non prevaluerunt. Contra illa maleficia Johannes Nider in suo preceptorio
et etiam formicario docet quinque remedia licita, videlicet ad sanctos peregrinationes aliquorum limina peregrinando,
signi crucis et devote orationis multiplicatio, peccatorum suorum confessio, per verba sobria licita exor-
cismo, et tanta maleficia ablata, deinde quod homo devotionem habeat ad alios in hoc prudentiores
sequi devotius personis in orationibus innuendis, ac beatam virginem ceterosque sanctos invocet, et si in
remedio primo non adipiscitur per unam viam addat aliud. Possunt etiam naturalia remedia licite adhiberi,
quorum ponit vii Johannes Nider in suo formicario li. v. c. v et deductionem omnium illorum remediorum et
etiam superiorum ibidem late per exempla prosequitur, que hic breviter etiam respondimus. Sed ultimum re-
medium est, semper ubi fidele refugium ad eum qui adiutor est in tribulationibus vivit et reg-
nans in secula seculorum amen. Finis xvi Septembris 1488

V peccata disparia hic non purgata per medicamen salutaria
Veniant plectenda per tormen varia iehenalia vel purgatoria

Noto igitur pro illo termino iehenalia, quod sicut testatur glosator doctor Ieronimus in omelia de uno martire super illud evangelii nihil opertum quod non reveletur introductus exponens illud quod dicitur Math. x. eum timete qui potest animam et corpus perdere in gehennam. Nomen gehenne non invenitur in veteribus libris, sed primum a salvatore positum. Queramus ergo que sit [illegible] hic vero et tunc ydolum Baal fuisse iuxta Iherusalem ad radices montis libani in quibus Siloa fluit non semel legimus. Hec vallis et parva campi planicies irrigua erat et nemorosa plenaque deliciis, et lucus in ea ydolo consecratus. In tantam autem dementiam populus Israel devenerat ut deserta templi vicinia ibi hostias immolaret, et rigorem religionis delicie vincerent, filiosque suos incenderent demonio vel initiarent, et vocabatur locus iste gehenon, id est vallis filiorum Henon. Hec regum volumine et paralipomenon et Iheremias scribunt plenissime, et comminatur deus locum istum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam vocetur tophet et baal, sed vocetur poliandrium, id est tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia et penas perpetuas quibus peccatores cruciandi sunt huius loci vocabulo denotat. Hec ille super textum evangelico precallegato. Cui et venerabilis doctor Rabanus alludit super eundem locum evangelii dicens: gehennam hic salvator inferorum cruciatum nominat, quod nomen traxisse putatur a valle ydolis consecrata que iuxta Iherusalem est olim mortuorum cadaveribus repleta, quam et Iosiam contaminasse in libro Regum legimus. Ex quibus dictis illorum 2 doctorum [illegible] Katholicon concordasse vel ea que de hoc vocabulo gehennon ponit. Dicit namque ge grece dicitur terra latine, et componitur cum hennon, quod fuit nomen proprium cuiusdam hominis, et dicitur gehenno, scilicet vallis quedam prope Iherusalem que fuit filiorum hennon, et inde dicta est gehenon, quasi terra hennon vel filiorum eius, et fuit hec vallis olim consecrata ydolis et plena scelere ydolatrie, repleta cadaveribus mortuorum. Ibi enim hebrei filios suos immolabant demoniis. Unde dicta est gehenna, id est locus ignis et sulphureis, infernus scilicet vel pena inferni. Similitudine cuius supplicii locus ubi peccatores sunt cruciandi predicto loci vocabulo designatur. Hec Katholicon. A iehenna autem derivatur hic et hec gehenalis, et hoc -le, cuius plurale ponitur in textu glose.

Gehenna

2o. Nota pro illo termino purgatoria quod secundum eundem scilicet Ianuensem in Katholicon, a purgo -as -are dicitur hoc purgatorium, id est ille locus ubi anime purgantur. Circa quod duo sunt videnda: primum an purgatorium sit in rerum natura; 2o an sint aliqua loca ad purgandum animas deputata. Quantum ad primum dicit dominus Bonaventura dist. xxi iiii, quod sicut dicunt scripture et auctoritates sanctorum et plures revelationes et [illegible] concordant, et eciam plures confirmant que pro exemplis in purgatorio erant, absque dubio post hanc vitam est ponere purgatorium. Et colligitur ex verbo Christi dicentis Math. xii: qui dixerit verbum contra spiritum sanctum non remittetur ei neque in hoc seculo neque in futuro. In qua sententia datur intelligi quasdam culpas in hoc seculo et quasdam in futuro relaxari. Ideo Gregorius xxv dist. c. qualis: qualis hinc quisque egreditur, scilicet ex hoc mundo, talis in iudicio presentatur. Unde Math. v: Esto consentiens cito adversario tuo, id est synderesi remurmuranti in malo, aut angelo ad oppositum decertanti, dum es in via cum eo, ne forte tradat te adversarius tuus iudici, id est deo, et iudex tradat te ministro, id est angelo, et in carcerem mittaris, id est in purgatorium per angelum deduceris. Amen dico tibi non exibis inde donec reddas novissimum quadrantem. Hoc idem autem de carcere huius mundi non potest intelligi eo quod non omnes ibi ponuntur, nec de carcere infernali, quia ibi nunquam solvitur novissimus quadrans, id est ultima pene, sed ergo de carcere purgatorii habet intelligi, quia de illo exibit quis cum solvit novissimum quadrantem. Et ad hoc eciam est ratio in promptu, quare sit ponenda pena purgatorii, nam ut dicit Augustinus et [illegible] per [illegible] in [illegible], aut homo punit scilicet hic aut deus punit scilicet in futuro. Sed frequenter aliqui [illegible] in fine qui non puniuntur in presenti, ergo necesse est ut a deo puniantur, sed non igne infernali aut eterno, ergo igne purgatorii. De hoc autem scilicet an sint aliqua loca ad purgandum deputata est sciendum quod de hac questione dixerunt quidam quod locus purgatorii est ibi ubi homines peccaverunt, ita quod unusquisque post mortem punitur in igne purgatorio ubi ipse peccavit, et quod non oportet ponere aliquem locum certum ad quem omnes anime purgande ducantur. Et ad hoc videtur eciam sonare Hugo de s. Victore dicens

Purgatorium

comprobabile est quod puniantur in istis locis ubi peccaverunt, sed hoc non placet aliis, sed tamen hoc fit pro aliquibus pro peccatis suis que in diversis locis commiserunt, et tamen sic esse in diversis locis. Alii dixerunt quod omnes anime a corpore exeuntes purgande purgantur supra nos in regione aeris aut sphera ignis, eo quod tales sunt quo ad statum medie inter nos et beatos, et ideo videntur etiam puniri in loco intermedio, quia anime habeant statum medium, patet quia in celo est status pro tempore sine expectatione habendi et timore perdendi, in mundo expectatio habendi cum timore perdendi, in purgatorio expectatio habendi sine timore perdendi, quia nunc etiam non habent gloriam, securi tamen sunt de habenda. Sed nec illa via tenenda, quia non puniuntur pro eo quod supra nos sunt, sed puniuntur pro eo quod est infimum in eis, scilicet peccatum. Dicendum igitur secundum Tho. et Bonaven. et ceteros doctores quod de loco purgatorii non invenitur aliquid expresse determinatum in scriptura sacra nec rationes efficaces possunt ad hoc induci, tamen placere sic, et secundum quod magis consonat scripture dictis, locus purgatorii est duplex: unus secundum legem communem et talis est coniunctus inferno, ita quod idem est ignis qui damnatos cruciat et electos purgat. Unde Gregorius: sicut sub eodem igne aurum rutilat et palea fumat, sic sub eodem igne peccator crematur et electus purgatur. Nec hoc fit ministerio demonum ut videtur dicere Magister, quia illos habent tortores in pena quos habuerunt incentores in culpa, quia hoc iniustum esset, quia ille qui alium triumphavit ei subiciatur post triumphum. Sed qui sunt in purgatorio devicerunt eos sive mortuum, et triumphabant hic demonibus, ideo non subiacent eis in pena. Dicunt igitur Bona. et S. Tho. quod sicut post diem iudicii divina iustitia sustentat ignem quo damnati in perpetuum puniuntur sine aliquo ministerio, ita etiam nunc sola divina iustitia electi purgantur, et non ministerio demonum, quibus hic triumphabant, nec etiam ministerio angelorum, qui concives suos non tam vehementer affligerent. Eos tamen angeli ad loca bonorum purgandorum deducunt, et ibi sepe visitant et confortant, sicut aliquis amicum suum in carcere vel infirmitate positum. Maligni etiam spiritus qui de penis hominum letantur eos comitantur ad loca penarum et assistunt purgandis propter hoc ut de penis eorum gaudium faciant. Assistunt etiam in exitu anime de corpore, ut si forte aliquid in eis reperiant. Unde dicit dominus Bona.: credendum est quod in egressu anime a corpore assistunt et spiritus boni et mali, unus vel plures, et tunc etiam fieri sententiam, et si animam invenerint iustam, tunc per angelum bonum ducitur in celum, si nihil in ea purgandum est, vel ducitur in purgatorium et postquam purgata fuerit per eius ministerium educitur de purgatorio et adducitur in celum. Si autem eam invenerint malam et iniustam, et sententia sic contra eam lata, tunc per ministerium demonum deducitur ad infernum, tamen declarare quod nec demones audent ducere animas purgandas ad loca tormentorum, et hec secundum Bonaventuram tamquam magis probabilia sunt tenenda et credenda sed non temerarie asserenda. Alius est purgatorii locus secundum dispensationem, et quidam in diversis locis puniri aliqui inveniuntur. Et illa distinctio habetur in parte ex Richardo dist. xliiii iiii Sententiarum, ubi dicit quod in inferno sunt quatuor loca secundum superius et inferius sic distincta. In loco extreme infimo sunt dampnati pro peccato actuali. In illo qui est immediate supra illud sunt dampnati pro solo peccato originali. In loco vero superiori sunt anime que purgantur, quia ibi de lege communi purgantur, quamvis alie alibi purgentur ex aliqua causa speciali, scilicet ut vel viventibus aliquid intiment vel ut suffragia proximorum impetrent, et ut patiendo ubi peccaverunt, dei iustitiam aliquibus sensibilibus manifestent. In iiiito loco non sunt aliqui anime, sed ante Christi adventum ibi erant anime sanctorum patrum qui penitentiam in purgatorio expleverant, et ille que recedentes a corpore nihil purgabile portaverunt. Locus autem prefatus dicebatur sinus Abrahe, quia Abraham primus ab infidelibus se separavit et fidei signaculum distinctivum accepit. Ideo locus requiei quem debebant omnes per fidem caritate formatam sinus Abrahe dictus est. Et ista quatuor receptacula, ad que ante Christi passionem iusti et iniusti dampnandi et purgandi deputabantur, sunt omnia sub terra secundum medium mundi. Et infernus dampnatorum est infimum corporaliter. Unde super illud Jone ii proiecisti me in profundum in corde maris dicit glossa quod sicut cor est in medio animalis, sic infernus in medio terre. Sed de situ et ha

Duplex purgatorii locus
Secundum legem communem

Secundum dispensationem

centr

vindicte illorum deceptorum sunt diuersi modi dicendi, et diuerse ymaginaciones. Una via solet poni, dicit quod infernus est regio terre centralis, et quelibet aliarum illam orbiculariter circumstat secundum sub et supra, sicut tunice se circumstant in cepe, ita videlicet quod infernus est regio infima que centralis ut centrum eius sit centrum terre, et istam immediate circumdat secunda regio puerorum qui decesserunt in solo originali; super quam est regio purgatorii etiam orbiculariter ambas predictas circumstans et super illam limbus patrum. Secundo modo potest esse quod ille quatuor regiones habent se adinuicem per modum quatuor deceptionum sperarum vel alterius cuiuscumque figure sic quod immediate vel etiam mediate ponitur, ita quod centrum infime sit centrum mundi, et alie tres regiones directe ad unam dextram posite omnes super infimam regionem seu deceptionum puerorum, et sic sinus abrahe, qui etiam dicitur limbus patrum, multum distaret ab inferno dampnatorum quia per duas regiones intermedias, quod consonat dicto beati augustini xx. de ciuitate dei: non absurde credi potest antiquos etiam sanctos qui christi venturi fidem habuerunt locis quidem a tormentis impiorum remotissimis apud inferos fuisse donec eos inde sanguis christi et eius ad eos descensus erueret. Tercio potest esse quod tres regiones non centrales inferni ut communiter est apparent, et in superiori a diuersis dextris posite omnes, ut una ab oriente, alia ab occidente, tercia a meridie vel a parte illi opposita, et quod ille tres regiones non tangerent centralem immediate sed sit quedam distancia media potissime inter sinum abrahe et infernum, quod dicitur in parabola de diuite epulone, quod diues dampnatus eleuatis oculis vidit abraham et lazarum a longe in sinu eius, ubi ~~dicitur~~ videtur notabilis distancia denotari, secundum illud verbum legitur abraham dixisse in hiis omnibus inter nos et vos chaos magnum firmatum est ut hii qui volunt hinc transire ad vos non possunt neque inde huc transmeare; quod ad literam acceptum denotare videtur interposicionem cuiusdam impertransibilis distancie vel alicuius impedimenti vel indisposicionem iter impedientem sicut hec communiter.

Quamuis omnium entium deus omnipotens existat causa effectiua
Nullius tamen peccati omnino concedatur racio productiua

Conclusio prima

Ista conclusio habet duas partes. Prima est quod deus sit causa efficiens productiua omnium entium preter se; quod sic probatur, quia nisi deus esset causa productiua omnium rerum preter entium, tunc necessario oporteret dari unum aliud principium sicut ipsum deum a quo omnia illa causaliter ultimate dependerent, quod sunt errores ipsorum manicheorum, quem ipsi ponebant in libro quem nominauerunt epistolam fundamenti, contra quem beatus Augustinus composuit librum intitulatum contra epistolam fundamenti. Secunda vero pars probatur auctoritate Johannis euangeliste Jo. i.: omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, glossa i. peccatum; et racio est, quia quod deus producit vel facit hoc diligit, sicut dicitur sapientie xi.: diligis omnia que sunt et nichil odisti eorum que fecisti, sed per oppositum, nisi quod deus odit non facit; sed deus odit peccatum, sapientie xiiii: similiter odio est deo impius et impietas eius. Secundo deus non est auctor illius rei cuius est ultor, ut dicit fulgencius, sed deus est ultor peccati, ergo non auctor. Tercio illud quod est optimum et in quo nullus potest esse defectus, non potest esse causa alicuius mali, sicut in simili a sole non potest esse obscuritas, nec ab igne frigiditas potest causari, sed deus est huiusmodi, ergo.

Et si omnia peccata a voluntate originari demonstrantur
Disparia tamen ex genere vel agente a circumstanciis indicantur

Corelarium primum

Prima pars probatur auctoritate beati Augustini li. i. retractacionum c. ix. ubi sic dicit: qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci, deum si ita est omnium creatorem culpandum esse contendunt; et racionem tangit magister cum pluribus aliis post Augustinum distinctione xxxii. secundi sententiarum. Prima sumitur ex eo quod sola voluntas proprie loquendo est domina in regno anime, quia inter omnia sensibilia solus homo habet dominium suorum actuum, propter quod beatus augustinus xx super genesim ad literam dicit quia ita potest consensisse non potest non consensisse, et quod illud dominium est in homine ex parte voluntatis, ideo racio peccati voluntati attribuitur magis quam aliis viribus. Secunda racio sumitur ex usu et sumcione ut dicit beatus augustinus x de ciuitate c. x.: peruersitas hominis sumitur ex eo quod male viuunt et male sunt; ipse enim res in se bone sunt, sed usus ipsarum potest esse bonus vel malus, ordinatus vel inordinatus, usus autem et sumcio potissime conuenit voluntati. Tercia racio sumitur sic: ad solam voluntatem pertinet fuga et prosequendo, nam intellectus solum indicat et ostendit voluntati quid fugiendum quid prosequendum, ipse intellectus non proprie est movens, quia non movet effective et practice, sed solum movet indicando et ostendendo, indicat enim voluntati quid fugiendum et quid prosequendum, sed ad ipsam voluntatem pertinet prosequi et fugere, et quia ideo peccatum sumitur ex eo quod fugienda prosequimur et prosequenda fugimus. 2m propter illius corel. declarat dominus Egidius dist. xxxvii q. ult. dicens Peccatum potest iudicari gravius alio vel alio ex genere vel agente vel circumstantia, ex genere quidem iudicatur, prout magis et minus avertit se a deo, nam ratio in peccato principalius et formaliter consistit in aversione, propter quod illud est gravius quod magis avertit, et quia magis avertit peccatum per quod contemnitur deus in se ipso, quam per quod contemnitur in alio sed in suo signo. Et ideo peccata contra precepta prime tabule, que ordinant hominem in deum, sunt maiora quam contra precepta 2e tabule, que ordinant in proximum, in quo est similitudo dei, quia magis bonum est deus in se ipso, quam contra quem peccamus agendo contra precepta prime tabule, quam sit ut est in proximo. Rursus ipse proximus ad quem ordinant precepta 2e tabule magis bonum est ut est in se ipso actualiter, contra quem agimus per homicidium, quam sit ut est in se ipso potencionaliter, contra quem agimus per mechiam. Nam occidendo proximum sic agimus contra hominem in actu, sed mechando agimus contra hominem in potentia, quia de filiis natis isto modo non habetur tanta diligentia, quanta de natis ex coniugio, nisi forte aliquid per accidens. 3m autem gradum peccata contra proximum, minus peccatum contra res proximi ut puta furtum, ita ut homicidium per se loquendo et ceteris paribus est maius quam mechia sit, et mechia quam furtum. Sed ex ipso agente potest sumi prout quis magis et minus voluntarie peccat. Ex ipsa autem circumstantia potest accipi magis et minus, secundum quod ipsa circumstantia magis et minus aggravat. Hec Egidius

peccata que sunt contra

**Originalis macula iustitie primis parentibus et suis posteris inflicta Mortis et omnis sensibilis penalitatis humani generis causa multo est dicta**

Corol. iii

Prima pars corel. probatur per dominum Egidium dist. xxxii d. habuit adam originalem iustitiam sibi donatam tali modo quod transfundere illam debebat in posteros, et ideo assimilatur cuidam militi cui data est terra a rege pro se et pro tota generatione sua, peccante ergo milite contra regem quod hoc castrum perdet et omnes sui posteri perdiderunt illud. Sic postquam adam peccavit perdidit originalem iustitiam pro se et posteris suis, et quia ex eo perdidit originalem iustitiam contraxit originalem maculam pro se et posteris suis. 2a pars probatur autem apostolus ad Rom. vi Stipendium peccati mors est, et ad Rom. viii, corpus mortuum est propter peccatum. Et Gen. ii dixit dominus primis parentibus quacumque hora comederitis morte moriemini. Unde ysid. de summo bono dicit, si homo non peccasset nec aqua eum submergeret nec ignis combureret, nec aliquid huiusmodi eveniret

**Non solum divina sacramenta per Xpm instituta animarum sunt medicina Verum etiam que licet punitiva voluntarie assumpta aut patienter tollerata culparum sunt purgamenta**

Conclo 2a

Prima pars illius corelarii patet ex verbo magistri quod ponitur primo in sententiis dicens samaritanus enim vulnerato appropinquans, curationi eius sacramentorum alligamenta adhibuit quia contra originale peccatum et actuale vulnera sacramentorum remedia deus instituit. 2a pars corolarii de pena voluntarie assumpta, quia ipsi huiusmodi pena in penitentia assumpta esse salutaris, unde medicina intellectus medicus noster dominus Ihesus Christus dixit, math. iiii, penitentiam agite. De pena autem patienter tollerata dicitur ... quia benignus et misericors est deus, et dimittit in tempore tribulationis peccata, unde dicit albertus de ... in li. de misterio ... tract. xxxx c. ult. flagella ... tribulationes patienter tollerata ... purgant peccata ad Ro. v. Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem glo. ... a peccato ... sunt in potestate mea, sunt tamen ... ad aliquid, ut eis patienter utamur ... et ... hec ille

**In peccatis omnibus etiam in presenti vita semper invenitur pena annexa ex dei institutione tamen vite respectiva varia plectentis pro tormentis secundum eius iudicia**

Corol. i

Prima pars huius corel. probatur autem beatus aug. primo li. confes. ubi ait Iussisti domine et sic est ut pena sua sit sibi omnis inordinatus animus

2am partem probatur, primo auctoritate deutro. xxv ubi dicitur pro mensura delicti erit et plagarum modus q. d. pro mensura i. secundum mensuram vel quantitatem precedentis peccatorum modus. 2o auctoritate ysa. c. xxvii pro mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eam, ubi glo. interlinearis secundum id est in mensura pene contra mensuram culpe. 3o auctoritate apoc. xviii, quantum glorificavit se et in deliciis fuit tantum date ei tormentum et luctum

Iustus iudex deus omnipotens omnino perseverat
Si puerulorum non baptisatorum animas pena dampni damnat

Correl. 1m

Illud correlarium probatur quia pro quanto deus unicuique secundum opera sua reddet pluraliter, pro tanto iudex iustus comprobatur ut benefacientibus vitam eternam, malefacientibus vero penam semper eternam. Sed puerulis sine baptismo decedentibus nihil boni fecerunt, per quod vitam eternam mererentur, nec aliqui mali operati sunt actualiter per quod penam semper eternam mererentur ergo iuste pena dampni eos tantum damnat deus et ad hoc videntur sonare auctoritates suprapositae

Preter purgatorium receptacula ad purgandum instituta
Sunt loca gehennalia damnandis preparata

Conclo tertia

prima pars huius correlarii declaratur per probata quia 2o notabili, 2a pars probatur auctoritate sacre scripture que dicit ps. lv. deducantur peccatores in infernum et luce xvi mortuus est dives et sepultus est in inferno, et pene innumerabiles auctoritates tam veteris quam novi testamenti possent adduci. Item probatur auctoritate ecclesie, que dicit in simbolo apostolorum descendit ad inferna. vide de pe. di. i. in fi. et fi. c. v. i. et huiusmodi loca sunt secundum ysid. in tra. ut in li. creaturarum dicitur. et alle. m. in iiii dist. xliiii in fine dist.

Dampnose tales divine iustitie derogant
Qui demones aut quosque damnatos veniam consecuturos affirmant

Correlm secundum

probatur hoc correl. primo auctoritate b. Ioh. apok. xx. diabolus qui seducebat eos missus est in stagnum ignis et sulphuris ubi pseudo propheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. 2o auctoritate xpi math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius, de quibus dicit beatus aug. quod hoc dicitur eternum, ubi dicitur in secula seculorum, quibus verbis scriptura sacra nihil aliud significare consuevit, nisi quod fine temporis nunquam habet. unde quod beatus aug. concludit in li. de fide ad petrum dicens firmissime crede dyabolum et angelos eius in ignem eternum esse mittendos, ubi nunquam carebunt pena, quia eis preparavit divina iustitia. h. ille

Ex quo in lege nature in fide parentum parvuli mortui salvabantur
Quare modo in lege gratie pueri ante baptismum decedentes tam ad ipsum defectum damnari reputantur

Problema primum

Ad illud problema dico quod aliter est intelligendum de lege nature, et aliter de lege gratie, quia lex nature non fuit perpetua seu non obligabat ad semper, sed certo et determinato tempore obligabat, utputa de circumcisione genesis xvii infantes octavum diem excidentes in robis, unde qui in viii die moriebantur salvabantur in fide parentum propter preceptum determinationem quod non astringebantur. Secunda autem est de lege gratie que ad semper obligat iuxta illud io. iii nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei. aliud clementia dei potest talis puer in via decedens cum ad baptismum portatur salvari, cum non nisi deus potest intentionem bonam parentum respicere et eum baptisandum salvare, quia quosdam in utero matris per gratiam sanctificavit, que hoc divino iudicio potius censeo relinquendum fore

Cum parvuli in uteris matris possint sanctificari
Quare etiam non possunt in eisdem adhuc degentes baptizari

Problema 2m

Ad istud dico secundum doct. sent. in 4o scripto in dist. vi quod baptismus confertur per ministros ecclesie, vel per eos qui in necessitate obtinent vices ministrorum. pueri autem interim quod existunt in utero, non possunt subici operationi ministrorum ecclesie et ideo non possunt baptizari licet per divinam gratiam possint sanctificari, vel etiam quia sacramentum baptismi non confertur nisi debita materia adhibita scilicet aque, ~~talibus~~ tal. autem pueris existentibus adhuc in uteris matrum non potest applicari i. non possunt sic baptizari. Concludo igitur quod puer in medio utero existens non potest baptisari, sed nativitatem eius ex utero oportet expectari. Et quoniam sunt in periculo damnationis eterne, non tamen deus imputare defectum divine iustitie sed eorum defectum quod non sunt capaces illius remedii, per quod secundum legem communem efficaciam propter passionem christi. Nec deus mundum sanavit et contrahi puer ut baptisetur, eo quod non sunt facienda mala ut veniant

[pers]ona baptizanda est totaliter egressa ex utero nisi periculum mortis immineat, tunc enim in ipsa parte principali, puta capite, in quo omnium operationum magis manifestatio, baptizetur; secus autem est de manu, pede vel aliis partibus, quamvis non noceat si etiam aspergantur ille partes aqua baptismali, et divina virtus non est arctanda. Si tamen postea evaserit plene non est rebaptizandus, sed nichil periculi accidit si ad maiorem cautelam baptizetur sub hac forma: si non es baptizatus, ego te baptizo etc.

# In Quarta parte Antonini ti. Undecimo c. viii § iii

Gratianus quoque inclitus auctor seu compilator libri ipsius aliqua ponit in illis in quibus ipse ex suo sensu loquitur non tenentur. Unde In di. xiii § i dicit quod cum quis vigetur inter duo mala licitum est minus eligere unde videtur quod aliquis possit esse perplexus inter duo peccata ita quod necesse sit alterum committere. Sed hoc est falsum ut probat ibi glo. summarie et bene et diffuse cum concor. Tho. ut ait enim Hiero., neque ad virtutes neque ad vitia necessitate trahimur de pen. di. ii § cum inquit. Et Aug. Nec peccat in eo quod vitare non potest. Secundum ergo rei veritatem nullus potest esse perplexus inter duo peccata: sed bene secundum erroneam conscientiam suam quam deponere potest et debet. Sed ipsa permanente datur doctrina quod eligat quod minus sibi videtur e duobus, et sic intelligenda sunt c. duo et c. Nervi.

In dist. xcv § sed illud post c. presbyteros dicit quod forte necessitate vigente in absentia episcoporum ubi est consuetudo presbyteros posse crismare in fronte. Sed hoc non est verum quantacumque necessitate vigente in absentia episcoporum vel etiam consuetudine in hoc que potius est corruptela nil facit ut de consue. quanto. pc tenet Tho. in iiii et alii theologi quod etiam firmat glo., nec potest episcopus in hoc dispensare, quod etiam dicit quod nec papa ut ponit in dicta glo. Sed secundum Tho. et alios theol. potest utique quod probatur ex facto Gre. qui aliquando in hoc dispensavit ut ibi e. di. c. pervenit et hoc sentit prima opinio glo.

In secunda causa q. i § in manifestis dicit quod in notoriis que ibi manifesta vocat non requiritur ordo iudiciarius, quod non est simpliciter verum et diminute loquitur. Unde et glo. super c. manifesta notanter ponit triplex notorium s. facti iuris et presumptionis et que ac qualis in eis requiratur probatio. Nam in notorio facti non solum interpollati et actu transeuntis sed etiam permanentis, quod est permanentie notorium facti, quod sit notum maiori parti populi seu vicinie ubi moratur ut cum tenet concubinam publice ut dicit glo. super § quod quis e. Si reus negat esse notorium crimen suum requiritur aliquis ordo iudiciarius, saltem ut probetur per duos testes illud esse notorium et oportet ut citetur et sententia tamen contra notorium detur. Quod etiam dicit Gratianus in dicto § quod quod talis notorius peccator plane post secundam et tertiam correctionem vel admonitionem si incorrigibilis inventus est damnandus per sententiam non tamen quod in huiusmodi notoriis non requiritur admonitio precedens. Item in xi ca. q. iii § evidenter itaque post c. ad mensam dicit quod iniciens manus violentas in personam ecclesiasticam meretur anathema i. separationem a sacris et ingressu ecclesie non autem a communione fidelium. Jo. fa. volens enim corrigere dicit talem esse excommunicatum sed non vitandum antequam denuncietur quod est falsum et contra enim est expresse de sen. ex. cum non ab homine etc.

In eadem ca. et q. in § cum ergo sententia post c. non solum reus exponit illud Gre. sententia pastoris sive iusta sive iniusta timenda est, appellans sententiam iustam enim est in homine vere illud crimen pro quo excommunicatur, iniustam enim non est crimen illud sed aliud putatum excommunicatur pro furto quis, qui tamen furtum non commisit sed adulterium. Et hanc etsi iniustam dicit timendam et servandam. Sed si non est in eo aliquod criminale videtur velle dicere quod tunc non sit timere vel servare. Sed ut dicit glo. male intellexit verba Gre. deceptus ex eo quod subiungitur Gre. ne tamen iuste forsitan ligatus ipsam obligationem sive sententiam ex alia culpa mereatur. Sed Gre. aliam culpam ipsius contemptus sive tamen sit non servat cam quod iniuste ligatus est tamen non contempsit illum excessum propter quem excommunicata, quantumcumque igitur sit iniusta nisi sit lata post appellationem vel contineat intollerabilem errorem lata a suo iudice ligat et servanda est.

In ea. causa xii q. i ubi querit utrum liceat clericis habere propria bona, arguens pro et contra multa inducit. Demum solvit in § cum ergo post c. precipimus per distinctionem, unde quod clericis orientalibus quibus licet uti rebus ecclesie et occidentalibus qui ante ordinationem suam licite habuerunt uxorem et filios licet habere propria ad sui et familie sustentationem. Aliis autem qui a pueritia fuerunt in clericatu non licet, sed ut dicit glo. illud non est verum. Nam clericis omnibus licet habere propria nisi renuntiaverint propriis ut religiosi vel voto se ad hoc astrinxerint vel ipsa sunt ecclesie. Et de hiis intelligenda sunt c. illa que de hoc videntur dicere.

In xii q. i videtur clericus liceat in iudicio repetere sua. Respondeo post ar. dicto s. quod clericis etiam perfectis liceat in iudicio contendere non pro lucro captando, sed dampno evitando lx q. o si non pro suis rebus tamen pro rebus ecclesiarum suarum licet stare in iudicio pro eis defendendis. Sed imperfecta est ista solutio et glo. summarum melius et perfectius eam dicit enim quod omnes clerici qui habent proprium vel habere possunt, possunt licite sua repetere in iudicio. Si non habent proprium ut religiosi possunt repetere bona ecclesiarum suarum seu monasteriorum si sunt prelati de mandato superioris possunt repetere ut xvi q. i monachi. Omnes etiam clerici possunt agere in iudicio pro miserabilibus personis de mandato superioris xvi q. i pervenit, nec hoc non derogat perfectioni status religiosi quinimo magis decet pro aliis litigare quam laicos. In eadem causa q. iii s. pr. etiam aliquem post c. [illegible] dicit quod sufficit ad prescribendum quod ab initio habuerit bonam fidem cum cepit possidere rem alienam et si medio tempore habuerit conscientiam rei aliene tamen prescribit. Sed licet hoc sit secundum iura civilia tamen ut dicit ibi glo. hoc non tenet secundum iura canonica cum in hoc est peccatum. Oportet enim quod non solum ab initio, sed per omne tempus quo currit prescriptio habeat bonam fidem id est se iuste possidere credat ut de re. iur. possessor. li. vi. In eadem causa q. iiii s. ult. dicit quod habens votum castitatis si iurat aliquam ducere in uxorem iuramentum hoc illicitum est et periculosum quod contra votum et hoc est verum. Et subdit quod servandum hoc iuramentum non debet, sed penitentia sibi de violatione voti est iniungenda. Quod dicit magister est verum intelligendo consummato quod illam ducere non potest, et tamen non obligatione iuramenti sed maiori vinculo peccati. Sed si non consummavit matrimonium, debet servare illud iuramentum alias peccat mortaliter. Adimplens enim et peccans [illegible] et obligatur tamen est vinculo voti quam illius iuramenti et ideo ad summum tenetur. Ibi etiam subdit quod si quis iurat se non fieri clericum vel religiosum quod non debet illud iuramentum servare quod non admittit salutem anime vel corporis per hoc, tamen et laicus in suo statu possit salvari, si secundum Tho. hoc iurando graviter peccat quod posset obire [illegible]. Nam et si in seculo posset salvari melius tamen et perfectius in clero et religione. Dicit enim iuramentum illicitum non solum quod admittit salutem anime vel corporis sed etiam cum diminuit salutem alicuius corporis vel perfectius anime impedit per observationem talis iuramenti sicut si quis iuravit non dare alicui panem nisi ad sustentationem illicitum, prohibetur illud observare sed etiam si iuraret ei compensationem quo melius sustentaret ut illicitum est prohibendum observare. Et multo magis est illicitum cum iurat illud non facere quod magis salutem anime proficit. In eadem causa q. v. s. i. dicit quod qui cogit aliquem ad iurandum falsum id est exigit ab eo iuramentum peccat [illegible] sicut putatur quod et glo. affirmat, sed hoc intelligendum est quando ille sciat seu verisimiliter credit quod iurabit falsum ut declarat Aug. in c. illi qui q. e. Nam alias si quis exigit ab alio iuramentum vel per se vel per iudicem in iudicio pro debito in moneta nesciens si ille falsum iurabit non videtur arguendus de mortali. Et multo magis iudex exigens iuramentum secundum formam iuris vel ad requisitionem partis tunc dicitur non peccat etiam si sciat illum falsum iurare secundum Tho. In xxiiii q. i s. si autem post c. audivimus videtur dicere quod lapsus in veterem heresim excommunicatus est unde et suspensus ab executione ordinis et iurisdictionis et alios excommunicare non potest. Sed si novam heresim confingens ex corde suo non est excommunicatus, et cum tollitur ab ecclesia potest excommunicare et alios agere cum sit est occultus. Sed glo. dicit indistincte sive veterem sequatur sive novam confingat est excommunicatus et alios excommunicare non potest. c. de here. ad abolendam. Valent tamen alia que facit dum tolleratur ab ecclesia quia sit occultus. Sed tamen omnes ipso [illegible] occultus quod tamen nemine excommunicetur [illegible] pe. in iiii non videtur excommunicatus quia ecclesia non iudicat nisi punit de occultis. Sed cum si in aliquo manifestet suam heresim et si occultus sit ita quod probari in iudicio non posset excommunicatus est. Et idem dicit glo. de scismaticis, nisi forte in summo pontifice cum duo creantur et quilibet credit se [illegible] hic glo. ult. summarum tamen cuius potest videri intelligenda cum habeant iustam causam credendi illud et ideo essent vehementer pro utraque parte sicut accidit tempore scismatis inter Urbanum et Clementem.

In dicto s. queritur gradatim utrum lapsi post lapsum in carne et penitentiam valeant promoveri ad ordines vel dignitates vel etiam alias, et iam promoti valeant post lapsum permanere in ordinibus et dignitatibus iam susceptis et ad alia promoveri. Attingit ad plenum et est multum diffuse de eo dat duas solutiones per distinctionem. Hac summa est quod si eos vere et ne secrete penitet publice punitus et in suis dignitatibus promouendus et ordines recipi et ad superiores ascendere. Si secrete penitet ita sed quod non odium criminis sed timor vilitatis et amissio ~~[illegible]~~ gradus et ambitio reparationis ad penitentiam induxit / talis non debet promoueri vel manere in susceptis. hec dicit in § quo igitur ante c. ut constitueretur. Aliam solutionem ponit in § prox. et alibi ante c. sacerdotes. scilicet peccata commissa aut sunt occulta et propter talia non prohibentur promoueri et permanere in susceptis facta secreta penitentia. Aut sunt manifesta et propter talia quae scandalisarunt non possunt ut dicit promoueri vel recepti in susceptis. Sed utraque solutio est imperfecta et satis confusa ut simpliciter vera sed cum additione prout sequitur. Nam quo ad primam distinguendum / quia aut crimina sunt talia quae induxerunt irregularitatem et talibus recepti non possunt quantumcumque penitentiam absque dispensatione ordinari vel beneficiari vel in susceptis [illegible] in enormibus vel in homicidio vel mutilatione heresi scismate symonia in ordine suscepto dignitate et beneficio curato etiam occultis in quibus solus papa dispensat. Et in mediocribus criminibus cum sunt notoria ut adulterio sacrilegio incestu et huiusmodi in quibus etiam aliqui episcopi dispensant. Si autem crimina non induxerunt irregularitatem possunt qui illa perpetrarunt et promoueri et in susceptis sine aliqua dispensatione peracta sua penitentia ministrare non ad penitentiam sed ad solum voluntatem suorum ordinis accipere vel in susceptis. Sed cum ulterius queritur si per prelatos dicitur cum huiusmodi criminosis qui indigent dispensatione dispensari / tunc habendum possunt locum penitentia solutionis gradum sed quod non de iure appetit non vere sed secrete penitere quamuis posset. Si vero timor possit et congruit cum eius merito dispensari secundum c. ponderet et c. duo similiter. In homicidio ex malitia non conuenit dispensari et si posset / quo ad aliam solutionem supplendum est quod si occulta talia sint enormia que ut dictum est induxerunt irregularitatem / indigent huiusmodi illaqueati dispensatione / Si non sint enormia per penitentiam secretam purgata non impediunt. Manifesta vero siue notoria si sint enormia vel etiam mediocria ut adulterium sacrilegium sodomiticum et huiusmodi indigent qui ea commiserunt dispensatione. Si non sint notoria scilicet per confessionem in iudicio vel conuictionem vel euidentiam facti que nulla possit tergiuersatione celari quamuis a multis sciantur non indigent talia dispensatione sed penitentia priuata purgant / predicta sunt clara per glo. summe.

In di. i. de peni. queritur utrum peccata commissa sola cordis contritione et secreta satisfactione absque sacerdotali confessione, cum adest facultas, possint penitus deleri vel sit necessaria ipsa confessio. Allegatur pro et contra valde diffuse / de quo in glo. § nos ~~determinat ut tunc declinat ad hoc~~ sed relinquit indiciso lectoris quam sequatur opinionem. Dicit tamen glo. summe quod gratianus quamuis non determinet videtur tamen declinare ad hoc quod sit necessaria confessio ad remissionem peccati si adest facultas ad quod facit c. ultimo. tamen q. mouet [illegible] in [illegible] et similiter non indeterminatam relinquit. Sed beatus Tho. in iiij di. in expositione litere dicit quod tunc temporis poterat utraque scilicet opinio sine periculo saluari tenendo sed postquam per innocentium iiij ecclesia determinauit et precepit omnibus christianis ad usum rationis venientibus semel in anno debeant ~~[illegible]~~ sua confiteri sacerdoti / tenere primam quod non sit necessaria confessio vocalis que fit sacerdoti, esset hereticum et contra [illegible] / Verum est quod per solam contritionem quae sine proposito confessionis et satisfactionis nulla esset quae contritio est quae ex gratia dei peccata remittuntur / Sed habita etiam remissione quod nullus potest scire certe / adhuc tamen ad confessionem tempore congruo / quod si non faceret tempore debito habita oportunitate quamuis peccata dimissa non redeunt / tamen ~~[illegible]~~ mortale peccatum ex illa obmissione, unde et damnationem. hec secundum Tho. in iiij in gene. glo. summe in sequentibus post plures opi. recitatas non veras.

Notandum etiam quod glo. decretorum sunt satis autentice et bone propterea exponentes textum qui aliquando est nimium obscurus ut sine ipsis male possit intelligi, et de facili qui alia non vidisset in errorem duceretur. Unde et habetur aliqui [illegible] induxerunt male exponentes glo. etiam summe quae sunt ponende in prin. dist. vel questionum sunt communiter bone et vere / et tamen dicit ponende plures opiniones ut melior est et magis tenenda.

Sunt tamen in medio earum aliquae quae non sunt vere.

Ut glo. que habetur viij q. ij super c. ipsos videtur tenere quod hiis qui sunt in inferno [illegible] valent suffragia facta pro eis ad diminucionem pene licet nunquam liberent qd' non est verum secundum tho. in iiij q. nec ad liberacionem nec diminucionem pene valent nec consolacionem subveniunt/ et male intellexit glo dictum ibi Aug. quia Aug. vocat mediocriter malos qui descendunt morientes ad purgatorium quibus dicit valere suffragia ut tollerabilior sit ipsa damnatio id est condempnacio ad illam penam ut sic allegate glo ante intelligit mediocriter malos qui per mortalia descendunt in infernum    Item de conse. di. ii. §. tribus gradibus ponit glo plures opi. de speciebus Euch. cum sumitur. Aliqui enim dicebant quod ille species nec aliis cibis admixte non in stomachum descendit. Alii quod descendunt s. per sudorem vel occultos meatus exeunt seu resolvuntur. Alii quod quando species ille dentibus atteruntur corpus christi esse desinit. Sed omnes iste opi. sunt false. Nam secundum tho. in quarto et alios theologos/ quamdiu species ibi manent salve/ tamdiu ibi est corpus christi/ sive descendant in stomachum quod utique descendunt/ sive emittentur per vomitum sive per secessum ex tali infirmitate. utrumque ut saepius contingere sit idem enim iudicium de illis speciebus ut de aliis cibis quo ad digestionem et generacionem in nutrimentum    Item glo que est §. e. timorem de conse. di. ii. que videtur dicere quod ante christi resurrectionem post institucionem sacramenti non potuit confici nisi per christum et quod si in tempore mortis si quis apostolorum consecrasset non fuisset ibi corpus sine anima et quedam alia ponit que communiter non tenentur    Item qd' dicitur de cons. dist. §. e. qui bene/ in glo quod cum voces sumitur Euch. desinit ibi statim esse corpus christi non est verum/ sed quamdiu ibi manent species tractate in stomacho tamdiu ibi est sacramentum    Item quod dicitur in dist. xl. in glo §. e. si papa/ quod non solum pro heresi sed pro quolibet notorio crimine ut symonia adulterio et homicidio si post admonicionem esset incorrigibilis ex quo scandalizaret ecclesiam/ possit iudicari et deponi papa allegans pro racione hoc quod contumacia et inobediencia expressa dicuntur heresis et infidelitas ut dist. lxxxi. §. qui sunt presbyteri/ sed pro heresi papa iudicatur ut in dicto §. si papa sed hoc communiter non tenetur et petrus de pal. in iiij explicat illam glo et bene quod cum dicitur papa propter heresim et infidelitatem posse iudicari intelligitur de heresi proprie et stricte sumpta que est secundum firmum errorem circa ea que sunt fidei in mente. Sed cum contumacia et inobediencia dicitur heresis vel infidelitas ibi sumitur heresis large et improprie. Et de illa non loquitur §. illud si papa.    Item xxiij. q. ii. §. e. nec quis arbitretur dicit glo quod mendacium officiosum ut pro salute alicuius proferatur qd' tamen nulli liceat esse peccatum mortale in viris perfectis veniale in imperfectis/ et appellat perfectos qui abrenunciant perfecte omnibus temporalibus. Sed glo illa est falsa. Nam tho. in 2a 2e in questione de mendacio dicit quod nullum peccatum quod est leve vel imperfectis veniale est de se mortale perfectis vel religiosis. quia perfectio personalis seu status perfectorum non facit veniale in se mortale in eis esse nisi racione scandali inde sequentis quia possit inde contingere scandalum sequi quod esset non racione mendacii sed scandali mortale. Solent autem magis scandalizari homines de mendacio perfectorum quam imperfectorum/ non tamen quandocumque scandalum ex hoc oritur esset mortale/ sed tunc quando determinare difficile est/ et tunc non racione mendacii esset ibi mortale solum in mendacio ipso/ sed in scandalo    Item ii. q. i. §. e. si peccaverit in te glo textus monet quod circa maiorum fraterne correctionem et responsionem secundum varias opiniones. Sed tho. clarius et perfectius in 2a 2e sentit sicut affirmat et allegat archi. in rosario supra dicto §. et summa quod est verum fraterna correctio intelligatur de omnibus vel maxime et venit quod secundum aliquos intelligitur de omnibus secundum alios de maioribus. Jo. intelligit de omnibus que tamen sunt a paucissimis/ tho. dicit simpliciter de omnibus mortalibus. Item quo vero ad fraternam correctionem teneantur omnes ex precepto/ ad quod tamen aliqui dicunt quod tenentur ex precepto ad hoc solum superiores ecclesiastici vel laici. Alii vero ut sit subditi ex consilio, et hoc quo ad petitum tempus; sed quo ad preceptum, quia ad hoc omnes tenentur ad admonendum 2 xxiiij q. iij tam sacerdos. Alii ut hugo dicunt simpliciter ad hoc omnes teneri / tho. et simpliciter omnes teneri / sed quia preceptum est affirmativum obligat semper sed non ad semper ymmo pro loco et tempore et aliis circumstantiis debitis / et hoc enim spectat per hoc scilicet emendacio peccantis cum iste sit finis huius precepti / ipse etiam ordo datus seu processus in ea scilicet est in precepto enim sed pellitur medium spat correctio. Qui enim sunt in magistratu respectu subditorum diligentius se habere debent eorum cure / et ultra fraternam correctionem tenentur ad aliam / que est actus iusticie correctionis sed pena seu medicinali ymmo puniendo sed etiam gravissimi scilicet formam iuris Et quia huius finis est primo bonum reipublice quod consistat et promovet per punicionem criminum ideo etiam si ex huiusmodi correctione que sit in multiplicatione scilicet processus narrature verbis diversis et facti / ut pena pecuniaria vel personali vel aliquo alio et huiusmodi, non spe emendacionis sed propter scandalum et desperationis non tamen propter hoc dimittenda ut xxiij q. 4 quo et dist. lxxxvj inferior / et dist. xlv. et sed illud et xxiij q. iiij est iusta / de hac non habent se intromittere nisi prelati erga suos subditos / unde aug. dicit Et quis concedat vetare in quo prelatus debite et exerceat aliqua disciplina minimarum pena / nulla cum bona etiam in vitiis peccanda sunt dist. xlv. si ergo non dat prelatus super delinquentem non debet punire 3a quo vero admittuntur omnes vel criminosi et infames ad denunciationem et videtur quod sic si bono zelo denunciat Sed criminosi qui procederent in malis eo ipso quod tales non videntur bono moti zelo ymmo sic non corrigant / Ad evangelicam denunciationem omnes possunt admitti sed non nisi dum nisi correctionis fraterne / non primo nisi infirmia quod hoc ~~non~~ intendit sed diffamatio aut vindicatio / ad denunciationem iudicialem ubi etiam intenditur punitio inquirendum est quod habetur extra de accus. qualiter et quando et c. inquisitionis

# De obedientie voto et aliis iiij parte Anto tt xii c ii § i

Sciendum quod stultum visum est aliquibus obligare se voto ad obediendum alicui aut quodcumque servandum, inducentes hanc rationem: unumquodque bonum quanto liberius agitur tanto virtuosius esse videtur; quanto enim ex maiori necessitate quis ad aliquid observandum astringitur tanto minus libere id agere videtur. Videtur igitur derogari laudabilitati virtuosorum actuum per hoc quod ex necessitate obedientie vel voti fit. Sed hoc repellit Tho iii contra gentiles c 133 triplici: primo quod qui hoc dicunt videntur ignorare distinctionem necessitatis. Est enim triplex necessitas: quedam ex coactione, quedam ex interiori inclinatione, quedam ex fine. Et prima quidem necessitas laudem virtuosorum actuum diminuit quia contrariatur voluntario; coactum enim quod est voluntati contrarium. Secunda necessitas que scilicet est ex interiori inclinatione procedens laudem virtuosi actus non minuit sed auget; facit enim voluntatem magis intendere in actum virtutis. Patet enim quod habitus virtutum quanto fuerit perfectior tanto vehementius voluntatem tendere facit in actum virtutis boni et minus ab eo deficere. Quod si ad finem perfectionis pervenerit quandam necessitatem infert ad intense agendum et minus deficiendum, sicut est in beatis qui peccare non possunt; nec tamen propter hoc aut libertati voluntatis aliquid deperit aut actus bonitati. Tertia necessitas est ex fine, sicut dicitur aliquem necesse esse navem ut transfretet mare. Patet autem quod huiusmodi necessitas libertati voluntatis non minuit vel actum bonitatis, quod potius quo ad quid auget, quod necessarium ad finem ex hoc ipso laudabile est et tanto laudabilius quanto finis fuerit melior. Necessitas autem observandi que quis vovit aut obediendi ei cui se supposuit non est necessitas coactionis, nec etiam ex interiori inclinatione proveniens, sed ex ordine ad finem. Est enim necessarium voventem hoc vel illud agere si debeat votum implere aut obedientiam servare. Cum igitur hii fines laudabiles sint, utpote quibus homo deo se subicit, necessitas predicta nihil diminuit de laude virtutis.

Secundo quod talis obligatio qua quis sibi sive non diminuit de laude virtutis pro sic. Consequenter ostendit quod deo implet aliqua que quis vovit vel que sibi precipiuntur ab eo cui se quis subdidit propter deum maiori laude et remuneratione sunt digna. Sicut enim contingit unum actum esse duorum vitiorum, dum actus unius vitii ad finem alterius vitii ordinatur, ut cum quis furatur ut fornicetur, actus quidem secundum speciem est avaritie, secundum intentionem est luxurie, sic etiam contingit in actibus virtutum: actus unius virtutis ad actum alterius virtutis potest ordinari, sicut cum quis dat sua ut sibi et eo conciliet amicitiam caritatis, actus quidem talis ex specie sua est actus liberalitatis, ex fine est actus caritatis. Huiusmodi autem actus maiorem laudem habet virtutis ex caritate quam ex liberalitate; unde et si dimittatur ex eo quod liberalis est, ex eo quod caritati ordinatur maiori laude et mercede dignus est quam si liberaliter agere non in ordine ad caritatem. Ponas ergo aliquem aliquod opus virtutis agentem, puta ieiunantem vel se a venereis continentem; et quidem si hoc agat absque voto erit actus abstinentie vel castitatis; si ex voto refertur ultimo ad aliam virtutem cuius est deo vovere aliquid, scilicet ad religionem que potior est castitate vel abstinentie, utpote faciens nos recte habere ad deum. Erit ergo actus abstinentie vel continentie laudabilior in eo qui ex voto facit, et si non ita delectatur in abstinentia, ex eo quod delectatur in potiori virtute que est religio.

Tertio sic: voluntas precedens actum manet virtute in tota executione actus et ipsum laudabilem reddit, etiam quando de proposito voluntatis per quod actum incepit in executione operis non cogitabat; non enim oportet ut qui propter deum aliquod iter arripuit in qualibet parte itineris cogitet de deo. Patet autem quod ille qui vovet se aliquid facturum intensius illud vult quam qui simpliciter illud facere disposuit, quia non solum illud facere voluit sed voluit se firmare ut non deficeret ab eo faciendo. Sic hec voluntatis intentio reddit executionem voti cum intentione quadam laudabilem, et quando voluntas vel non actu fuerit in opere vel fortius remisse. Sic ergo laudabilius fit quod ex voto fit quam quod fit sine voto ceteris paribus.

Si quis aliquid [illegible] ad [illegible] voluerit fuerunt
ex quo in libello [illegible] sequitur [illegible]
quid intelliges sunt emendandi [illegible]
autem

# De interdicto etc.

Ad amputandum errores placuit michi de modo se regendi tempore interdicti generalis pauca recolligere. Hoc igitur opus specialiter illos concernit qui nomine privilegii non sunt muniti post emanationem decretalis Alma mater de sen. exc. li. vi. et c. si ex frequentibus in cle. in quibus omnia privilegia prius concessa sunt revocata. Hec autem prohibita posita in forma subscriptione [illegible] decretum sacri concilii Basiliensis / Nemo deinceps a communione alicuius in sacramentis admissione vel receptione aut aliis quibuscumque divinis vel extra ipsam [illegible] sive aut consuetudine etc. aut suspensionis seu prohibitionis ab homine vel a iure generaliter promulgato abstinere tamen vel aliquem vitare / aut interdictum eccl. observare nisi sententia prohibitio vel suspensio vel censura huiusmodi fuerit vel contra personam ecclesiam aut certum locum a iudice publicata aut denunciata specialiter expresse / aut si aliquis ita notorie clericum sententiam incidisse constiterit quod nulla tergiversatione possit celari aut aliquo iuris suffragio excusari a communione illius abstinere velit iuxta canonicas sanctiones / per hoc tamen huiusmodi excommunicatos non intendit in aliquo relevare nec eis quomodolibet suffragari

Interdictum non est aliud quam suspensio a divinis officiis et eccl. sacramentis active et passive. Ideo interdicere locum secundum [illegible] nichil aliud est nisi interdicere homines inhabitantes a eccl. sacramentis ibi accipiendis et a spiritualia celebrando et quod talia ibi prohibentur publice celebrari et sacramenta conferre. Et est duplex interdictum scilicet generale et particulare. Generale quando generaliter interdicitur regnum, provincia, civitas vel castrum villa. Particulare quando de multis ecclesiis una aut pauce interdicuntur de sen. ex. c. si sententia li. vi. Item differt inter interdictum et cessationem a divinis. Nam omne interdictum est cessatio sed non econtra. Nam quando cessatur in aliqua ecclesia particulariter a divinis propter iniuriam vel offensionem ecclesie vel aliorum de ecc. [illegible] in tali ecc. celebrans non incidit in penas interdicti quia non est ecc. interdictum sed est quedam suspensio organorum ut no. per ar. in c. si canonici de offi. ordi. li. vi. cum hoc non inveniatur expressum de sen. ex. c. is qui li. vi. Sed est generalis cessatio ideo de particulari interdicto et de suspensione organorum ad prius nichil et vide de hoc cle. c. ex frequentibus de [illegible]

Tempore generalis interdicti hore canonice in ecclesiis maiorum et locorum conventualium per religiosos clericos conventus [illegible] ad religionem sunt celebrande submissa voce ianuis clausis, excommunicatis exclusis et interdictis campanis non pulsatis quarum conditionum una admissa violatur interdictum

Tempore particularis interdicti nullus extra ecclesiam vel ecclesias interdictas est obligatus ad tenendum interdictum nec incidit in penas iuris tempore suspensionis particularis seu organorum in ecc. una vel pluribus aliorum extra eam fuerit interdictum / Religiosi tenentur servare interdictum quibuscumque privilegiis fuerint muniti / violantur [illegible] c. ex frequentibus si sunt in civitatibus aut locis quorum episcopi vel capitula [illegible] comprehendi videntur

Pro tertio sciendum quod vita animalis consistit in armonia seu proportione qualitatum primarum adiuncte et maxime caloris naturalis et humidi radicalis secundum Arist. de longitudine et brevitate vite. Hec autem qualitatum proportio maxime conservatur in sanguine in quo generantur quatuor humores complexionales scilicet sanguineus colericus flegmaticus et melancolicus ut ad experientiam cernimus in cruore extracto per flebotomiam ubi aqueum terreum aereum et igneum in colore distincte cognoscimus, unde videmus ad experientiam et modus loquendi ex docet, quod letaliter vulneratus effundit simul animam cum sanguine ut claret per Io. Boccatium de mulieribus claris qui de Lucretia romana dicit quod animam pudicam cum sanguine innocente fudit, et pro eo quod sanguis sit nec anime et vite custos et comes [illegible] facit dictum ysi. ubi supra ut quod sanguis non est integer nisi in iuvenibus in quibus predicti humores sunt magis puri ac vigorosi quam puritatem dicunt phisici minui per etatem paulatim donec totaliter corruptus sanguinis nomen perdat et vitam amittit. Inde etiam propter talem sanguinis deteriorationem in senibus venit etiam tremor in corporis membris. Ex hiis rationibus igitur manifestis satis apparet naturaliter impossibile fore de corpore mortuo verum sanguinem effluere sed potius cruorem vel saniem. Et simul posset questio moveri de aqua quam dicunt refert de sacratissimo domini latere profluxisse quod secundum eos in de generatione quod pars mixti est mixta et de compositione corporis mixti non potest esse aliquod purum elementum videtur igitur quod aqua pura de latere Christi emanare non potuit sed quod fuit humor aqueus vel flegma vel consimile quid, quod tamen generatur esse falsum dupliciter scilicet ex parte scripture veritate, et beati Johannis admiracione; primum patet quod illa decretali que sic incipit in nostra e[illegible] ubi dicitur quod tres sunt qui dant testimonium in terra scilicet spiritus quem tradidit se inclinato capite et sanguis et aqua que emanaverunt de suo sacratissimo latere, sicut igitur verus fuit spiritus quem tradidit dominus, sic verus sanguis et aqua que emanaverunt. Cum igitur Christus sit veritas, et a veritate prorsus aliena ~~est~~ debet esse omnis falsitas, si non fuissent sanguis et aqua que fluxerunt non dixisset ille qui testimonium perhibuit veritati quod sanguis et aqua fluxissent, sed humor et flegma. Secundo scilicet Johannis admiracionem tangit quidam doctor Theophilus et alii theologi in postilla super Johannem sic quis calumpniose dicere quod aqua virtus vitalis fuit in corpore et ideo sanguis corruptus, aqua vero munda et inexpugnabile signum fuit de qua Johannes cum ~~tanta~~ admiracione loquebatur. Ex quo autem etiam clare patet quod vera aqua et verus sanguis effluxerunt. Dicendo igitur finaliter circa conclusionem [illegible] verissime quod verus sanguis et vera aqua fuerunt que de sacratissimo domini latere manaverunt, et licet effluxus fuerit naturalis quia apertis meatibus liquor naturaliter fluit tamen conservatio et incorruptio sanguinis fuit miraculosa virtute divina, conservabatur enim virtute dei Christi sanguis a corruptione quemadmodum et corpus, nam illud potuit non dabat sanctum tuum videre corruptionem, unde anima Christi non fuit separata a corpore propter aliquam corruptionem sed propter separationem sanguinis a corpore que est sedes naturalis anime in corpore et ideo etiam sic anima pia potuisset dicere Johannes x quasi ex divina voluntate non ex corruptione nimietate spiritus emisit. Et hoc considerans centurio dum vidit eum mori admirans dixit vere filius dei erat iste. Et sic patet veritas illius quod communiter dicunt doctores, quod mors Christi quo ad aliquid fuit naturalis et quo ad aliquid supernaturalis. Similiter licet fluxus aque fuerit naturalis tamen eius conservatio vel generatio in corpore Christi fuit miraculosa. Sicut igitur domino orante in orto et in agonia constituto factus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis in terram Luce xxii fluxus ille sudoris dicunt doctores fuit supernaturalis, sed sanguinis naturalis quo ad veritatem sue essentie sic hic econtra fluxus fuit naturalis sed sanguinis conservatio miraculosa in corpore mortuo. Quod autem fluxus sudoris sanguinei fuerit miraculosus et supernaturalis ex duobus claret primum, quod sanguis in timentibus et [illegible] mortis consuevit ad interiora confortandum cor currere. Unde videmus communiter [illegible] timentibus igitur sanguis ad interiora et quemadmodum in verecundantibus ad exteriora ad [illegible] qui timor est anxietate et pena sed in verecundia. Secundo patet quod sanguinis sudor fuerit miraculosus quia per sudorem non sanguis sed alius humor vel liquor communiter consuevit. Ad conclusionem igitur principalem de veritate liquorum emanantium de latere Christi [illegible] Johannes per verba que ultimo posuit circa istum effluxum dicens ut et vos credatis, quasi dicat ad intelligendum verum sanguinem et aquam de latere Christi mortui exiisse necessaria est vobis pia fides qua id fideliter credatis miraculose et supernaturaliter factum quod secundum beatum Augustinum super eadem verba Johannes omelia 120 magis ad fidem pertinet credere quam videre, sed per naturalem cognitionem quod istud factum ex omni parte naturale non fuit quia propterea necessaria est ibi fides quemadmodum in sacro sanguine Christi credit nam mirabiliter et [illegible] supra consuetudinem operari ut dicitur extra de celebratione missarum c. cum Marthe, sic et in isto proposito sanguinem illud [illegible] reputant ut postea clarius elucebit. Ex quibus patet responsio ad questionem quod sanguis ille fuit naturalis secundum veritatem sue essentie in corde Christi manens, sed fuit miraculosus quo ad sui conservationem in corpore mortuo. Cedunt etiam rationes tres facte circa principium que non concludunt aliud nisi quod conservatio in corpore mortuo non est de cursu naturali nisi quod Johannes [illegible] concedere in hoc quod ad hoc fidem et credere astruit nostram. Ex quibus etiam patet quod non sine magna causa [illegible] ista [illegible]

declarat quod vera et pura aqua effluxit

fluxus fuit naturalis sed conservatio et incorruptio in corpore miraculosa circa illud miraculum dicens et qui vidit testimonium perhibuit et verum est testimonium eius et ille scit quia vera dicit ut et vos credatis / credatis inquam verum sanguinem effluxisse miraculose de [illegible] et per id credatis eum verum fuisse hominem de cuius latere verus sanguis effluxit et verum deum qui post mortem verum sanguinem contra naturam producere miraculose conservavit et retinuit / sed quia humanus animus sciendi avidus non quiescit nisi plenarie instructus fuerit forte aliquis cum solus deus sit vera miracula facere inquam illud per quod fuit miraculum solus. Et deus cum sit supremus spiritus rationabilis nihil sine bona ratione facit vel operatur secundum beatum Aug. lxxxiii questionum q. xlvi ob quam rationem fecit deus predictos liquores tam mirabiliter post mortem fluere. Sed quis cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit ad Ro. xi / quis igitur potuit rationem factorum eius reddere nisi ipse met dignetur alicui manifestare. Manifestavit autem istud dilectis suis fidelibus / et per eos nobis unde beatus Aug. divinitus illustratus super hoc huius emanationis duas rationes assignat / prima quia per emanationem significatur emanatio sacramentorum ecclesie sine quibus ad vitam que vere est vita non intratur. Hoc ille. Intelligendum est autem sacramenta emanasse de latere Christi passi et mortui id est efficaciam suam recepisse et habere ex morte et passione Christi / sed diceres quomodo per illa duo scilicet aquam et sanguinem designantur omnia sacramenta. Respondetur triplici primo quia sacramentum corporis et sanguinis Christi inter omnia sacramenta est principalissimum in quo Christus non solum secundum effectum gratie nobis communicatur sed etiam substantialiter quemadmodum hoc exigit dignitas et efficacia sacramentorum nove legis ut inquit beatus Tho. super iiii. In hoc autem sacramento sanguinis miscenda est aqua cum vino ad quod significandum fluxit sanguis et aqua unde Theophilus eructavit ille qui in sacris misteriis vinum non limphat videtur enim non credere quod aqua de latere Christi fluxerit. 2o dicitur quod per illa duo representantur duo magis principalia sacramenta scilicet regeneratio hoc est baptismus in aqua et redemptio in sanguine ut dicitur de cele. miss. c. cum marthe / designantur autem principalioribus alia que quidem solent intelligi. 3o dicitur quod per illa duo etiam omnia sacramenta possunt signari per aquam baptismus et penitentia lacrimosa per sanguinem expresse sacramentum corporis et sanguinis domini implicite autem alia. Pro quo sciendum quod sanguis firmat tingit ungit et unit de quo dicitur alibi in tractatu de corpore domini quod antiquitus non firmabatur testamentum nisi in sanguine ad Heb. ix capitulo in mortuis confirmatur. Item secundum historias antiquas omnia pacta et maxime pacis per sanguinem firmabantur et hac ratione representat sacramentum confirmationis. 2o tingit unde enim dicuntur purpure quas sanguinis tinctus et sic representat sacramentum ordinis quod ordinati consequuntur ~~certe~~ caracterem et sanctificantur unde primo paralip. xv Sanctificati ergo sunt sacerdotes et levite. 3o ungit unde superliminaria inungebantur sanguine / sic signat sacramentum unctionis. Quarto ~~ungit~~ unit corpus et animam et illa ratione signat sacramentum matrimonii in quo vir et mulier iunguntur inseparabili vinculo usque ad mortem. Circa hoc autem quod dictum est / quod aqua miscenda est cum vino in sacrificio altaris oritur questio utrum aqua simul cum vino in sanguinem convertatur / dicebant enim quidam vinum solum in sanguinem converti et aquam in illam aquam que fluxit de latere domini. Questio ista late tractatur in c. cum marthe ubi recitantur diverse opiniones circa hanc materiam finaliter concluditur quod vera et catholica opinio est quod aqua apposita guttatim per alterationem in vinum quod activum et passivum appropinquatum sibi unde est ea agere et pati ad invicem per quam actionem agens predominans convertit passivum in sui naturam / post conversionem igitur aque in vinum conversionem per verba consecrationis super vinum ipsum totum convertitur in sanguinem Christi / si autem tantum aque apponeretur quod prevaleret vel equaretur vino vel tam brevi tempore ante consecrationem quod non sufficeret ipsam convertere per alterationem in sui naturam / quia alteratio mutatio est successiva / tempus certum requirens / non fieret consecratio / et ideo consulunt quidam doctores quod modicum aque in principio misse / misceatur cum ipso vino. Huic consilio quidam se volunt conformare quoniam ad modicitatem aque fundunt aquam primo in calice / et illa effundunt commixto et estimando quod sufficiat illa humiditas que remanet in fundo calicis superfusa vino. Sed Rich. super quarto sententiarum hoc eligit dicere quod prius infundi debet vinum et deinde modicum apponi de aqua, que significat populum iuxta illud Apoc. Aque multe populi sunt qui quidem populus apponitur Christo et convertitur in ipsum, et non econverso. Igitur ex illa etiam conversione populi in corpus Christi misticum arguitur quod aqua converti debeat in vinum et in ipso in sanguinem Christi converti sicut mistice populus in Christum convertitur. De appositione autem circa principium misse cauti esse debent qui sunt obligati ad agendum secundum ordinacionem romanam que ordinat quod aque appositio differri debet usque ad offerendam propter oracionem pro benediccione aque et vini in qua dicitur Deus qui humane substancie dig. etc. Si non enim aqua in principio apposita esset et in vinum conversa pro nullo supponeret hec copulacio aque et vini et ideo secundum ordinacionem romanam aqua et vinum debent coniungi in suis formis ad benediccionem et deinde misceri. 2a racio beati Augustini ad primum f. Cum sanguis et aqua etc. de latere domini manaverit etc. quia sanguis ille effusus est in remissionem peccatorum, aqua autem fluxit in sanguine propter tria. primo ad signandum sanguinem illum preciosissimum esse lavacrum peccatorum iuxta Apoc. 1 lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo. 2o ad designandum sanguinem illum esse potum nostrum in refeccione spirituali, unde eciam aque potus significatur sicut nomine panis cibus iuxta illud Eccl. 29 Initium vite hominis panis et aqua. 3o ad signandum temperanciam illius benignissimi et salutiferi poculi sacramentalis sub speciebus sacramentalibus quemadmodum vinum forte temperatur aqua nisi enim sic liceret sub speciebus temperatis, quis auderet aut posset eum sumere. Hoc tangit beatus Aug. super Jo. omel. 120 sub hiis verbis aqua illa salutare temperat poculum hec et lavacrum prestat et potum. Hoc respicit sanguinem lavacrum nobis prestare et potum et sic de prima questione

Secunda questio fuit utrum Christus dederit discipulis suis in cena domini corpus glorificatum vel passibile et implicat ista questio etiam dubitacionem de sanguine ut tactum fuit quia ut dicit glo. Levit. viii super illo verbo de sanguine arietis et est glo. istius primo sacerdos et deinde filii sui intingebant, quia Christus in cena prius sanguinem suum accepit deinde discipulis suis dedit bibit ipse et aliis bibere dedit. Accidit igitur dubium utrum quemadmodum corpus passibile ita sanguinem corruptibilem dederit, vel saltem corpus passibile tradiderit eis. Trahit autem predicta questio dubitacionem ex duobus ut colligi potest ex dictis b. Tho. super iiii sententiarum dist. xi q. 3 ex auctoritate et racione. Primo ex auctoritate magistri in glossis primo in glo. super illud Mat. xxvi. [illegible] est enim eos dicit magister illud corpus quod habuit per naturam dedit discipulis in cena non mortale et corruptibile videtur igitur quod non passibile. 2o super illud Levit. ii Si oblacio tua fuerit de sartagine dicit glo. magistri sententiarum Christus super omnia fortis carnem propriam que non videbatur esse apta post aptam fecit. Sed Christus in cena carnem suam dedit ut aptam ad manducandum ergo dedit eam talem qualem facta fuit post tercium (erat) hoc est qualis erat post passionem et tunc erat glorificata et impassibilis igitur. 2o ista predicta trahit dubium ex auctoritate Hugonis de S. Victore in li. de sacris ubi tradit quod Christus adhuc positus in carne mortali omnes dotes visus est legitur suscepisse quamque unam quamque aliam sicut claritatem in transfiguracione, subtilitatem in Nativitate quando clauso utero virginali processit tanquam sponsus de thalamo suo, agilitatem quando super mare ambulavit, similiter impassibilitatem quando corpus suum in cena dedit sic ut manducatum non laderetur. Duplex etiam racio facit dubium in predicta materia. prima Omne passibile trahitur ad naturam agentis, si ergo Christus dedisset discipulis corpus passibile fuisset ipse mutatus in eos, sed quibus Christus tradit corpus suum non tradit ut ipsum mutent in eum non ipse in eos quemadmodum Aug. Crede et manducabis me, non quod tu mutabis me in te sicut cibum carnis tue sed quod tu mutaberis in me. 2a racio omne corpus passibile quod contactu et contricione patitur. Sed corpus Christi

a discipulis manducabatur masticabatur et non laedebatur igitur non erat passibile Sed istis non obstantibus
Respondetur quod Christus dedit discipulis suis tunc corpus passibile et mortale non glorificatum probatur
ista veritas Christus hoc idem corpus suum quod habuit in quo convescebatur cum discipulis dedit ipsis
sub sacramento Sed illud erat passibile et mortale ut declaravi vox signis igitur dedit eis mortale
et passibile Secundum Thomam tangit sermo dicens tale corpus dedit quale tunc habuit mortale
et passibile igitur tale eis dedit Maior autem huius propositionem declarat Nam per dei verbum eternum
prima est veritas Jo xiiii ego sum via veritas et vita et ideo in ipsius verbis et factis nulla omnis falsitas
sed plenissima lucebit veritas cum igitur verba consecrationis quibus utitur ecclesia quibus et ipsum Christum
credimus et ecclesia credit eum sic tradidisse scilicet hoc est corpus meum significabat tunc corpus quod habuit
et tale quale habuit et quod significant hoc continetur sub speciebus sacramenti sequitur quod veritas
verborum Christi cogat asserere ipsum dedisse tale quale habuit per hanc etiam rationem eliditur
error antiquus quem tangit magister dist x iiij sententiarum qui asseruit corpus Christi verum
et verum non contineri sub speciebus sacramenti sed significative tantum quem errorem iam quidam
novelli heretici conantur resuscitare non obstante quod magister ubi supra sufficienter testimoniis sanctorum
ipsum redarguerit Si enim non esset ibi corpus Christi nonne falsum dixisset Christus hoc est corpus meum
habeat ut veritas ipsa falsum proferat Minor vero in proponendo declarata est et patet quia eo testa
evangelista ipsum tunc cum discipulis comedisse et bibisse et alia opera humane fragilitatis
et passibilitatis perfecisse Ex ista responsione patet etiam solutio dubitationis accessorie de sanguine
Christi non sub speciebus vini dedit eum talem qualis in sanctissimo corpore suo fuit nondum
propter talem glorificationem perceptam Ex ista etiam responsione patet solutio aliarum quarundam questionum
si quis consecrasset in triduo vinum sub speciebus panis fuisset solum corpus mortuum sine
anima Respondetur quod tale fuit sub speciebus panis quale fuit in forma propria et hoc dicit etiam Henricus
de Gandavo quodlibet ii q. vii tunc fuisset ibi corpus sine sanguine saltem illo qui fuit effusus
vel omnino sine sanguine si omnis sanguis fuisset effusus et hoc dicit Egidius de Ro. in opere
super c cum Marthe Tangit autem ibi Egidius dubium an omnis sanguis Christi fuit effusus
vel aliquid eius in corpore detentum ad quod respondet probabiliter quod totaliter omnem sanguinem suum pro
nobis effudit propter duo quae dicit ipse motiva primo quia sic pretio sui pretiosissimi sanguinis nos redimit
totum sanguinem suum totaliter et plene effundere voluit ut totalis et plena esset nostra redemptio Secundo quia ille
sanguis effundebatur primo pro peccatorum nostrorum remissione qui nobis redditur a deo per sacramentalem
refectionem iuxta illud Math xxvi hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum Sed
totus eius sanguis sumitur de calice sub speciebus vini sicut totum corpus sub speciebus panis
igitur dicitur in psalmo Calix meus inebrians quam preclarus est O sacerdos Christi attende copiosum
haustum calicis salutaris quem accipis et post omnia noli te ingurgitare poculo carnali
Totum etiam sanguinem effusum declarat veritas passionis Nam omnem sanguinem interiorem
tamen extra venas effudit per sanguineum sudorem et crudelissimam flagellationem barbe sue
sanctissime evulsionem et spineam coronationem sanguinem venarum per confixionem clavorum
per manus et pedes in quibus omnes vene confluunt Sanguinem vero cordis et interioris
per apertionem lateris lancea militis fudit ergo pro nobis totum sanguinem hoc est totum
sedem vite ut et nos ipsi rependamus totam vitam nostram et vere qui id non facit
ingratus iudicabitur sanguinis Christi Ideo apostolus dicit pro omnibus mortuus est Christus ut qui vivunt
iam non sibi vivant sed ei qui pro ipsis mortuus est ad Cor ii Nunc ad motiva in oppositum
Respondetur ad dictum magistri in glo non posse pati nec mori nec corrumpi ideo dicitur corpus suum
quod habuit per naturam dedit hoc est tale quale ex natura erat dedit non immortale
et corruptibile vel non sic quod posset ex illa sumptione aliquid pati vel mori Ad glo super levit

dicitur quod caro xpi non est apta esui nisi prout est sub sacramento / et quia sacramentum est representativum passionis
xpi ideo dicitur quod crux xpi fecit eam esui aptam. Causa enim dicitur efficere effectum suum / causa
enim institutionis sacramenti est memoria passionis domini dicentis domino hoc facite in meam
commemoracionem / passio igitur domini in cruce est causa esus sacramentalis per quem crux dicitur
eam esui aptam fecisse. Ad auctoritatem Hugonis respondet secundum beatum Tho. quod oportet ipsum sane
intelligi quia secundum legem divinam claritatis gloriose et impassibilitatis eius repugnat corpori
passibili et mortali et ideo tales qualitates solum assumpsit et habuit post resurrectionem quando dicitur ad Ro.
xpus resurgens ex mortuis iam non moritur mors illi ultra non dominabitur. Intelligendum est ergo
dictum Hugonis quod xpus miraculose virtute divina diversis vicibus ante passionem produxit
quasdam qualitates vel fecit quosdam actus similes actibus corporis dotibus habentibus
precedentibus. Et hanc dicit beatus Tho. esse sententiam Dionysii in epistola ad Gaium ubi dicit de xpo
quod super hominem operatur ea que sunt hominis. Ad primam rationem dicendum quod mutuo sumere
corpus xpi in ipsum xpm est spiritualis per unitatem per quam membra corporis mystici uniuntur
ipsi capiti xpo / argumentum autem loquitur de mutatione reali et agentis et passivi adinvicem applicatorum
et sic discipuli species sacramentales in se mutabant secundum speciem panis et vini eo modo quo cibus
corporalis mutatur in cibatum ut communiter tenent doctores. Sed xpus contentus sub speciebus sacramentalibus
et spiritualiter discipulos mutabat in se / quare autem virtus activa naturalis interna in discipulis
non attingebat corpus xpi patebit in solutione rationis ultime. Omne passibile ex contactu patitur
etc. ad quam dicitur quod ratio illa innuit quod corpus xpi a discipulis manducatum sub speciebus sacramentalibus tange-
batur / hoc autem est negandum quia corpus non potest tangi aliquo nisi ad quem per propriam quantitatem
determinatur / non autem erat ~~per more~~ corpus xpi in ore et in ventre discipulorum per quantitatem propriam
sed per quantitatem specierum sacramentalium. Est enim corpus xpi sub speciebus quia substantia panis est conversa
in substantiam corporis xpi / et quia corpus xpi non est sine sua naturali quantitate igitur etiam est ibi quantitas
sed per substantiam / pro quo plenius intelligendo sciendum quod secundum philosophum primo de generatione
omnis actio per contactum / contactus autem quantorum est / et ideo substantiis corporalibus actio et passio
determinatur per quantitatem sic quod substantia agit vel patitur mediante sua quantitate, et mediante tangit
vel tangitur. 2o sciendum quod substantia naturalis per quantitatem determinatur ad locum ut habetur per philosophum
in physicorum. Quamvis igitur substantia corporis xpi sit eadem numero in specie propria et sub speciebus
sacramentalibus tamen aliter comparatur ad exteriora in specie propria et aliter sub speciebus sacramentalibus. Illa
in specie propria comparatur ad exteriora per suam propriam dimensionem hoc est propriam quantitatem
et mediante eius talibus exterioribus sunt actiones et passiones. Sed in sacramento comparatur ad exteriora
secundum suam dimensionem hoc est quantitatem specierum sacramentalium. Et quia ille dimensiones seu quantitates
specierum non inherent corpori xpi / sed per se subsistunt vel subsistit igitur passio que infertur
tali quantitati non attingit corpus ihu xpi quia solum actio per quantitates venit ad substantiam ratione
inhesionis et informationis ut si essem armatus non omnis passio que defertur armis attingeret
corpus meum. Et inde est quod corpus xpi non tangitur manibus sacerdotis in altari licet species
frangantur. Unde nulla lesio potest ei ibi inferri. Et hoc est quod dicunt doctores Tho. et Egidius
quod proprietates que insunt corpori xpi ex comparatione ad corpus ad extra non [illegible] conveniunt corpori
in propria specie et sub sacramento ut videri possint. Nam ubi est in propria specie ibi videri potest et tangi
sed sub sacramento non. Ille autem proprietates que conveniunt ei ab intra eodem modo ei insunt in propria
specie et sub sacramento ut esse quale quantum vivum mortuum etc. Et hoc quidam antiqui infirmabant
per hoc sic: in pyxide sinuatum poterit sufferre dolorem sinuandi si non illa que conveniunt illi. Sed
reprobabat Albertus magnus dictos sic dicentes eos sine arte et ridiculum fore xpm sudare
loqui vel ambulare in pyxide. Sed si per sinuandi dolorem intelligunt proprietas sine omni respectu
et comparatione ad exteriora corporis xpi inexistentes bene sciunt sic in veritate sed alibi autem per
Albertum sic sudare loqui ambulare includitur et intelligitur habitudo ad exteriora igitur
obiectio quo ad illa est impertinens. Dat autem Albertus tres modos existendi in xpo secundum quod

in ipso triplicia dicit esse accidentia ratione deitatis enim convenit ei esse ubique, secundum formam humanam assumptam in unitate persone conveniebat ei circumscribi loco crucifixum flagellatum etc. Secundum formam sibi sacramentalem convenit ei esse cibum et refectionem corporis et anime intra fines forme panis esse in qualibet parte forme totum esse, claudi in pixide vel vectum ad [illegible] argumentis urgentibus concedere idem corpus uno esse in propria specie et sub speciebus sacramentalibus et ex hoc quod sibi inest sub propria specie etiam sibi convenit in sacramento sic tibi et similibus mirum est confugere ad distinctionem premissam. Sed diceret quis dictum est et bene quod sub speciebus sacramentalibus videri non potest quid igitur ad vulgarem sermonem qui dicunt se videre christum et deum. Respondeo quod aliquid videri dicitur per quadruplex primo tamquam illud quod terminat primo actum visionis sicut color vel lux dicitur videri 2o modo tamquam illud quod est subiectum terminativi primo visum ut sol primo videri dicitur cum lux eius videtur, et qualibet substantia dicitur videri cum accidentia eius videntur quod secundum aristotelem 2 de anima substantia est sensibile per accidens id est per aliquid quod primo terminat visum unde non reputo inconveniens sensum cognoscere abstractive isto modo non per abstractionem a conditionibus individuantibus quod soli intellectui convenit sed hoc modo quod per se et primo solum fertur in formam obiectualem et per accidens in subiectum eius 3o aliquid videri dicitur tamquam illud in quo obiectum visus habet aliquam habitudinem sicut dicitur videri homo cum videntur arma eius licet sola arma videantur. Sic in proposito dicimus christum videri cum videntur species sacramentales sub quibus latet christus. Ut autem cognoscatur quomodo christus sit in hostia sciendum quod 4or modis aliquid dicitur esse alicubi primo circumscriptive et commensurative hoc modo illa quorum ultime superficies se contingunt et commensurant se adinvicem se habent ut locus circumscribens et commensurans et locatum circumscriptum et commensuratum hoc modo corpus christi nunc est in uno loco solum scilicet in celo et fuit in loco in terris interim quod in propria specie conversari dignabatur inter homines. Alio modo aliquid est in loco diffinitive eo quod per operationem vel virtutem suam determinatur ad unum solum locum licet ab eo non contingatur vel circumscribatur. Et hoc modo triplex contingit aliquid esse in loco primo applicative, et intelligentie motrices orbium dicuntur esse in suis orbibus 2o informative et sic anime dicuntur esse in suis corporibus 3o qualiter operative et angeli dicuntur esse similiter et demones ibi ubi operantur. 3o aliquid potest dici esse in loco determinative et hoc modo secundum egidium de roma in libro theorematum illud dicitur esse in loco quod est finitum huius magnitudinis seu quantitate distinctum a sua substantia, quod dicitur propter substantiam divinam et aliqua convenit in ipsum ratione eius quantitatem dicitur ibi esse. Hoc igitur modo corpus christi est sub speciebus panis quod substantia panis convertitur virtute consecrationis in ipsum et dicitur determinatum ad locum quod certo modo est ibi quo modo non in quolibet alio loco licet illo modo possit esse in valde pluribus locis. Quarto aliquid dicitur esse in loco repletive, quod sua essentiali maiestate infinita potestate et actuali virtualitate replet omnem locum. Unde essentialiter presentialiter deus est ubique potentialiter essentialiter ut esse omnibus influens potentialiter omnia dirigens movens et gubernans presentialiter singula distincte intuens et cognoscens. Sciendum tamen quod esse in loco determinative similiter appellatur esse in loco sacramentaliter unde dicitur quod corpus christi est in celo localiter in verbo personaliter in altari sacramentaliter, pro quo ultimo notandum quod aliter corpus christi est sub speciebus panis aliter anima eius sanguis et deitas. Nam secundum egidium et thomam et alios doctores, corpus christi est sub speciebus panis ex vi sacramenti, alia autem sunt ibi ex concomitantia naturali, similiter sub specie vini sanguis christi tantum est ex vi sacramenti, alia autem ex concomitantia naturali. Illud enim dicitur ex vi sacramenti converti in sacramento ad quod conversio terminatur, terminatur autem conversio in illud cum quo materia sacramenti habet similitudinem secundum proprietatem sue nec sicut vinum cum sanguine et quod exprimitur in forma verborum ut hoc est corpus hic est sanguis etc et quod pertinet ad cibum vel potum etc. Est igitur sub specie panis corpus christi caro scilicet et ossa vere etc, alia que sunt de integritate corporis ex vi sacramenti, quia autem corpus vivum non est sine anima ex naturali concomitantia est ibi anima. Et quia anima non est sine sede sua ex naturali concomitantia est ibi etiam sanguis, et similiter corpus christi sumit etiam sanguinem quare non est necesse quod ipse sacerdos ipsum sumat sub specie vini quemadmodum Bohemi fingunt. Et quia humanitas Christi unita est divinitati concomitanter etiam est ibi divinitas. Pro modo dicendum est de sanguine quod ex vi sacramenti est sub specie vini et alia omnia sunt ibi concomitanter. Ut plenius satisfacere devoto studio quem de corpore Christi tradito discipulis in cena ultima sic me ad honorem sacramenti dilatavi, que et si forte impertinentia vel superflua videantur tediosis, accepta tamen erunt studiosis et tantum de questione ista.

Tertia questio proposita que respicit sanctissimum Christi sanguinem ut venit spiritualiter in communionem fidelium sunt ista. Utrum excommunicatis possint sacramenta ecclesie in fine vite cum penituerint ministrari et sepultura ecclesiastica habita tamen cautione debita quam plebano prestabunt. Secundum quid de proscriptis an sacramenta ecclesie eis possint ministrari et sepultura ecclesiastica sine periculo superiorum utputa episcopi vel officialis eiusdem. In hac questione tria proponuntur discutienda. Primum utrum excommunicati in articulo mortis constituti cum penituerint possint absolvi ab excommunicatione a plebano et conferri sacramenta. 2m an etiam possint sepeliri in cimiterio, sicut aliquibus penitentibus traduntur sacramenta quibus tamen denegatur ecclesiastica sepultura. 3m quid quantum ad predicta scilicet ecclesiastica sacramenta et sepulturam sit tenendum de proscriptis. Ne calami falcem in alienam messem nimium extendam, quanto brevius potero de predictis me questionibus expediam. Ad primam igitur dicendum quod in articulo mortis potest absolvi excommunicatus quacumque excommunicatione teneatur a simplici sacerdote ar. de pen. di. vi c. si pen. et hoc est non dubium et in c. quamvis ubi dicitur quod si quis manus in clericum vel religiosum iniecerit excommunicationem incurrens nisi in articulo mortis sine romano pontifice non absolutionis beneficium obtinere scilicet non conceditur. Super c. a nobis in antiquis de sepult. dicit tamen duplicem absolvens requirere cautionem scilicet fideiussoriam vel iuratoriam ab eo qui debet absolvi quod velit se personaliter presentare ei a quo debebat absolvi de iure. 2o fideiussoriam seu promissoriam ab heredibus de parendo satisfaciendo mandatis eius a quo iure veniret absolvendus. Item in c. eos qui de sen. excom. li. vi innuitur quod propter imminens mortis periculum aut aliud impedimentum licitum excommunicatus absolutionis beneficium percipere potest ab alio quam ab eo a quo de iure fuerat absolvendus, disponitur tamen in eodem c. quod cessante periculo vel impedimento quantocius valuit debet se presentare ei a quo de iure debebat absolvi mandatum suum pro illis super quibus excommunicatus fuerat recepturus et satisfacturus prout iustitia suadebit, quod si facere contempserit in eandem sententiam recidit ipso iure.

Aliud de sepultura dicendum quod ecclesiastica sepultura non debet ei denegari ut clare patet in c. ult. de sepul. in antiquis super quo glo. dicit ex illo capitulo esse argumentum, cum unum sacramentum conceditur vel negatur et alia intelliguntur esse concessa vel negata. Sed contra illud obicitur de tornea. ubi conceditur penitentia et viaticum et tamen denegatur ecclesiastica sepultura. Respondeo illud fit ad terrorem aliorum, non autem est sic, quia non est par ratio. Pro tertio sciendum quod proscriptus secundum papiam dicitur exulatus, hoc est in exilium relegatus cuius bona palam et aperte scribuntur hoc est publicantur seu fisco cedunt, ascribuntur secundum hug. unde proscripti dicuntur dampnati sic quod nomen eius deletur de conspectu civium ordinis quemadmodum olim romani proscriptorum nomina delebant de tabula erea et dicitur proscriptus quasi porro a scriptura. In proposito autem intelligo proscriptos qui secundum morem in partibus alamanie de civitate vel patria a qua remittuntur in exilium ad tempus determinatum vel perpetuo ibi remansuri, de talibus dispositum videtur vel si contra a iure si sic respondeo de eo sicut in primo huius questionis dictum est. Si vero talis proscriptionem gravatur non precedente et huiusmodi sustinet penam talem non est afflicto addenda afflictio, ext. de his qui non punit bis in idipsum Naum i. Valde igitur crudele videretur quod etiam in sacris vel sepultura deberet puniri etiam cum non sit excommunicatus ex una proscriptione qua iniusta possessionibus spoliatur cod inde sic quod quando pertinens ad sacramenta et ecclesiasticam sepulturam hec demonstrant. Si vero moriens et rebellis notorie contemptibus perdiderit cum omne pietas a deo sit in tali contumatia sine penitentia decedit tunc aliter iudicandum veniret

Quarta questio est de sanguine Christi preciosissimo ut reputato vel significato per cruorem miraculosum, et est quid tenendum sit de cruore in Wilsnack et similiter quid ibi doctores appetunt concludere. Pro quo sciendum quod circa cruorem in Wilsnack aliqua sunt dubia in se, aliqua in accessoriis. Circa cruorem in se principaliter quatuor dubitantur scilicet de eius inventione, 2º de eius ostentatione, 3º de eius continuatione, 4º de eius veneratione. In accessoriis dubium est de signis ibi datis, de miraculis ibi predicatis, 3º de indulgentiis et graciis ibidem datis.

Ego igitur primo querens sub quadam quali indifferencia de cruore in Wilsnack hec et alia investigare, dico primo igitur circa cruoris illius inventionem, hostiarum an scilicet ab initio fuerit vere miraculosus an fraudulenta fictio propter questum publicata. Huiusmodi autem questio solummodo dependet ex diligenti examine testimoniorum et documentorum tam scriptorum quam etiam illius loci et circummorantium seniorum referre relationem. Et quia dedi satis diligentiam pro cognitione utriusque circa hanc rem contrarias inveni assertiones, fatentibus quibusdam totum fore mendax fictum, aliis a contrario asserentibus verum esse miraculum, unde sic diversificati sunt in hac materia in scriptis suis. Ad quam diversitatem de medio tollendam et ad fideles in hac re certificandum, salvo semper iudicio meliori, michi expediens, ymmo necessarium videtur quod ex commendatione domini pape apostolice sedis legatus cum in partibus Alamanie constituetur aut metropolitanus loci facto capitulo seu synodo provinciali convocatis quibusdam doctoribus zelum dei habentibus mature et auctoritative res ista examinaretur et determinaretur, et interim quod hoc factum non fuerit apparet michi semper salvo consilio saniori quod quilibet pie considerare relinquendus sit ut si pie credit deum qui est mirabilis in operibus suis in hoc loco mirabilia operatum esse et adhuc operari ad cultus et honoris sui ibidem magnificationem et fidelium suorum devotionem et consolationem in hac fide non peccat. Similiter si quis pie dubitat propter inexplebilem iam pluribus [illegible] cordis hominum avaritiam varia et mira excogitantem propter questum colligendum, similiter propter exorbitantias plurimas ibidem factas in predicationibus indiscretis miraculorum ut de certo compertum est per plures, non estimo talem reprehendendum fore. Verum quia plures compertum est ut veridicorum testimonio didici falsa predicasse miracula et gratias ibi fidelium populum simplicem decepisse, si non [illegible] circa hoc commissa sint emenda per loci diocesanum, et propter plurima imminentia [illegible] pericula et maxime quia verum corpus et sanguinem Christi habemus ubique cotidie in altari, consulo fidelibus quod votis [illegible] et dispensationibus variis magis devotionem et piam mentem impedientibus dimissis in suis quilibet ecclesiis sanguinem Christi fideliter et sincere adorent ubi certi sunt quod nulla ibidem subsit fallacia, sumentes Christum ibidem ad percipiendum ipsum in nostris [illegible] suis, et non dubito quin plenior fides ibidem amplius meretur de aliis [illegible] quia [illegible] pro maxima parte fidelium et dependeat ex prima, ad idem consilium dimitto sicut in prima.

Item dico 2º quod ad cautelam inventis tribus hostiis tinctis eas consecrare [illegible] male quia hostia tincta non est debita materia sacramenti sed hostia pura et immaculata. Item non fuit finis debitus ad eo consecrandum quia consecratur tantum sit ad sumendum vel [illegible] vel pro infirmis, non ad reservandum ad ostentationem. 3º quia apta [illegible] sit [illegible] quia species [illegible] consecrare igitur ad reservandum usque ad specierum [illegible] sicut [illegible] [illegible] sunt.

Omnibus autem melius esset quod adhuc id quod ibi habetur quod dicitur esse sicut modica lamina in tribus [illegible] [illegible] et sic reservandum populo non ostenderetur [illegible] [illegible] et [illegible] sunt, et in dubio agendum est [illegible] et cautius [illegible] [illegible] de [illegible].

Quinta questio est de spoliante et priuante simpliciter communione sanguinis xpi et sensum eius s. dampnati et est vtrum dampnati nō vellent se nō esse quam sunt dampnati ex quo esse est bonum hoc est vtrum dampnati eligant potius esse q̄ esse bonum est q̄ nō esse / pro huius questionis solucione duo declaranda sunt primum quid dampnati eligant de facto scilicet an magis velint esse in tantis tormentis quam simpliciter nō esse 2º quid magis eligendum sit secundum rectam electionem nō esse simpliciter vel esse ad tormenta / Quantum ad primum videtur michi sine preiudicio alicuius vel verius videntis sentiendum q̄ de facto magis desiderent nō esse simpliciter q̄ in tormentis tantis esse / testatur hoc scriptura sacra apocalipsis ix In diebus illis querent mortem et non inuenient eam, desiderabunt mori et mors fugiet ab illis / unde in pluribus appericionibus legitur de quorundam dampnatorum animabus que maledicebant diei natiuitatis sue optabantque se nō esse Item et in presenti experimur q̄ plures ex impacientia molestiarum presentis miserie mortem peragentes seipsos crudeliter perimunt quanto magis in miseriis futuris mortem desiderabunt / quis enim est qui nō magis eligeret in presenti mori q̄ aliquandiu candentis fornacis incendium tollerare / quanto igitur amplius infernale incendium inexplicabile faciet dampnatos suarum penarum impacientia mortem adoptare, et hoc modo verificatur illud quod scribitur eos sine intermissione mori et sine intermissione mortem desiderare Sed quantum ad 2m an secundum rectam electionem magis eligendum sit dampnatis nō esse q̄ male esse sine ad tormenta esse / quidam videntur Aug. et b. Ihero nam b. Aug. li iij de libero arbitrio c. xiij ex intentione pluribus ostendit rationibus nō esse non eligi nisi a racione perturbata et decepta prima ratio q̄ nichil est / nō cadit in electionem Sed nō esse nichil est Igitur nō cadit in electionem 2ª ratio q̄ omnia fugiunt nō cadit in electionem / Sed non esse omnia fugiunt igitur minor probatur omnia appetunt esse et propter id agunt quicquid agunt igitur fugiunt eius contrarium quod est non esse 3ª ratio / malum priuat bonum, sed non totaliter q̄ malum sic magis esset importabile esse secundum philosophum in ethicis et se ipsum destrueret et ideo quidam dicunt circa philosophiam q̄ impossibile sit esse primum malum / malum igitur nō priuat simpliciter omne bonum / non esse autem nullum bonum admittit igitur minus eligibile 4ª ratio recta ratio non est ingrata conditori qui est fons bonitatis de principata bonitate ab eo id eo q̄ est / sed ratio eligens non esse nō est grata / igitur nō est recta propter has rationes et consimiles concludit Aug. q̄ voluntas dupliciter eligit vno modo vt via et sic semper eligit esse alio modo vt deliberatiua et sic etiam nō eligit nō esse nisi perturbata et decepta vt in seipsos interfectoribus talibus enim quemadmodum omnibus inest naturale desiderium quiescendi a malis credunt autem per nō esse quiescere a malis / et ideo in seipsos crudeliter exercent sed errant q̄ quod quiescit sed quietum est nō est nichil nō igitur ratio recta sed decepta eligit nō esse Sequitur in contrarium videtur esse Iheronimus qui mathei xxvi dicit multo melius est nō subsistere q̄ male subsistere et Beda ibidem / melius est nō esse q̄ ad tormentum esse / similem orationem sic dicentem ex verbis domini ibidem de Iuda ve homini illi melius ei esset si natus nō fuisset / et quibus sic arguitur illud est magis eligendum etiam secundum rectam rationem quod simpliciter melius est / sed secundum auctoritates dictas nō esse simpliciter melius est quam ad tormentum esse igitur Et hac ergo ratione quidam doctores sunt moderni recedit ab Aug. dicens, magis adherendum Ihero q̄ Aug. cum in toto dicunt doctores vbicumque beatus Ihe. et Aug. discrepant in historiis magis adherendum est Ihero. q̄ magis experto in sua facultate magis credendum est ex topicis Ihe. vero in historiis creditur expertior fuisse / cum vero discrepant in rationalibus sine speculabilibus magis sentiendum est cum Aug. tamquam acutiori et altioris volatus in contemplacione et magis in profundo vbi tota vi mentis inquirebat veritatem vt patet se fatetur et etiam latet patet li iij de li. arbi. Etiam magis laborandum est ad concordandum tales doctores in dictis suis q̄ ab altero tamquam minus mgr di. xxxv de trinit

benediccione recedendum quod secundum Lincolniensem in li. de cessacione legalium ubi Aug. et Ieronimus contrarii
videntur de tempore cessacionis legalium eciam secundum opinionem b. per istos duos dicit tamquam chordas fistulas
suas diversos quidem sonos emittentes sed non dissonas quemadmodum in musicis in armonia
diapason vel diapente. Sed videndum igitur qualiter non adversentur in intencione sed solum
diversificentur in explicacione. Sciendum quod esse dupliciter accipitur. Uno modo consideratum in se ut perfeccio
quedam essencialis quod secundum magistrum sentenciarum primum principium perfectionabile diversarum perfeccionum simpliciter est esse et
quodlibet ens tantum habet ad minus de bonitate quantum habet de entitate, tamen ens et bonum convertantur
eciam ab ente primo quod est fons purissimus bonitatis emanancium a quo impossibile
est non bonum emanare, qua propter in genesi dicitur: vidit deus cuncta que fecerat et erant
valde bona. Cum igitur obiectum voluntatis non errantis sit bonum simpliciter primo ethicorum, sequitur quod
quelibet voluntas deliberativa non errans potius ipsum eligat quam suum oppositum, immo ut sic non
potest eligere eius oppositum cum sit malum racione opposicionis ad bonum, nichil enim respiciens
ad malum operatur secundum beatum Dyonisium in 4 de divinis nominibus operatur nisi eleccionem ipsius vel aliquid
propter eleccionem eius. Et hac consideracione eciam ipsis dampnatis videtur melius esse et magis
eligendum esse quam non esse. Alio modo consideratur esse ut primum fundamentum et subiectum vite ac
per hoc ut receptivum vite misere in dampnatis et oppositum eius scilicet non esse considera[tur]
ut terminus vite misere, et hoc modo licet pro complemento et decore universi nunc convenientie
iusticie et eciam bonitatis divine et per hoc simpliciter melius sit dampnatos esse quam non esse quod
non sit, ostendit dei bonitas et sapiencia nequaquam eos ponentis perpetuos et immortales, tamen ipsis
melius foret non esse quam tam deformiter per culpam et tam penaliter per tormentum esse et hoc
expresse sonant verba veritatis que ait melius illi esset si natus non fuisset, et id volunt beatus Ieronimus
et Beda cum ipsum dictum sua ponunt pro exposicione huius dicti evangelii, sed hoc non repugnat dictis
beati Augustini quibus ait quod recta racio non possit eligere non esse sed solum perturbata et
decepta. Quamvis enim ipsis dampnatis inquantum talibus melius esset non esse quam tamen simpliciter respiciendo
bonum universi melius est eos esse quam non esse et prima voluntas scilicet divina que est regula et condicio
omnis voluntatis, constat quod recta voluntas que preferret bonum ~~que~~ bono privato et voluntati
dei voluntati proprie si in dampnatis esset plus eligeret esse quam non esse et hoc expresse tamen beatus Aug. in pre-
sermone dictorum suorum. Ut autem istud exemplum clareat naturaliter loquendo attendamus manum
putridam in composito, nam illam suppositum naturale considerans ut partem essencialem sui et de
integritate nature sue vult et diligit; considerans vero eam ut habentem ancoram putrefaccionem
racione cuius machinatur in malum et corrupcionem ut dicitur primo physicorum odit eam. Sic theologice
loquendo anima considerando corpus ut datum ei et coniunctum in principio tamquam instrumentum sue
perfeccionis sive quantum diligit ipsum, sed comparando ipsum ut corruptum per legem peccati inherentem
membris corporis et ut gravamen eius cupit ab eo liberari, ut ad Ro. vij. Secundum aliud exemplum
Sciencia aliqua prohibita ab ecclesia consideranda secundum habitudinem informacionis vel perfeccionis est perfeccio
anime et bona et per hoc eligibilis, sed consideranda secundum habitudinem vitalis inclinacionis inquantum
movet ad actus prohibitos et illicitos est mala et refutabilis. Sic igitur in dampnatis nichil
prohibet quod esse secundum diversas consideraciones sit ipsis eligibile et non eligibile et similiter non esse secundum eandem
racionem illorum sit eis eciam eligibile, sed exemplum philosophi in moralitatis propter facta sua cui hec melius erat moriendo
eo quod ad tanta confusiones et tormenta trahi tamen simpliciter pro bono communi conservando et decore rei publice
politice melius est eum se eduri sed bonum simpliciter preferendum est ei quod est bonum alicui tantum secundum philosophum in
quinto, quare racio recta ipsum semper preferret in eleccione, sed dampnati solum eligunt secundum racionem perturbatam. Nam
secundum philosophum passiones in parti perturbant et impediunt eorum iudicium racionis quanto magis in passionibus
illorum intollerabiles turbant oculus racionis et discrecionis suum propter odium dei neque quam se conformant recte
voluntati eius perversa igitur et indiscreta est omnino eorum eleccio. Et hoc testatur quedam apparicio cuiusdam
dampnati. Nam legitur quod parisius quidam doctor excellentissimus claruit in unicis et pluralis in

quod hic solvunt [illegible] Aug. ut phi con
trarium nam sic [illegible] ad hoc dicit
melius est non esse quam hic cum corpore
[illegible] [illegible] li. de li. arb. c.
[illegible] quod enim dixerit non esse quam
miserum esse [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ad eam eligibile aliquid
quod dicit mallem in [illegible] [illegible]
[illegible] ad eam [illegible]

beneficiis admonitus per Willelmum episcopum parisiensem quatinus aliquot beneficia resignaret cum nollet uno tempore se aliquis cum pluralitate beneficiorum salvari valeat. Admonuit autem eum episcopus ut post mortem se ei presentaret ad certificandum eum de statu suo; post mortem igitur suam doctor ille post matutinas episcopo presente cum tonitruo apparens dixit se eternaliter dampnatum propter pluralitatem beneficiorum et lubricam vitam quam duxit. Cumque episcopus eum interrogaret de statu et qualitate damnatorum ac diversitate penarum, ait: nichil tibi de hac re dicere possum quia non est apud nos ratio vel discretio sed intollerabilis tormentorum iugis perpessio.

Sexta questio est de hiis qui sine speciali pactione peccatorum [illegible] sub quandoque sepe ab hinc decedunt hunc terrorem. An xpiani qui subitanee moriuntur sine confessione vel qui ex infirmitate vel desperatione se interficiunt possint in cimiterio sepeliri. Tres partes habet ista questio: prima est de subitanee morientibus, 2a de hiis qui ex infirmitate se perimunt, 3a qui ex desperatione id faciunt. Ad primam partem respondetur sub distinctione: vel fuerunt excommunicati vel non. Si primum, nisi prius absolvantur non conceditur eis ecclesiastica sepultura. An autem absolvendi sint, videtur dicendum quod si non fuerunt et pertinaciter in excommunicatione manserunt vel etiam si querentes [illegible] cognoverint et fateantur eis quam se decesserunt displicuisse et eos doluisse de hoc quod non potuerant consequi absolutionis beneficium, tunc enim absolvendi sunt quia indicant videlicet de eis: sunt de hiis excommunicatis in quibus in extremis signa contritionis et penitentie apparuerunt. Si autem 2m, iterum dicendum est: vel fuerunt persone tales talem statum agentes quibus iura contradicunt ecclesiasticam sepulturam, de quibus videatur in summa Pisani in titulo sepultura. Quarto ubi tales enumerantur quibus ecclesiastica sepultura negatur, vel non. 4o si primum, ecclesie obediendum est. Si 2m, dico quod non debent ecclesiastica sepultura spoliari, nec est eis hoc reputandum quod subito sine confessione mortui sunt, sive tamen mors illa propter hoc mala reputanda, quia secundum beatum Augustinum primo de civitate dei c. xi: mala mors putanda non est quam bona vita precessit, neque enim facit malam mortem nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum est eis qui morituri sunt quid eveniat quod accidat eis ut moriantur, sed moriendo quo ire cogantur. Et in epistola ad Victorinum [illegible]: nichil interest utrum servos dei sanctos et fideles febris aut ferrum de corpore separat, non quomodo exeant sed quales ad se veniant deus in servis suis attendit, nisi quod maiorem habet penam languor diuturnus quam citissimus exitus. Et idem super sapientie iiij° dicitur: iustus si morte preoccupatus fuerit in refrigerio erit, hoc est si iustus etiam ante tempus quandoque etiam cito et qualitercumque capiatur, hic in refrigerio erit. Super quo verbo refert Holkot de quodam beato et sancto viro qui in studio suo inter libros subitanee decessisse reprobatur; cumque super hoc mirarentur discipuli sui quod tam doctus virtuosus ac sanctus vir tali eventu decessisset, intrat nocte in somnum eorum, librum aperuit et ipsum predictum dignum ostendit super passum illum sapientie iiij° demonstrans quod iustus si morte etc. Et ideo dicitur metrice: Mors nisi subita quia precessit bona vita. Non minuit meritum si moriatur ita. Nec obstat etiam si secularem prius vitam agebat ita quod dubium sit an in mortali vel sine mortali decesserit, quia secundum Alb. Mag. in tract. suo de corpore domini, ecclesia pro omnibus non excommunicatis orat, quia immensa dei pietas, que vult omnes salvos fieri, ut pie credit ecclesia, pluribus etiam post depositionem loquele verba contritionis et penitentie largitur; sic etiam tales decedentes subitanee in ictu oculi suo momento potuit deus salutarem compunctionem infudisse. Ad 2am partem questionis de hiis qui ex infirmitate sibi manus iniciunt violentas dicendum est: Aut enim infirmitas talis est quod aufert sensum ut mania, frenesis vel insania, et tunc insanie se perimunt, nichil eis hoc obstat quo ad ecclesiasticam sepulturam, quia spoliacio ecclesiastice sepulture pena quedam

est / non autem debetur pena nisi culpe secundum doct. ceterum autem usu racionis non secundum vo
luntatem electiuam siue quia impossibile est fieri peccatum ut dicit beatus Tho. parte iiij
sentent. de pollucione nocturna / quia propter insanias et consimilia actus tempore insanie facti non
imputantur ad peccatum quare non debent puniri / si non sunt insensati non auferens
usum racionis quantumcumque grauis vel acuta infirmitas dummodo homo sibi ipsi vitam mortis
inferre secundum beatum Aug. in de ciuitate dei li. i. c. xxo ubi sic inquit / nam non frustra in sanctis
canonicis libris nusquam nobis preceptum diuinitus vel permissum reperiri potest ut vel ipsam
ob causam nobis inmortalitatis necem inferamus sed prohibitos nos intellegi ubi legitur non
occidas / quod si fecerit iudicandum est de eo sicut de desperatis se interficientibus de quibus
est tertia pars questionis / ad quod dicendum est quod tales desperacione se perimentes non propter eorum
sepulturam ut dicitur q. ij quibus et exposite patrum quorum placuit / et intelligendum secundum vel
si perimerat se ex desperacione vel iracundia secus si a furore vel a casu / unde sicut
dicitur Beni. extra de sepul. ex parte si aliquis propter fugam precipitaret se in aquam quam
se sperabat euadere posse non imputatur ei si in eam euenit. Attendendum tamen est tamen
magnum de sepultura quod scribit beatus Aug. libro de cura pro mortuis pia fides non minimum commen
dat non spolium tali cura est. si qui euenit aut premortuis tales huiusmodi sepulturam non
admittit / quod nihil est obest quo ad vitam post futuram / unde in eodem c. post aliqua addit
omnia ista ~~curanda~~ funeris conditio sepulture / pompa exequiarum magis sunt
viuorum solatia quam mortuorum subsidia / sed hoc intellegendum est quo ad saluacionem vel dampna
cionem non quo ad releuacionem penarum in purgatorio et suffragium ibi / et hoc
patet ex eo quod subdit si aliquid prodest impio sepultura preciosa oberit pio vilis aut nulla
quasi dicat nihil quo ad liberacionem vel dampnacionem respectu essencialium impedimentorum
non est deuota sepultura negligenda et apud deuotos quorum intercessionibus homines meri
tis de penis purgatorii liberari et ad gaudia celestia perduci / ad que nos
omnes perducat ihesus christus marie filius eternaliter benedictus amen

Bis ambeu querit si homo non peccasset an rosa sine spinis producta fuisset et dicit quod sic quem racionem
nullam mencio facta fuit de spinis sed postquam homo peccauit dictum est sibi maledicta terra in ope
tuo spinas et tribulos germinabit tibi spine igitur facte sunt in penam peccati si ergo peccatum non
fuisset rosa sine spina fuisset spiritualis filius dei est rosa pulcherrima florum egressus de virga yesse ille
fuisset sine spina i. passione et spinea corona / ad literam sed peccatum non fuisset quod propter peccata nostra mor
tuus est unde mors eius vita nostra computatur unde est gaudeo alleluya sicut canit unde si homo non fuisset rege
nerandus christus non fuisset mortuus istud figuratum est gen. xxij Abraham i. deus pater posuit filium suum
ysaac i. genus humanum super struem lignorum i. dampnauit ad mortem / sed tandem retrospexit et vidit arietem
herentem in spinis i. in fine seculi vidit filium corona spinea sauciatum et liberatus est ysaac

Vnde est si publicus est si vero occultus est
non debet predicari eorum manifestum vel tamen est peccatum
auctoritate et vel mortuum predicari secundum
eorum regulam et ordinem canonicum

Utrum beata virgo fuit assumpta simul cum corpore et anima in instanti defunctionis vel an ex primo animam recepit et tunc apostoli quorum tribus diebus perfecerunt eius exequias et illis expletis reunitur animam corpori in valle Josaphat et sic assumpta sit. Respondeo licet de die et hora virginis gloriose in corpore et anima simul sancti doctores non certificant de morte, tamen ecclesie observancia nos satis certificat in celebrando diem assumptionis in quo sine dubio anima assumpta est ad gloriam beate fruitionis cum nichil in ea purgandum fuerit ob quod retardaretur eius glorificationem oportuit. De die vero reunionis corporis et anime simul et hora non sciunt sancti determinare. Est tamen pia fides Augustini quod ante corporis incinerationem statim post peractas exequias quibus beatus Dionysius cum sancto Thimotheo se fatetur interfuisse hinc opinionem conformem continet racionem pie fidei et etiam apocrifum quod legitur de eius assumptione quod quia rationi venientem non distant respui non debet.

Quomodo dicitur mortua cum mors sit pena peccati originalis quod etiam creditur non contraxisse. Respondeo quod homines in statu innocentie non fuerunt immortales vel fuissent si stetissent propter carenciam originalis peccati sed propter iustitiam originalem et usum ligni vite, quemadmodum ergo filius eius benedictus non recepit iustitiam originalem licet fuit indubitanter sine originali peccato, sic nec ipsi data est iustitia originalis ob plures causas quarum una est quia non conveniret iustitia originalis statim cum illo et penitentem in quo nobiscum pugnare debuit, et licet non receperit iustitiam originalem recepit tamen dignius munus scilicet gratie plenitudinem huic statui gratie magis congruentem. Sed quare hoc donum dei ipsam ab omni peccato et a morte non preservavit sicut iustitia originalis. Respondeo ut verbis utar apostoli, deus aliquid melius pro nobis disposuit et etiam pro ipsa; pro nobis ut esset nobis exemplum humilitatis et patientie pro ea ut esset ipsius corona gloriosior, quemadmodum et victus cumulatior fuit. Ergo ut testatur beatus Augustinus est mortua non propter originale quod non contraxit sicut nec filius eius mortuus fuit propter originale cum ipsum minime habuerit, quia tamen non necesse fuit mortem eius esse satisfactoriam pro peccatis nostris cum iam filius eius benedictus plene satisfecerit, ideo sine omni peccato anima virginis a corpore separata fuit ut testatur Albertus magnus et ceteri doctores, et hoc in signum quod mors illa non esset pena alicuius culpe facte vel contracte. Sed dices si non propter originale nec etiam propter satisfacere pro nobis mortua est. Respondeo ad primum propter tres causas, primo propter implere decretum generale summi imperatoris de quo ad Hebreos: Statutum est omnibus semel mori, quod dicit magister in sententiis et doctores communiter de illis de quibus dicit apostolus quod reperientur vivi in adventu domini et rapientur obviam Christo quod in illo raptu moriantur et statim resurgent et statuto divino de semel moriendo satisfiat, nec eo erat hic dispensandum quia lex hec summi et simplici poterat absque virginis gloriose detrimento et absque omni inconvenienti, quod non potuit fieri si originalem culpam contraxisset. Secundo propter immutabilem voluntatem verbi filio qui ait celum et terra transibunt verba autem mea non transibunt hic autem in Jo xii amen amen dico vobis nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet quod declarans apostolus 1 Cor 15 dicit Tu quod seminas non vivificatur nisi prius moriatur, et post pauca, seminatur in corruptione et ~~vivificatur~~ surget in incorruptione seminatur in ignobilitate et surget in gloria seminatur in infirmitate surget in virtute. Tertio propter legem bonitatis Christi seu eius quod aspera suavia facere et horribilia sine timore, ut igitur non timeremus mori cum audiremus quod filius dei et etiam mater dei dignati sunt mori ut transirent ad gloriam, non debet nobis horribilis esse eadem via immo amabilis per quam tam amabiles persone pertransierunt

Utrum mulieres facientes comas cornutas de capillis vel aliis extraneis crinibus, et que capillos abscindunt ac in sole dealbant peccent. Respondeo dicit in hoc ubi intentio facientis ignoratur, et secundum ipsum recta intentionem sicut pro et bona excusationem admittit non facile iudicant peccatum significanter mortale. Si igitur iste come moderato et decenti formarentur et consuetudo communis patrie haberet quod mulieres illius vel illius status seu dignitatis talibus uti solite sunt, et ipse femine solum intentione placendi viris suis non alliciendi seu provocandi alios, item solum ad convenientiam status sui et honoris sui, ita magistri moderentur non propter superbiam elationem vanam complacentiam aut ampullosam ostentationem credo quod peccarent mortale hoc a veniali excusare non audeam. Si autem aliqua mulier contra consuetudinem vel preter consuetudinem patrie talia faceret vel etiam in qualitate vel quantitate se efferret vel etiam si consuetudo patrie haberet quod et bestialia quod facerent tam magna et potius essent tamquam monstruose portentum quam decens et humana ornamentum potius corruptela vitiosa et contra improvidentie inducta quam tollerabilis consuetudo rationabiliter inducta iudicari deberet et per eius non excusaret quemadmodum corruptelam vitiosam reputo consuetudinem iam inventam de brevis vestibus in viris quibus verenda non teguntur quod hoc est contra legem nature et contra legem rationis et contra legem scripture. Similiter mulieres habentes nimis longas vestes quas ad longitudinem plus vel amplius trahunt per terram quamvis magis decentie habeat quam nimia brevitas in viris tamen quod est argumentum elationis et superbie et propter hoc habet speciem mali tum quia est destructio pannorum inutilis quo pauper inde posset vestiri tertio quod scandalum prebent alios viros et aliis dubio est et de mortali peccato timendum.

Primum super septimum mandatum indulgentie

Augustinus vir doctor preprimus in epistola quadam ad macedonium veniens nobis sic inquit. Mores non sunt nisi ex eo quod quisque novit sed quod diligit dijudicare solent vel faciunt bonos vel malos mores nisi boni vel mali amores, quo circa cum non sit quid sentiat sed quid amet in homine pensandum est quod si quis amans virtutem amabitur ab ea et quod amans facit ipsum vigilare ad eam faciet et ipsum inveniet eam sic ait Salomon prover. viii in persona eterne sapientie que est virtus suprema ego diligentes me diligo et qui mane vigilant ad me invenient me. At contrario si quis non est amator virtutis dato quod eam teneat facile elabitur ab ipso vel potius ipse recedit ab illa, in signum cuius cum virtus ipsa dicitur non quamdam altissimam virtutem dederit quam quod non dilexerunt sed potius per ipsam offensi fuerunt et scandalizati et inimicum vere abierunt ut habetur Io. vi. Nos in hac hora suspendimus

# Tractatus de indulgentiis doct. dorsten compositus tempore Jubilei

In xpo karissime. Sepenumero recepta a diligenti studio vestra scripta studiosa diligentia pro salute fidelium super materia indulgentiarum, in eadem tamen ipse replicabam comprehendique pro ea parte quod indulgentie minimus huius efficatie tria precipue motiva que inter cetera multa proposita vehementius animum meum mouere consueuerunt et non modicum in prima fronte. Primum sumitur ex parte collatorum qui non videntur posse sibi usurpare id quod super eos sunt nisi ex speciali collatione et commendacione huius auctoritatem et potestatem principalem et efficacie eius concessum sunt. Non autem reperitur in textu canonico xpm eis talem potestatem tradidisse, quod si alicubi maior per collacionem clauium et verba illa quodcumque ligaueritis, si ibi communiter patres absolutionem et ligationem fateantur a culpa igitur non pena, quod culpa et pena sunt realiter diuersa et vere dimissio diuersis innititur principiis igitur non videtur dari una remissionem gressa. 2m motiuum sumitur ex parte dispensantium quantum ad disposicionem quibus frequenter inequaliter dispositis equales indulgentie dispensantur quod repugnare videtur equissimo dei iudicio cui se utique ministri eius inequanter pro conformare tenentur. Cumque pro modico opere vel precio ut ita loquar cuique valde grandis confertur indulgentiarum thesaurus quod videtur derogare dignitati preciosissimi thesauri ex amarissima xpi passione et preciosa in conspectu domini sanctorum morte valorem huius. Accedit ad hoc quod non apparet verisimile quod rex tam preciosum thesaurum tam indiscretis ministris ad dissipandum ut sepius estimatur fieri credere tradere voluit. 3m motiuum sumptum fuit ex parte indulgentiarum in se quo ad sui originem. Non enim videntur originari ex merito xpi beatissime virginis et aliorum sanctorum quia meritum xpi dudum esse exhaustum et expensum. Merita autem virginis gloriose et sanctorum aliorum copiose sunt remunerata, receperunt quidem mensuram bonam et confertam in premio retribucionis. Ad hoc adducebantur probationes et confirmationes alie in idem tamen tendentes. Reuerendi lectoris et attencius hoc non parum difficultatis animo meo ingesserunt. Quapropter eciam otio lectionisque quantum officii mei occupata cura permisit operam dedi ut inuenirem quid proprio sensu vero et karissimo amico super premissis tenere, quamquam etiam de ea que in ecclesia est communis fides veritate si qua esset deprehendere et eam postea redderem et licet multa legerem et plura cogitauerim, cogitans sepius esse da occasionem aliquam intelligenti et sapientior erit, sufficere reputabam saltim occasionem aliquam intelligenti dare in etiam paucis dictis sanis dicendum esse sic dicitur. In primis igitur valde nobis in hac materia et consilii commendabile estimo salutare secundum apostoli doctrinam in captiuitatem redigere omnem intellectum in obsequium propter gloriam fidei 2 ad cor. 10. et hoc non irrationabile etiam in materia indulgentiarum tum propter credendum ipsas multiplices, tum propter temporis quo in vita fuere longitudinem, tum propter declaracionem certitudinem, deinde propter fidei beatitudinem. Dixi igitur primo intellectum captiuandum in obsequium fidei propter circa materiam indulgentiarum propter credendum eas multiplices, utique non modo modicorum multitudinis et inertie vulgi quod et sanctorum grauissimorum doctorum duarum eminentium facultatum, a quibus etiam ut fatetur ipse Durandus dissentire non audebat, et si in textu primus de indulgentiis respondit more incedere videatur, tamen hic locum in proposito verbum [illegible] loquendum est ut multi, sapiendum vero ut pauci, quod fidei sinceritas et doctrinam ecclesie veritas non admittit ut aliter doceant quam sapiant aliter omnino quam sentiant presertim in materia salutis animarum concernentem, de harum duarum facultatum testimonio super materia proposita quid videtur in scriptis vestre paternitati pie legite, et me fideliter recitate in ea fide qua dicto [illegible] firmiter credite. Cum in profesto preclarissimi Nicolai studiosius occuparer super rescribendis in materia expedita, et iniectas iam debite ordinandas in utique laborinto mentis subitum me ponerem, cingulum an

matutinum hora decima cepique cogitacionem quas dum volverem iterum sopor oppressit
excitare que mox comparentes eciam quedam alia satis michi accepta adducere
cum quibus me iterum sopor oppressit, et sic videbatur michi quod pro mediam simul con-
venissemus, ad interloquendum super premissis, spaciebamurque versus valvam sancti
Johannis, apud quam conabamur ascendere aggerem ex fossato comportatam, sed non
modicam paciebamur difficultatem in ascendendo propter altitudinem, nimiam pelinam et
montem altum, sic enim michi apparuit undique spinis et tribulis consitum. Eram
autem ego nudis pedibus, et iam aliqui aculei plantis inheserant meis, quapropter
rogavi quod mecum descenderet, pervenimusque in planicie subterposita, virenti co-
lore plurimum venusta. Inter persona quedam scolaris supinus in alto inuecta
tum ut michi videbatur, noticia non habitum persuasit, acquievit per suam et peticioni
mee condescendisset, descendebamus igitur in non modica angustia propter dictas
sed spinarum sentes et tribulorum aculeos, cuspidam denique nobiles frutices virgulas
manibus tenentes apprehendentes pertimui ruinam prevenebam, cumque prope portam istam agen-
tem ad valvam in janua valve erat scriptura in assere affixa cuius verba michi
exciderunt ex mente, summa autem erat pro fide indulgenciarum suscipienda in certo
ad hoc persuasionibus. Idem sub paucioribus verbis deprehendimus scripturam in janua su-
e valva curie seu domus in opposito porte, cognovimus eciam ambo quod scriptura in
janua porte erat senioris theologi in Erfordia et per eum in porta et scriptura in
janua domus opposite erat senioris et potencioris pretoris in Erfordia et per ipsum ibi
locata. Cum igitur pandere et conferre super hiis et precipue de scripturis visis et
auctoribus eorum factum est tempus surgendi ad matutinum, et excitator instrepens
sompnium fugabat, et sompnium sic visum. Surgens igitur ad matutinale officium ce-
cogitabam non omnino negligendum fore sompnium, cum plura que ad verisimilitudinem
quandoque sompniorum facere videntur hic concurrerunt, puta sobrietas cum tunc et aliquibus pluribus
diebus ieiunamento iuxta ordinis mei statum, et quod non in primo sed in secundo sompnio venit
et demum quod vehemens cogitacio et ardens desiderium circa premissa precessit. Non autem
ex hiis quicquam meis volo meritis ascribi si aliquid utile vel veri in hac visione a deo
collatum credatur, quia peiorem valde me cognosco, sed spiritus potius attenditur, credo michi
ad tuam instanciam studium hoc assumpsi et circa quibus fortasse prodesse potui sed in aliorum
noticiam veniat. Solicitabar igitur de visionis intelligencia, indicavique plura in hiis latere
misteria quorum unum solum explicare volui ne superfluus et superstitiosus in sompniis videar
illud unum quod senior theologus et potencior pretorum docuerunt suis scriptis fidem indulgenciis
adhibendam, quod michi pretendere videtur quod duarum facultatum scilicet theologie et iuris doctores
et potiores indulgenciis faveant ipsisque fides sit prebenda.    2o dixi intellectum impri-
cuius propter temporis quo in usu fuerunt longitudinem, verisimile fatemur quod a beato Gregorio et
deinceps thesaurus iste ecclesie cepit, potius susceptam credidimus quoniam et cum loco
doctorum potiores scilicet Thomas et ceteros, beatum Gregorium reformare huiusmodi thesaurum fidelibus credidisse, quod
et hoc pia fide amplector, sic etiam non sustinemus tantos et tot viros de illo sancto plura scribere
aut referre. Transierunt igitur iam amplius quam octingenti anni ipsius usus indulgenciarum. Quis autem
estimare queat fidelissimum sponsum Christi dilectam suam sponsam tot annis tanto tempore
in turpi errore et seductione permisisse, credendum siquidem michi videtur quod beatus Gregorius a patribus suis
accepit et illi ab aliis usque ad apostolos Christi et ad Christum qui dixit, et beatius est dare quam accipere

apostolos docuit quia sequens apostolus se ipsum donavit in persona Christi et ac si Christo dedisset se donasse commemorat. Similiter alii scripsere credimus quamvis scripturam non inveniamus, multa preterea nonnisi docuerunt et tradiderunt apostoli ecclesie que in scriptura canonica biblie non inveniuntur, que tamen ecclesia sancta pia fide et devota observantia amplectitur, quemadmodum fideles veteris testamenti plurima credebant et observabant que etsi in scripturis non haberent, tamen predecessoribus et maioribus suis ea haberent, ad quos etiam legislator eorum eos remittit dicens interroga patrem tuum et annunciabit tibi, maiores tuos et dicent tibi, Deuteronomii xxxii. Et hec fortasse sub nomine indulgentiarum priores sancti raro tractabant, sub nomine tamen remissionum inveniuntur de eis tractasse, unde non sine causa tractatus eorum sit de penis et remissionibus. Et Wilhelmus Altissiodorensis antiquior theologus et ceteris doctoribus in libro iiii summe sue sub nomine relaxationum tractat illam materiam. Scolastici nullibi vel rarissime utentes hoc vocabulo indulgentiarum habere pro hoc plurima motiva, sed presertim sinistre intelligentie occasionem scolasticis dandam fore (vide in capitulo post finem i summe eiusdem). 3º dixi intellectum in obsequium fidei captivandum propter determinationem ecclesie concordantem, cum si quis materiam huiusmodi remissionum in dubium quidam verterent, et pertinacibus assertionibus eas nullas fore astruerent, quod res deo permittente non satis examinata est a doctissimis viris in spiritu sancto unitis et synodaliter congregatis in tribus conciliis ecclesiam representantibus Romano sub Alexandro, Constantiensi et Basiliensi, quorum quod est spiritu sancto ecclesiam dei illustrante gratiam indulgentiarum veram et utilem fore sic attestationibus in dante et recipiente condemnatique sunt tamquam heretici pertinaces Wicleff, Hus et Ieronimus cum eorum sequacibus eorum tenentes et docentes. Quartum dixi intellectum in obsequium fidei remissionum huiusmodi captivandum propter fidei beatitudinem, id est fidei beatificantem efficaciam, et dico beatificantem efficaciam qua quis liberatur ab his que beatitudinem impediunt vel retardant et consequitur ea per que facilius obtinet. Hoc modo veritate fidei frequenter dominus in evangelio promittit remissionem, sicut ibi attribuit curationem a penis variarum infirmitatum et liberationem a malo.

Quid igitur tam congruum quam ut divina providentia sic disponeret indulgentiarum meritum ut pro ipsis fides inveniat locum, quod plenius fit in hoc quod non omnino clare textus biblie ea ponit, sicut et simile est in quibusdam sacris propter eandem causam arbitror, que ut patet pro eis obtinendis non modica est efficacia. Unde satis bene colligit ex dictis magistrorum frater Iohannes in summa confessorum libro iiii titulo xxxiiii rubricella de indulgentiis quod ad promerendum indulgentias requiruntur quatuor, duo ex parte dantis scilicet auctoritas et causa rationabilis dispensationis, et duo ex parte recipientis scilicet contritio vera et fidei devotio in plures efficaciter id pro quo indulgentie dispensantur. Fidei igitur devotio requiritur ut credat in ecclesia sancta thesaurum huiusmodi remissionum fore et apud prelatos ecclesie claves et auctoritatem ad huiusmodi thesaurum ~~huiusmodi remissionum~~ fore prudenter dispensandum, quod quidem fides magna gratia meretur; ubi vero fidei meritum reputatur nimis angusta dispensatio vere est ut concludamus quod adversarius humani generis non cessat variis machinationibus fidem nostram in his et consimilibus dissuadere et per que desperat malignose suggerere tamen clavem apostolice circa claves et potestatem absolvendi specialem a Petro, ubi quod periculose plurimi erraverunt et ad huc hodie errant, vos quamvis nullo modo ignorare. Constat quod sine fide clavium non potest quis eorum auctoritate absolvi a peccatis, quid igitur queremus quod errans circa claves a peccatis solvi nequeat, quo nihil asserti dubie periculosius invenitur. Sic et discredens auctoritatem clavium ad indulgentias se extendi damnabiliter utique errat, reddens se ad tantum fructum tante gratie minus ydoneum. Credamus igitur sponsam Christi sanctam ecclesiam ab eodem sanctificatam per veritatis illustrationem et virtutis largitionem in hac re pia largitate sua bonitate gubernasse pro pusillo grege consolatore quibus filius dei noster.

Ut autem motiva ab initio tacta hanc fidem impugnantia de medio tollantur, quantum ad primum remitto industriam vestram studiosam ad tractatum Francisci Maronis quem

et ob hoc licet in solvendis difficultatibus circa materiam indulgentiarum deficere possem in fide tamen ecclesie confidenter dico multos defensurum [illegible] vos [illegible] sepe [illegible] recedere vos [illegible] illud [illegible] [illegible] sicut beatus Augustinus [illegible] [illegible] [illegible] quod ut ille pro [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] non refugiemus

pro tanto caritati vestre dirigere curavi quid in hoc et aliis officiatus vos informabit quamquam ego
ingenio tardus et doctrina modicus, inquantum sibi eminentia permittit pauca probabiliter loquens
ubi dicitur sic expetenda non est, hoc tamen admoneo non facile reprehendam dicentium suorum assercionem
dicentium christum gessisse facultatem dispensandi indulgentias in hoc quod tradidit ei claves regni
celorum adiciens quecumque alligaveris ligata fore in celis et quecumque solveris soluta fore in celis
duo nempe ibi fidem meam in mea manu indulgentiarum complanantur et roborant primum est quod nomen
clavis sub cuius iusticia similitudine eterna sapientia non sumpsit potestatem huiusmodi insinuare volui
eminentis per hoc apud ecclesiam fuisse thesaurum quem claudere et aperire possit, amplius nomen
nomen clavis instituit de fide remissionis pene per viam redempcionis mediante thesauro
ecclesie quam de fide solucionis culpe seu vinculi peccati, pro quo aptior videretur clavis vel solutio vel
aliud huiusmodi quam clavis nisi pro quanto huiusmodi solucio refertur ad apercionem regni celorum quod et pro tanto
dominus addidisse videtur quod tamen non excludit quin etiam per claves intelligatur auctoritas dimittendi
penas quia soluta culpa et non pena adhuc regnum celorum sic soluto minime patebit unde propter
ad propositum dicit beatus thomas super iiii quod clavis spiritualis dicitur ad similitudinem clavis corporalis quo remo-
vetur obstaculum quo minus introitus pateat alicui in domum. Est autem duplex obstaculum
intrandi regnum celorum scilicet reatus culpe et pene igitur clavis predicta utrumque removere poterit
et debebit et secundum hoc diffiniunt clavem esse potestatem removendi vel dimittendi obstaculum regni
celorum. Insuper et hoc non videtur neglectum fore quod dominus dicit quecumque solveris et quod tunc videtur plenam
potestatem et liberalem commissionem super plura seu plures actus, ex quo etiam solvi videtur
racio sollicitudinis vestre qua arguitur, cum pena et culpa sint realiter diversa, et earum remissiones
innituntur principiis diversis videtur quod earundem commissio non conveniendo. Respondetur quod ista commissio
non est aliud quam collacio potestatis, una autem potestas pluribus frequenter se in multos actus etiam spe-
cie differentes ut claret in potentiis anime de potestate volitiva respectu actuum contradictoriorum et contrariorum
ut in iiii ethicorum. Sic una potestas mediantibus diversis virtutibus se in plures actus et forte contrariorum
gerit quod isti diversi actus remissionis culpe et pene frequentant diversas virtutes quod non absurdum
plures tamen virtutes in et sub eadem potestate concurrere ad operacionem plurium actuum nemo negat.
Est autem conveniens proposicio clavis formam dat gratia eam solutivam virtualiter sic dominus clavis et confert
potenciam absolvendi dedit et gratiam et virtualiter virtutes quibus uti habebit illa potestas ad
operacionem plurium actuum suorum. Quantum ad secundum motivum de inequalitate dispensacionis quo ad tempus
et equivalente dispensacione quo ad confessionem, quod non parum movisse vos considero similiter
et incipiam fateor. Animadvertendum dupliciter quod indulgentie variis dispensantur modis et formis quia
aliquando datur certus numerus annorum vel dierum quemadmodum quod constituit centum dies et septem
Quadraginta largiri communiter quantas autem valeant illi centum vel quadraginta dies varii sunt
modi loquendi doctorum que tamen varietas fidem indulgentiarum non infirmabit sicut nec circa sacramentorum
Unus igitur modus est qui vobis magis placet et michi non displicet videlicet quod tantum valeant
quantum penitens participans earum solveret satisfaciendo per penitentiam observata seu perfectam
tot diebus, et quia amplius valent opera satisfactoria ex maiori fide caritate et devocione
peracta quam remissiori, claret quod inequaliter dispensari non equaliter participant. Sed oritur hic
dubium an opera omnium dierum illorum mensuranda sint secundum valorem caritatis prime diei vel
ultime vel plurium intermediorum vel omnium simul, michi videtur salvo iudicio saniori quod secundum
mensuram caritatis in qua est dum percipit indulgentias quia si motiva huiusmodi minuerentur
Aliquid diversificatur forma collacionis in tamen prout qua conferuntur nam quidam ~~indulgentiam~~ [illegible] pre-
racione cuius dantur indulgentie committuntur et relinquuntur confessoribus prospicientibus indulgentias ut secundum
possibilitatem facultatum et dictamen recte racionis conferant de facultatibus suis pro procuranda

quod tamen hntes caritatem nichil q
sequitur hntes parva non [illegible]
maiore [illegible] compleri [illegible]
principe pro [illegible]
et sedi laborandum est

tali vel tali mutatione ecclesie et tunc iterum claret quod non equaliter se disponunt qui non equaliter bonas sanas et sinceras hinc ecclesie indulgentias ut supponimus notum. In hiis igitur formis non videtur motivum contra indulgentias propter inequalitatem divine iustitie repugnantem, nam satis clare equalitatem iudicium respectu dissimiliter dispositorum. Aliquando autem dantur indulgentie sub tali forma ut quicumque hoc vel hoc fecerit per specificationem operis vel tale vel tantum dederit pro determinacionem dom exponendi pro subsidio ecclesie mereatur dimissionem omnium peccatorum hoc est totius pene vel dimissionem medietatis vel tercie partis omnium peccatorum suorum sicut anno domini 147.. dabantur plenarie indulgentie omnibus laborantibus unum mensem vel conferentibus unum florenum Renensem pro reedificacione collegii prope Wormaciam, in hoc casu maior est difficultas. Dicendum tamen quod si bene aspiciatur invenietur quod adhuc divina observatur equitas. Nam ad hoc quod quis mereatur indulgentias necesse est eum fore in caritate, caritas autem facit opera pietatis primo et primaria intentione propter deum quod sunt bona. Bernhardus: mercenaria non est, esset autem mercenaria si principaliter pro obtinendo precio thesauro indulgentiarum ageret, quod non licet quamvis secundaria et minus principaliter intentione ipsum querere possit, non tamen ut redemptionem pene debite, quod vere motivum impedimentum veniendi ad deum quem diligit. Constat autem quod perfectior caritas plenius meretur deum et amplius in premio essentiali. Igitur salva est ubi equalitas dei divina salvum quo ad meritum essentiale quod principaliter attendendum est. Ex quo sequitur primo et finaliter intentione quis ageret propter indulgentias non ageret ex caritate et per quod nichil mereretur. Et ob hoc videtur michi salvo iudicio meliori quod huiusmodi oratores essent in confessionibus pro et apud deum de maiori premio quo ad gratiam et gloriam et etiam quo ad remissionem pene aliquo modo si simpliciter et pure ex pietate et caritate opera pietatis exercerent, quam propter quascumque indulgentias, quemadmodum etiam in obligationibus estimo, ubi cum quis facit bonum aliquem obligans eum hec vult ad cottidie missam dicendum, ubi inutilius est periculum tam ex parte obligantis qui forte impura et pecuniali sive symoniaca intentione obtenebratus est, quam ex parte recipientis qui aliquando indispositus cogitur ad altare. Credo non cessasse olim in primitiva ecclesia, et longo tempore post hoc fideles qui simpliciter obtulerunt bona sua pro cultu dei instituendo vel continuando exspectantes fiducialiter remuneracionem a domino deo. Si diceret quis adhuc stat iniquitas quantum ad thesaurum indulgentiarum quod inequaliter dispositi in suffragiis ecclesie equaliter disponuntur.

§ Respondeo dupliciter primo quod hoc reputatur magnum inconveniens quia ista largitio immo largitio dei et ministri eius qui non debet esse parcus ubi deus est largus, sed mere datur liberaliter datur non tamen pensando disposicio et dignitas recipientis sicut largitas seu liberalitas donantis quod ipse deus videtur insinuasse in sermone ad murmurantes contra ipsum quod equales fecit posteriores prioribus qui tamen inequaliter laboraverunt in vinea, ait enim deus an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum an non licet michi facere quod volo, possent adduci plura pro hac conclusione, quod etiam in maiori deus inequaliter dispositis quo ad unum indultum equaliter donat, vel etiam quandoque minus dispositis maiora donat sicut in gratia questionis in parvulis quorum unus venit ad gratiam baptismalem alter non, et similibus que ipse melius invenietis. 2o tamen quod non est difficile omnino providere quod licet equaliter operentur opus pro quo datur non equali caritate et ob id non eque dignum opus pro consequendis indulgentiis, in hoc enim precipue vis pendet motivi quod non equivalentibus spiritualiter operibus comparatur equalitas precium, sed constat quod valor operum nostrorum habetur originaliter ex caritate dicente beato Gregorio in omelia de apostolis nichil habet viroris ramus boni operis si non pullulet ex radice caritatis, communis igitur inquam non equivaleant istorum opera quorum est ex habitudine ad caritatem et ad consecutionem meriti essentialis quod principaliter respicit caritatem, deus tamen omnipotens potuit ordinare quod equaliter se ad

Nota Henricum de Gandavo quodlibeto xiii q. xviii quarta opus et de simo factum

dei et iustitia

ad meritum illius nunquam primus sit remissionis pene per dispositionem aut eius circumstantiam consideramus quo ad propositum et quo ad merendum indulgentiam supplicatio desiderium intentionem in caritate quo ad comparationem ad alium. Ad quintum similiter additum vero quod absurdum apparet quod christus suis sanctissime et amarissime passionis deum passum pro tam equali temporali facto vel dato tantum bonum christo sicut nunc et alios quod non datur pro temporali sed pro spirituali primo et principaliter licet temporale tamquam effectum et signum affectus seu caritatis etiam requiratur, pro quo et communiter dicitur dari. caritas autem sive pietas quantumcumque modica non est vilis, quia quod vero ad merendum deum et gratiam vel gratie augmentum non debet reputari insufficiens ad merendum dimissionem pene, caritas autem etiam remissa vero ad merendum deum et augmentum gratie ut declarat venerabilis Hugo

Ad sextum hunc motivum annexum vero quo dicitur absurdum apparere quod deus summis pontificibus adeo preciosum thesaurum domus dei committat tam indiscretis dicendo nostris dispensatoribus vel potius dissipatoribus, tale ad formam [illegible] claves etc. etiam quo ad absolutionem peccatorum dicentium malum sacerdotem existentem in mortalibus peccatis non posse absolvere a peccatis penitentes propter hoc non est verisimile quod deus committat tali claves regni celorum cum villanus non committeret claves promptuarii sui, quem errorem doctor subtilis excludit in quarto et beatus pater Augustinus super se eundem errorem confutat. Et tum vice quadam conferret cum reverendo quondam sancte viro quondam doctissimo et in certis negotiis experto, sermoque in medium veniret de indulgentiis devotis et conversis ad deum deum magna merces ab eo et non potest [illegible] non influere eis qui se ad eum convertunt sicut sol ipse corporeus existentibus superficialiter etiam sua omnibus influit. Sed estimo quod prelati equaliter dispensatores pensent debitum pro loco et devotione et quod filii fidelium in ecclesiam eque igitur omnes filii dilectionis ecclesie vel equali pietate nunquam sunt venerandi. Sed apostolus reprehendit corinthios pro eo quod dispensatores et desidentiam gratiam dei videbantur et hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur. Ad tertium motivum sumptum ex parte indulgentiarum in se quo ad earum originem remitto vos etiam ad tractatum supradicti Francisci de merito [illegible] quo ad sanctificationem operis in se vel motivis passionis seu pene in se addito advertendum deum b. loco Gregorius et Beda quod deus in opere pietatis non pensat quantum sed ex quanto, unde vidua paupercula Marci xii plus omnibus misisse dicitur in gazophilatium dicitur tamen regitur spiritus et hoc quo ad caritatem legitur x dare non ad mensuram igitur passio christi et tanta caritate immensum [illegible] valoris fuit quo caritas christi dicitur eadem collata non ad mensuram Jo iii. De merito autem beate virginis et sanctorum placet michi dominus Franciscus et Thomas de Argentina dicentium quod opera beate virginis non fuerunt minus valoris quam opera aliorum penitentium, ille autem per opera sue pure merentur deus sibi dimissionem pene et etiam aliquem gradum glorie igitur sic virgo gloriosa et alii innocentes. Sed diceret quis penitens equali opere pro eo quod ipsum merebatur aliquam dimissionem pene non meretur tantum gradum glorie sicut si non esset debitor pene et per quos alter non existens debitor pene maiorem meretur gradum glorie etiam consimili actu, quem tamen consequitur plene remuneratum, ad hoc dicendum quod iniustum esset apud deum quod duobus operantibus consimile opus ex equali caritate licet unus sit debitor alicuius pene alius non, non daret equale premium in gloria, quia videlicet aliqua portio vel particula de eterno gradu defalcaretur illi pro pena que computaretur eternum pro temporali. Nam quilibet gradus in premio glorie sive essentialis sive accidentalis est eternus et omnis pena vere penitentis est temporalis, unde clare sibi fieret iniuria et videtur bene consona quod accedens in gratia et caritate aliquante latitudinis cui correspondet certa latitudo in gloria proportionaliter ex quo nichilominus debitor gravis pene etiam usque ad diem iudicii potius eligeret solvere illam penam in purgatorio quam minimum gradum de latitudine glorie sue consequendo pro illa pena committeret, testante

hec exempla sanctorum patrum quod scribit Greg(orius) in dialogo et Severini quod scribit Petr(us)
Damiani qui mortui in terris claruerunt remanserunt in purgatorio pro tempore et magnorum meritorum
fuerunt apud deum et tamen anime eorum penis purgatorii cruciabantur quod utique per aliquorum condignam
meriti satisfactionem et glorie sue redemisse potuissent si deo placuisset et ipsa voluissent, quid autem
hoc prohibuit nisi inequalitas compensationis, ad propositum igitur redeundo tenendum videtur
quod opera penitentis in ad merendum certum gradum glorie ex caritate certe magnitudinis
et nichilominus ad remissionem pene et non minus valuerunt opera virginis gloriose et aliorum
innocentium, etenim ipsa isto valore scilicet pro operibus suis bonis pro se non indiguit claret quod aliis
liberaliter communicavit, et facit ad predictorum declarationem doctrina venerabilis Wilhelmi parisiensis in summa
sua virtutum ubi docet quod opus virtuosum et virtuosissimum ex virtutibus illis ex quibus elicitur vel
imperatur trahit singulariter progenitiva dignitatem valorem et decorem ut ex hiis tunc quedam consequentis
publicationem nota illud Luce xiiii qui se humiliat exaltabitur etc. prout docet communis doctrinam
quod opera ex voto ceteris paribus sunt nobiliora consimilibus non ex voto propter valorem specialem
quem accipiunt a virtute latrie et obedientie, quamquam igitur unum opus una tamen virtute solum
elicitur interius opus interius tamen ex pluribus potest imperari et a pluribus nobilitari et validi
tari. Ex virtutibus igitur pacientie pene et humilitatis proprie satisfactionem etiam ex aliis opus bonum
trahere videtur vim et valorem satisfaciendi, has autem virtutes quas credit vacuas fuisse
in Maria et non actum aliquem imperasse vel elicuisse, et hec in materia de connexione
virtutum ubi dicitur quod licet unam habens omnes aliquis dubitent de virtute penitentie quo ad sanctam
Mariam que nulla penitentia indiguit, quod enim ipsis concessam quo ad se tamen pro aliis eam
habuisse et exercuisse nequaquam dubito, Et nempe si caritas apud nos imperfectos aliquid facit
unum dolere pro peccatis aliorum et pro eis orare et satisfacere quanto amplius in virgine gloriosa
plena gratia que virgo prudentissima nec clementissima cernens tot vulnera animarum in filio
suo ex intimis visceribus condoluisse et eorum vulnera flevisse, quod ad partes virtutis penitentie
non inepte attribuendum puto licet secundum strictam quandoque vocabuli acceptionem penitere dicitur solum
ille qui peccavit quod non nego sed virtutis gratiam cupio ampliari     Captivato intellectu
in obsequium fidei christi quod omnino in hac materia consulitur videtur et procedendum esse et ut aut
qualiter ex premissis ostensum relinquitur hec et evidentiora pro dilucidatione indulgentiarum vestre inve-
nire nequivi, qua propter etiam alia quedam per vos inquirenda vobis ipsis solvenda relinquo, ut ingenii
et scripture copiam vobis sufficientem adesse non dubito, pro quo captivando necesse est dici ad
intoxicandum enim fides vera sit dei virtus desuper infusa non humanis studiis acquisita, captivatio
autem hec per doctrinalem fit, [illegible] omnis doctoris dei     Per predicta igitur patet quid
sentiendum sit de duabus partibus [illegible] que in principio loquebantur de potestate principali conferendi
et dispensandi indulgentias, et etiam taxandi penas suspendi non potuerunt, quis enim
diffiteri audebit apud sacerdotes confessores esse ministerialem potentiam taxandi penam
debitam pro peccato cum ubi [illegible] hoc de integritate sacramenti penitentie iudicis et si
non notabiliter errat in taxando et in iniungendo, deus ratificat opus suum ut fere omnes
docent tam theologi quam iuriste asserunt, dato etiam quod persistit misericordiam debitam secundum opinionem
divine iustitie non tangeret, supplet enim illum defectum si non sint nobiles ex clavi
notabiliter errante virtus ipsa clavium ut pulchre deducit Hugolinus super iiii. Item scribit
beatus Bernhardus super Cantica est quod beatus Tho(mas) dubitans in fide palpans factus est constantissimus
confessor resurrectionis, et de beato Aug(ustino) legitur quod pluries captus in errore manicheorum [illegible] penitus
sunt actione destructe, similiter refert de quibusdam sacerdotibus Bohemie/

215 v

### Nō insta^m p ocron doctrine suscipiende de indulgen

Circa quiditatem indulgentiarum estimo quod primo sint intencionem apostolorum et eorum ... iniunctas quod eum ecclesia iniungebat relaxare poterat, et quod non est sperandum vel credendum quod illis consonare in summa pena quod tunc ad graviores penas ... igitur in primitiva ecclesia quando multe et graves pene peccatoribus iniungebantur contingebat sine dubio aliquos qui aliquas eas explere infirmitate vel alia causa nequiverant et tunc petebant sibi eas relaxare a iudice suo qui eciam remisit ad superiorem dubitans an quod dei vice iniungit indulgere posset et sic ad summum pontificem venerunt sicut plures videmus in exemplis primus tepidos, et pie prudentes duo providerunt remedia ut ... pene minuerentur et essent arbitrarie, 2º quod per indulgencias redimerentur et propter aliquod ... fortasse non solum peterentur sed generaliter indulsit, et ad alia opera pia diverterit in eum quemadmodum primo opera satisfactoria erant satis gravia sic eciam opera indulgenciarum olim erant maiora, et quod illo pie et probabiliter estimo quod venit iubileus Gregorius primo hoc per statutum in scriptis posuit dirigens ad eciam opus suum

Item premissa collecta sunt in confuso ita ut non observatur sic modus sive processus congruus quare in suum ... reperi de indulgenciis tractando tales videre congruus processus ut materiam in duos articulos dividerem primus de indulgenciis in se consideratis 2us de requisitis dispositivis et primus articulus dividetur in tria puncta primus de indulgenciarum quiditate 2us de ... 3us de earum utilitate. Quiditatem exprimit diffinitio ... veniens ... primo ex usus earum longevitate / eorum certitudine credulitate quod dicit auctor / utilitates earum multe etc


Ptas ecclesie in tres actus
realiter distinctos ad quos
tenetur reducuntur
Ptas ecclesie plena est in
Papa subiective et executive
Ecclesia regulative et suppletive
Ptas ecclesie limitata et ordinata est in
Episcopis
Curatis
Purgare
Perficere per sacramentorum institucionem
Illuminare
per dimiracionem sicut per indulgentias
per penitenciam sic eciam vel meritorum bonorum stacionum
per predicacionem doctrinalem
legum et canonum institucionem
Baptismus
Confirmacio
Eucharistia
Colla[ci]o ordinum
Penitencia
Matrimonium
Extrema unctio
quo ad consecracionem
quo ad administracionem
Episcopus solus in consecrando

Nota quoniam ista opposita doctor Io. dorsten et dedit eundem librum qui habuit [illegible] sedente in ecclesia et sunt [illegible]

Quia diebus istis videlicet circa annum domini Mmo cccc mo lxv mo quidam pestiferi ac venenosi de latebris suis exeuntes heretici erroris sui multiplicatis verbis in ecclesiam dei nequiter erumpentes surrexerunt sue deliracionis commenta tertium quendam statum novum testamentum removentem et destruentem confingentes qui circa annum domini 1471 asserunt venturum et quod secundum beatum Iheronimum super Danielem heresis cum pullulare inceperint in principio extinguende sunt ut prius capite mortifero tollatur serpentis venenosi ne eius dilatationis radix pessima nimium in perniciem gentis fidei succrescat et invalescat, contra talia pestiferi generis viperei gladium adhibet et ignem omnesque catholicos fideles in eradicatione errorum et extinctione tam operabiles procurent. Hanc ob causam ego frater Iohannes ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini sacre pagine professor minimus licet quod tunc inveniam super materiam premisse ut fictus in ea latens revelaretur et veritas catholica inviolata persisteret quaestionem subscriptam in quodlibetaria disputatione Erfordie solempniter celebrata anno domini Mo cccc lxvi suscepi determinandam cum duobus problematibus annexis ut in hoc [illegible]

Est igitur tenor quaestionis talis

## Utrum tertius mundi status quem Ioachim abbas ymaginatur et hereticorum conventiculum minatur catholice venturus astruatur postquam annus domini Millesimus cccc lxxi compleatur?

Et arguitur ad partem quaestionis et primo videtur quod ad partem affirmativam auctoritate et ratione. Auctoritate prophetica Osee vi: post duos dies in die tertia suscitabit nos et vivemus in conspectu eius, quod non videtur aliter posse intelligi quam quod post duos status mundi in tertio vivificabit nos. Et quod vivificare attribuitur spiritui sancto iuxta illud simboli: et in spiritum sanctum dominum et vivificantem, sequitur tertius status seculi qui erit spiritus sancti videtur expectandus. Et ratione sic: Non est minoris virtutis aut dignitatis spiritus sanctus quam pater aut filius, sed patri attribuitur primus status scilicet veteris legis que secundum beatum Augustinum est lex timoris, timor autem respicit potentiam que attribuitur patri, et status secundus scilicet legis evangelice attribuitur filio dei qui est dei filius et sapientia ab apostolo predicatus, et lex evangelica est lex discipline; igitur expectandus videtur tertius status spiritui sancto attribuendus. Consequentia est plana et antecedens maior est simboli Athanasii: qualis pater talis filius talis spiritus sanctus, et sequitur immensus pater immensus filius immensus spiritus sanctus. Minor in assumendo est declarata. In oppositum et pro veritate arguitur similiter auctoritate et ratione. Auctoritate Ezechielis primo: Et erat aspectus rotarum quasi rota in medio rote, quod communiter exponitur de veteri et nova lege quibus redimimur ad patriam, et quod non sit alia lex preter illas duas expectanda. Item Samaritanus in curacione semivivi supererogavit duos denarios Luce x, quod similiter exponitur de duobus testamentis in quibus gratia sufficientissima ad curationem hominis vulnerati, et per consequens non est aliquod testamentum vel status tertius vel tertium expectandus vel expectandum. Et ratione tali: non est post novissimum statum vie alius status in via expectandus, sed novum testamentum est novissimus status vie, igitur post ipsum non est alius status expectandus. Consequentia clara cum maiore, minor probatur per illud Pauli apostoli i Corinthiorum x: Nos sumus in quos fines seculorum devenerunt, et prima Iohannis ii: Filioli mei novissima hora est, quod exponens beatus Thomas super iiii sententiarum xlvii distinctione, id est novissimus status est; non est igitur alius status expectandus. Item psalmus xxxii dicit: Consilium autem domini in eternum manet, cogitationes cordis eius a generatione in generationem; sequitur habetur quod consilium dei super salute generis humani et dispositio sive divina providentia currit a generatione in generationem, id est a veteri testamento in novum testamentum. Unde beatus Iheronimus super Danielem dicit quod generatio et generatio significant in scriptura duo testamenta, et consonat dictum salvatoris Math. xxiiii: Amen dico vobis non preteribit generatio hec novi testamenti donec omnia fiant. Duplex est enim generatio, scilicet prima que est nature et secunda que est gratie ex aqua et spiritu sancto. Item duo Seraphin super solium dei Ysaie vi sunt duo testamenta secundum Hugonem de archa Noe c. 3. Item ad Galatas iii dicit apostolus: Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius

Hic tempori [illegible] in colla x [illegible] ipsius [illegible] sicut duo seraphin super solium dei ysa. vi. sunt duo testamenta secundum hugo de archa noe c. iii

non dicit seminibus ex hoc apostolus vult probare quod promissio abrahe facta respiciat unam tantum generationem scilicet novi testamenti et ex hoc insurgunt galli quod non dicant simul tenere duo testamenta et duas generationes Item abacuk in medio duum animalium cognosceris exponit scilicet in medio duorum testium et consonat ysidorus super exodum exponens misterium duorum cherubin sic dicens Per duo cherubin intelligi volunt duo testamenta que propiciatorium dei et christi obumbrant sacramenta testante propheta in medio duorum animalium cognosceris hoc versus utrique se respiciunt dum in spirituali sensu veteris testamentum cum evangelio concordat / ad idem beatus Greg. in omel. v. ferie post pascha ubi ex duos angelos apparentes marie magdalene dicit duo testamenta representare / non igitur etiam tria testamenta Item apostolus ad gala. x. scriptum est enim quod abraam duos habuit filios unum de ancilla et unum de libera que per allegoriam dicta sunt hec autem sunt duo testamenta allegoria secundum beatum Greg. instruit fidem et docet credenda solum igitur duo testamenta credenda sunt non tria Item ysidorus hispalensis super exodum tabule prime primo confracte ymaginem mostrabant prioris legis non post longum intervallum pro peccato populi cessantis. Alie vero ad instar priorum facte misterium novi testamenti habuere figuram / iste non franguntur ut ostendatur novi testamenti eloquia permansura Idem descendens moyses de monte facies eius glorificata videtur et in velamine tegitur / quia finis legis in sua gloria sed secreta in eo et cornua duorum testium quibus contra dogmata fluitantium incedit armata Idem archa est ecclesia in ea sunt due tabule lapidee testimonii propter duplicis testamenti perpetuam firmitatem Et propter argumenta pro partibus hinc inde adducta quo relinquitur dubia etc. Problema primum habet quod ante est illud

.V. quis talis hereticus censeatur per quem falsum dogma in ecclesia dei seratur

Problema 2m

Utrum dum aliquis hereticus sive maleficus educatur mactandus quilibet in mortem illius consentiens sit irregularis indicandus

Desiderans iuxta paritatem mee modulum propositam questionem cum pleniori dictis anceps presupposita protestatione in scolis theologorum solita cui quamdiu spiritus meus adherebit corpori dei gratia et ego adherere semper Tres prosequar articulos quorum primus quedam notabilia questionem illucidabit 2us per conclusiones et corollaria eandem determinabit tertius vero plenarie difficultatem enodabit Quantum igitur ad primum sciendum quod altiusculus divinorum misteriorum contemplator validissimus hereticorum malleus et confutator aurelius aug. xviii de civitate dei c. lii. tractat quo quidam intelligunt humanis coniecturis presumere ventura super ecclesiam christi unde primo dixerunt quod ecclesia x. persecutiones debuit perpeti ad modum x plagarum egipti et quod post decimam persecutionem que facta fuit sub diocliciano et maximiano non esse aliquas passuram persecutiones usque ad tempus antichristi a quo undecimam et novissimam dixerunt futuram Sed refellit ibidem beatus aug. eorundem presumptionem quo ad tria / primo refutando illam adaptationem persecutionum etc. ad plagas egipti dicens Ego per istas res gestas in egipto istas persecutiones etc. prophetice significatas esse non arbitror / sed coniectura mentis humane est que aliquando ad verum pervenit aliquando fallitur / per quod dictum beati aug. maior pars libri abbatis Ioachim de quo statim audietur similiter reducitur / nam ut dicit beatus tho. super iii sententiarum Coniecturis enim humanis quis sepius fallitur cum incerte sint providentie nostre sapientie ix 2o ostendendo x persecutiones notabiles et magnas preterierunt scilicet eas que fiebant in iudea a beato paulo ante eius conversionem ab herode et ceteris persecutoribus et adversariis christi 3o quia post illam decimam graviores tribulationes ecclesia perpessa est scilicet a valente imperatore / a totila rege gothorum a wandalis et aliis quampluribus unde claret falsitas vaticinii eorum Et amplius iam claret propter persecutiones horribiles factas ab imperatore frederico et etiam temporibus scismatum Consequenter nec sunt tempus ultime persecutionis determinare ut refert idem beatus aug. ubi supra c. liii dicens alii quadringentos alii quingentos alii mille annos ab ascensione domini usque ad ultimum eius adventum compleri posse dixerunt secundum quem modum ante quisque contra astruat opinionem suam longum est demonstrare et non est necesse cum etiam quippe utrimque humanis non ab eis aliquid certum de scripturis canonicis auctoritate proferunt. Haec Augustinus. Talium igitur collectorum unus fuit iste Joachim Calaber id est de Calabria abbas monasterii Florensis de quo in titulo, quem quidam asserunt spiritu dotatum prophetico ut Johannes Boccacius in libro de mulieribus claris quasi in fine in capitulo quod incipit Constantia in haec verba: Joachim quidam Calaber abbas prophetico dotatus spiritu Wilhelmo Siculorum regi, dum ei filia quaedam nasceretur, dixit eam regni Siciliae desolationem futuram, quod et ita factum est ut subdit idem in fine eiusdem capituli quia ipsa enixa fuit Fredericum qui postea in monstruosum evasit hominem et Italiae totius nedum Siciliae pestem ut non evacuaretur abbatis Calabri vaticinium. Haec ille. Dicit tamen Guillelmus [illegible] in summa sua virtutum parte prima ubi agit de donis quod iste abbas Joachim de seipso dixisse invenitur quod non erat dotatus spiritu prophetiae sed spiritu intelligentiae. Et esto prophetico dotatus spiritu fuerit, non ob id credendus est ut quicquid dixit aut scripsit tamquam spiritu prophetico prolatum et verum accipiatur. Nam ut testatur beatus Gregorius omelia prima super Ezechielem aliquando prophetae sancti dum consuluntur quaedam ex suo spiritu proferunt et se haec ex prophetiae spiritu dicere suspicantur, et per hoc eos contingit errare ut patet de Nathan propheta ii Regum vii. Et si illud sit prophetae ex spiritu prophetico aliquid deprehenditur, quanto magis hi de quorum sanctitate non constat. Non enim omnes prophetae sancti fuere ut de Balaam Numeri xxii et xxiii et de his de quibus Matthaei vii: Domine nonne in nomine tuo prophetavimus, quibus tamen dicitur: Nunquam novi vos. Quos sine dubio possibile est amplius errare. Sic iste Joachim de quo ad propositum in pluribus erravit. Non tamen haereticus est censendus quia correctioni ecclesiae se submisit ut in glossa super capitulo Damnamus.

Errores Abbatis Joachim

Primo igitur erravit circa circa benedictissimam trinitatem ut habetur sicut iam dixi de summa trinitate et fide catholica capitulo Damnamus ubi dicitur ipsum asseruisse non esse veram et propriam unitatem essentiae sive naturae divinae in tribus personis supponendum sed quasi collectivam et similitudinariam quemadmodum dicuntur multi homines unus populus et multi fideles una ecclesia. Et ob id dixerit illas propositiones concedendas pater et filius sunt una essentia divina et tamen nulla essentia divina est pater filius et spiritus sanctus sicut in scholis conceditur etiam a pluribus iste concedunt Plato et Cicero sunt unus homo et tamen nullus homo est Plato et Cicero. Sed non est simile quia pluralium hominum non est unitas vera et realis sed solum collectiva vel intentionalis secundum dominum Egidium super sententias dist. ii. Sed benedictissimarum personarum divinarum est unitas essentialis vera et realis et ideo sicut ista conceditur pater filius et spiritus sanctus sunt una essentia, pater et cetera, et ista una essentia est pater et filius et spiritus sanctus, similiter unus deus est pater filius et spiritus sanctus, quemadmodum magister sententiarum in libro i dist. v in capitulo Probatur sufficientibus sanctorum doctorum testimoniis demonstrat, nec ex hoc sequitur quaternitatem fore in divinis et non tantum trinitatem ut idem Joachim magistro imposuit quia illa summa et ineffabilis essentia veraciter est tres personae simul ac singillatim quaelibet earum velut quoddam quartum propter quod necesse sit ponere quaternitatem et non solum trinitatem.

Secundo idem Joachim in compilatione quadam super Apocalypsim beati Johannis secundum trinam benedictarum personarum distinctionem trinum statum asserit dispositum secundum mundi cursum temporaneum sese succedentium. Primum dixit patri attribuendum, secundum filio in quo sumus, tertium spiritui sancto quem secundum eum expectamus et expressit certum numerum annorum scilicet 1300 ante cuius numeri expletionem illum tertium statum putabat inchoandum secundum modum et formam per eum descriptos. Sed in hoc deceptus est quia numerus ille diu transiit nec tamen status ille secundum suam descriptionem venit. Quod quidam tamen alii et signanter quidam temporibus Alexandri papae positionem servare volens aliud terminum fixit dicens quod anno domini 1410 veniret dei filius in terris et unificabit omnes carnem in uno spiritu et durabit in unum ovile annis 1477. Fundamentum eius est quod dixit apostolus: Modicum iam et non videbitis me quia vado ad patrem et iterum modicum et videbitis me et gaudebit cor vestrum et hoc in

2º adventu, ex quibus verbis notat dominus medicus super primo dicit Christus non fuit visus ab ecclesia
ascendens ad patrem 2º videbitur descendens a patre ad ecclesiam quod dicit quod quanto tempore
stetit non visus ab ecclesia tanto tempore stabit et videbitur in ea, quod quidem tempus occupavit
primum medium tum occupabit 2m medium sed primum occupavit annos 1376 computando
ab ascensione domini usque ad annum ab incarnatione 1410 igitur et secundum medium tum occupabit. Et dicit
quod ille 2us adventus domini non est ad iudicandum sed ad regnandum et de illo dicit intelligi
articulum sed et ipse venturus est ~~iudicare~~ cum gloria iudicare, sed quod tota ecclesia contradicit huic errori
similiter tempus notatum transivit et nondum status ille venit, relinquitur igitur ut prius. Item rex
Anglie Eduardus qui fuit tempore Henrici imperatoris iii dixit quod circa annum domini 1148 deberent
fieri que Christus predixit Matthei xxiiii futura in fine mundi sed verum est quod tunc fuerunt multa
bella et mortalitates et fames igitur predictum illius sancti accipi quod erant circa illud tempus
aliqua futura similia eis que dixit Christus futura in fine mundi sic primum et cetere revelationes similes
que videntur sonare pro determinatione temporis futuri iudicii accipi. Item anno domini 1200 quidam
dixerunt quod evangelium Christi deberet cessare et evangelium eternum incipere quod esset eternum et deberet
incipere anno 1260 ut refert Will. de sancto amore. Sicut denique quidam surgunt homines
pestiferi presumentes affirmare quod proximo anno domini 1471 complebitur status ille veniens et
destructionis omnis status ecclesiastici sacerdotum et expositionum sacre pagine sanctorum doctorum, propter quod de hoc
ut veritas elucescat quo mota et proposita est. Notandum ergo secundum Egidium de Roma super 2 sententiarum
[illegible] de [illegible], hereses de tertio statu futuro pullulant ex heresi Manicheorum unde sic
inquit in forma. Notandum quosdam traxisse errorem de secta Manicheorum dicentium novum testamentum debere
aliquando deficere sive cessare dicebant, quod adhuc deberet esse tertium testamentum, nam secundum eos testamentum
vetus est testamentum patris, testamentum novum est filii, et ergo adhuc debet esse tertium testamentum quod erit
spiritus sancti, et sicut adveniente testamento novo ut dicunt cessavit vetus, sic cum adveniet testamentum
spiritus sancti cessabit novum testamentum quod est testamentum filii, secundum hoc testamentum novum non est testamentum eternum
et quod dicimus in canone misse novi et eterni testamenti non est competenter dictum, sed considerata veritate
scripture, hi pro tanto errant, quod distinctionem novi et veteris testamenti non accipiunt secundum distinctionem personarum
sed secundum quod distinguitur veritas a figura quod novum testamentum habet se ut veritas, vetus ut figura huius veritatis
quare cum figura cedere debeat propter adventum veritatis, veritas autem non debet cedere propter adventum
cuiuscumque alterius. Vetus testamentum dicitur transitorium, novum vero describitur eternum, transitorium ergo
erat vetus testamentum non secundum quod continebat moralia et veritatem sed secundum quod continebat cerimonialia
et figuram. Hec ille. Sed quod moderna heresis pullulet ex Manicheis videtur ex eo etiam quod in ecclesiastica
historia li. vii c. xxviii ubi sic habetur in forma, quo tempore sub Felice papa patuit circa
tempora Diocletiani Manes quidam secundum nomen suum insaniens et instinctu demonis agitatus
insanam et execrabilem omnibus heresim docet, hic Manes gente Persus vita ac moribus
barbarus fuit, tam acer ingenio ut insanie vel demonis impleri videretur quod et rei [illegible]
docet, Christum se nunc gerere forma conabatur, nunc esse ipsum paraclitum predicabat. Hic idem pro
fuit auctor erroris moderni qui dicit se ipsum et paraclitum vix ex regno suo ad occidentem
videtur igitur quod ex Manicheis radice sumpsisse ymaginationem Joachim et Cornelius Valdensium et Wi-
klefistarum ex quibus Bohemorum et ipsorum modernorum error successit. Item Leo papa in sermone
de dominica prima post epiphaniam de Manicheis inquit quod docebant in sole et luna colere Christum et
sub nomine spiritus sancti ipsum talium impietatum magistrum adorare Manicheum. Verum ut plenius sciatur qualem
istum statum futurum describunt videlicet primo necessarium duxi hic aliqua referre similia de illis tribus
statibus scriptis videntur in libro super apocalipsim abbatis Joachim in quo tria premittit licet satis intricate et confuse
iuncte de illo nunc de isto perquirit primo venerat et persuadet illum tertium statum ponendum eum
describens qualis sit futurus, et quod non poterit introduci manens mundo et forma status

de heresi nova ex radice antiqua

iam exeuntis sub evangelio que vocatur 2m legem dicit ipsum textum / de quo tamen est secundum eius
principium / est et initium tertio [illegible] determinatum tempus in quo erit casus et defectus secundi
status et inchoatio tertii / quo ad primum igitur dicit secundum unum deum patrem ad quem spectat spiritualiter
pertinet veteris testamenti / unum deum filium ad quem spectat ipsum novum / unum spiritum sanctum qui ex utroque
procedit / ad quem pertinet mysticus scripture intellectus / qui ex duobus procedit / non quod illud dico
quod a cordibus fidelium absit divisa esse credantur opera trinitatis / sed quia in primo statu clariora sunt
opera attributa patri / in 2o opera attributa filio / in 3o ostensurus est spiritus sanctus gloriam suam sicut
filius suam in 2o et pater in primo / addit littera veteris testamenti commissa sunt populo iudeorum littera novi
testamenti populo romano spiritualis intelligentia que ex utraque procedit spiritualibus viris qui in fine venturi
sunt / in littera enim veteris testamenti que ut ita dixerim est secunda primitiva agnosce imaginem patris
in littera de littera imaginem filii in spirituali intelligentia que ex utraque procedit imaginem spiritus sancti
Item post aliqua ait per prius equaliter tres ordines electorum sunt a principio tribus temporibus specialiter
deputati, et semper ante patris et nativitatem filii deo populi electorum sunt ad fidem unius dei sub
duobus testibus iudeorum et gentilis, et post notitiam spiritus sancti qui a patre filioque procedit aliqui
ex utroque prestantur ex eis maxime sub doctrina spiritualium virorum / primus ordo institutus
est in primo sub patre et vocatus ad laborem legalium preceptorum / 2us ordo qui institutus est in filio
vocatus est ad laborem passionum 3us qui procedit ab utroque institutus est ad libertatem contemplationis
scriptura ait testante / ubi spiritus domini ibi libertas / Item pater posuit timorem legis quia timor
est / filius laborem discipline quia sapientia est spiritus sanctus liberare quia amor est quia in illo tempore
beato plenius docebit omnem veritatem / quia sicut non sunt data prophetis sub priori statu sub
veteris testamenti ut opportebat maxime libros moysi in initio scripserunt / de verbis eius ad edificationem
legis tamen / in 2o ante statum gratie in luce claruerunt / ita et si initia sumpsit a patribus expositio
novi testamenti / perfecta tamen eius apparitio in tertio statu solet / scienda sunt / Et sicut littera veteris testamenti
non simul edita sunt sed successive / sic eius expositio non simul claruit sed successive / verum littera novi
testamenti in exordio 2i status simul edita est / ita et apta eius expositio in exordio tertii status [illegible] erit
In illo enim tertio statu erit requies et cessatio a scribendis pluribus libris / et hoc significans
dicit in consummatione templi salomonis tertii Re. vi Item ait sicut in primo adventu domini hoc est in
principio 2i status facta est reprobatio carnalium iudeorum sic in principio tertii status futura est reprobatio
carnalium christianorum / quia sicut tunc ut inquit apostolus ille qui secundum carnem natus fuerat persequebatur
eum qui secundum spiritum / ita et nunc Item in tertio statu manifestanda est illa intelligentia spiritualis
que hactenus sub maiore parte latebat in puteo / ut [illegible] / ut inde sciat
omnem veritatem / littera enim occidit spiritus autem vivificat / littera manet in velamine sub signis figurarum
spiritus aufert velamine ut appareat veritas Sicut enim in 2o statu oportuit fieri credentes christianos sub hec
vidimus / sic in senectute mundi id est in 3o statu sub spiritualium intelligentia / et tunc penitus
deficiet regnum carnis / hoc quod ipsum erit inchoatum iam dies agitur est a duobus [illegible]
Cum igitur appropinquasset ysaac / et vidisset eum rebecca ait servo / quis est homo ille qui venit per
agrum in occursum nobis / cui ille dixit ipse est dominus meus quo audito rebecca tollens cito
pallium operuit se / videbit enim ecclesia in 3o statu veritatem / et non cognoscet illam statim est quoniam
fidelis servus et prudens reddat illi per omnia rationem et perducat eam per doctrinam spiritus ad veritatis
notitiam / qua sub veritate comparata cooperiet se pallio iustitie sue sicut in apocalypsi de ruina babilonis
apostolus dicitur / gaudeamus et exultemus quia venerunt nuptie agni et uxor eius preparavit se et
datum est illi ut cooperiet bissino splendenti et candido bissina enim iustificationes sunt sanctorum
assumet autem illam vir suus iste qui et veritas est et introducet eam in tabernaculum patris mei
pro quo ducta in regnum dei collocabitur inter patriarchas et prophetas Item dicit quod sicut saul suscepit
prophetam primi status david prophetam 2i status salomon prophetam tertii status [illegible]
prophetam primi status [illegible] prophetam secundi status homo [illegible] prophetam tertii status ita primi patriarche [illegible]

Verba ista in summa sunt abbatis Joachim pertinent ad primum statum tempore per quos dispensatus est populus hebreorum, sicut principes qui toto tempore in deserto ymaginem tenuerunt apostolorum, qui autem ingressi sunt terram promissionis eorum qui fuerunt in exordio tercii status de quo scriptum est in daniele, regnum autem et potestas et magnitudo regni que est super omne celum dabitur populo sanctorum, secundum quod omnes doctores hoc intelligunt de regno christi quod incepit in eius adventu ad terram, sicut sicut apostoli erant lux mundi quia per eos illuminati sunt gentes ita et predicatores 3i status lux erunt per quos lumine papam et ecclesiam iudeorum, unde sicut illi patriarcharum spiritualis est attribuenda primi apostolorum filio, ita et predicatorum 3us status spiritui sancto, sicut in 3o statu oportet fideles redire ad primam conceptionem illam ecclesie in qua nemo dicebat aliquid proprium et hoc tenent timore et quietudinem que superaret universo orbi, sicut autem in salomone filio david populi 3us status qui erit spiritualis sapiens pacificus amabilis contemplativus et dilatator totus ideo dicitur quod in ipso complenda sunt omnia illa magna que facta sunt super salomone, et etiam super illum populum quod in ipso populo regnaturus est magis quam ut impleatur illud psalmi lxxi orietur in diebus eius iustitia et habundantia pacis, non enim poterat [illegible] et in diebus suis propria et argentum non reputabatur habundantia auri, quod utique iustitia laicorum sine iniustitia erit in quantum suo, et iustitia clericorum que maior et preciosior quod in diebus illis que signantur in auro incomparabile populi iustitia laicorum edificabitur templum de lapidibus preciosis in quo erunt vasa preciosa tota argentea et aurea deputata ad ministerium que omnia signant perfectionem hominum illius status et mundi erunt mistica et apta fidelibus quod per singulas etates mundi multiplicatur scientia sicut scriptum est pertransibunt plurimi et multiplex erit scientia In primo enim statu velud in profunda noctis caligine absconsum est misterium regni In 2o claruit ut aurora In 3o splendebit ut in perfecta die, nam et opera primi status obscura fuerunt valde opera 3i erunt lucida et manifesta valde opera 2i sunt media In primo enim statu solius patris gloria revelata est populo illi antiquo indocto adhuc insufficiente intelligere quid est verbum dei aut spiritus oris eius In 2o gloria filii, et ex parte spiritus sancti In 3o revelanda est perfecta gloria spiritus sancti scilicet ut enarratur quod ex parte est; plus ergo glorificabuntur homines 3i status quibus revelata fuerit largiter idem spiritus omnem veritatem, unde bene dicitur de verbo predicatorum quod dabitur hominibus illius temporis descendet sicut pluvia in vellus et sic stilla stillans super terram id est corda hominum penitus arescentia tunc enim erit quod dicit dominus dabo legem meam in visceribus eorum, et in corde eorum scribam eam, et ero illis in deum et ipsi erunt michi in populum et non docebit ultra vir proximum suum, vir fratrem suum ~~etc.~~ sicut [illegible] in admonitionibus que tamen legendi sunt quorumdam libri propter errorem in parte tangit istum errorem dicens, fuerunt tempore [illegible] a [illegible] et quod per iulian in pertinacia [illegible] etiam [illegible] usque ad tempora mea unus erat et primus fuit de fictitione et publicatione errantium eternum fingens, quia per hunc sicut lege tempore moysi legis scripte [illegible] tempore legis grece et errantium, ita et spiritus sanctus legem inspiraret spiritualium, hoc est consummare perfectionem sub puritate legis euangelii, sicut expresse nomine unde dicit huius primus in exposicione cantici [illegible] ille, et tantum de primo Joachim intento secundum descripcionem tercii status, Quantum ad 2m scilicet ad persuadendum casus primi status venturi allegat illud

2m principale intentum abbatis Joachim

Apocalypsis 14 cecidit cecidit Babilon magna, unde dicit duplicem tribulationem magnam venturam universo orbi, ante consummationem mundi, et secundum hoc duplicem casum posuit, prima erit in principio tercii status per quam cessabit 2us et incipiet 3us, 2a in fine mundi in prima cadet babilon magna et [illegible] ponit primo id est romanam ecclesiam quia exprimit nomine babilon illius illud 1 petri ultimo, salutat vos ecclesia que est in babilon, et dicit quod ecclesia romana quam spiritus etiam vocat carnalem sicut 2a babilon et incipit temporibus ozie regis iuda, qui propter peccatum suum percussus fuit lepra et eiectus sicut adam propter inobedientiam fuit percussus lepra peccati et eiectus de paradiso, sicut igitur temporibus Adam incepit prima babilon, cuius primus lapis fuit Cayn homicida sic tempore ozie incepit primus lapis 2e babilon idem romane ecclesie qui fuit romulus [illegible] statis sunt Cayn et dicit quod ecclesia carnalis dicitur Babilon magna in apocalypsis 17 et 18 et romanis [illegible] quia multitudo [illegible] quam pro omnibus fidelibus bonis et malis et assimilatur [illegible]

Impropria comparatio quod primus lapis ecclesie romane quia fundaverunt [illegible] [illegible] sicut homicida [illegible]

hic debebat poni quinternus quem reperies in principio huius fol. xxv

Sequentes sunt doct. Jacobi Cartusien. domus Erfort sacre pag. prof.

# De cogitacione

Cum quodam tempore tumultibus actionum manualium sepositis me intra me recollegissem, et locum silencii petivissem, et in ipsa solitudine me recepisse meditacionique mea starem super speculam, curioso intuitu racionis attendebam tumultuosarum cogitacionum strepitum, in me se sibi succedencium et quasi una aliam agitancium incessanter, ad modum maris fluctuosi, quod nulla stabilitate quiescat. Cepi admirari tanta tempestuositate, unde principium sumeret, et quo tenderet, aut quo et si reprimi aliquo modo posset et compesci. Et ex ipsa admiracione, ut olim sacerdotes in egipto cepi velle philosophari, non indignum arbitratus de hiis aliqua stilo commendare, si tamen digne quid valerem. Accedente ad instigacionem hanc, plurimarum scripturarum sacrarum commonicione que omni custodia cordis machinaciones observare precipiunt, ut quod inquit Christus cogitaciones nulla in cordibus vestris. Et vox prophetica: Usquequo morabuntur in te cogitaciones noxie. Et de corde exeunt cogitaciones male homicidia adulteria etc. Math. xv. Et quod premisit que de ore exeunt de corde procedunt, et ea coinquinant hominem, et cetera multa talia, que perambulantibus alveum diversarum scripturarum se offerunt patenter. Et an omnes cogitaciones pari pondere a confessoribus vicio quo ad reatum, culpam, sive penam, in foro consciencie sint pensande. Et que sint earum limites quo ad ingressum, progressum, et plenum liberi arbitrii consensum. Et quo discernere valeant, quo pedem figant, an a racione acceptentur, an resistantur. Cum nemini dubium sit non trahi ad culpam, quod ad racionis aulam non intromittitur. Expedire hoc utrique videtur ut penitens confitens et confessor discretus cognoscat, tam in recognoscendo culpam, quam in iniungendo penitenciam, presertim cum secundum gradum cogitacionum in se, in progressu et in mora et acceptacione gradus culparum non dubium est variari. Non enim impetuose et indeliberate surrepens, et mox resiliens aut repulsa tanti oneris est censenda atque culpe, quantum est deliberata, morosa, complacens atque accepta. Multa quidem hec sunt, nec corporalibus obtutibus pervia, solique ei qui paret patencia, unde indigent acuciori indagacione, quieteque et silencio, scrutiniis subtilibus servans, si quis ea in se velit experiri. Et certe ut videtur a paucis vestigia harum cogitacionum explorantur, nec diligencia adhibetur ad eas scrutandas, cum tamen tales esse possent, que hominem mergeret in dampnacionem, nisi per sacram penitenciam sufficienter essent expiate, quorum testis accedit primo apostata Lucifer, qui cum suis comparibus solius cogitacionis ruinas in perpetuum deplorant sine possibilitate operis subsecuti. Testis est et infallibilis veritatis sentencia, qui inquit: qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam secundum ante opus in sola cogitacione mechatus est eam in corde, non in opere, et tamen absque dubio mortali culpe iam obnoxius. Rogo prudentem et benevolum lectorem ingenuo pudore, nimium fore de hiis aliqua perlibare, complexionis ingenio altiora quam dicturus sum reservans, docendus ab alio, que ipse docere non valeo, submittens hec docenda per me examini peritiorum, et clarius sencientium, porriges in hiis et in aliis meis scriptis rivulos quosdam et panes ordeaceos grossiores lectoribus meis, donec ad fontes puriores et panes candidiores perveniant suavitatem. Et quia materia tractanda usualis non est, nec a pluribus tractatoribus elucidata, et tamen nimium utilis et necessaria. Ideo oportet lectorem fore contentum modo apposito, qualem effundere poterit solidus, et si quis aliud super premissa intellectum non credat sibi prestabit per penitentem solitum. Oportet enim secundum Aristotelem in 2o methaphysice, non solum regraciari hiis qui vera sunt loquuti, sed et hiis qui perfunctorie enunciaverunt. Nam dum mihi sint pre exercitam, fateor tamen a veritatis luminibus quantum valeo recedere me nolle.

Ut ab interpretacione nominis sub exordium sumamus, in eo nomine rei forcius cognicio veritatis perit, denominacio cogitacionis a verbo cogo is nomen trahit, quod verbum duo significat scilicet compulsionem et unionem. Unde Cogo compello dicitur, cogo coadunio. Nam quia inter omnes totius orbis res vix instabilior, mobilior et magis vagabunda res invenitur quam cogitacio, unde et ipsum nomen

De nominis cogitacionum interpretacione

c. i.

frenare propter eius mobilitatem ac varietatem. Garrula enim est et omnis quietis impatiens
semper quod habet fastidiens, et quod non habet concupiscens, prout in se ipso quilibet experitur.
Ab ipsa tamen omnis et boni et mali moralis radix sumitur; non enim prodit aliquid in opus externum
aut in consensum liberi arbitrii interius, nisi prius per ostium cogitationis via pandatur. Ideo xpus
Math. 15. omnium malorum seminaria asserit esse cogitationes malas. Sic etiam intelligendum est de bonis.
Bona enim arbor bonos fructus facit, et mala malos. Ideo liquido colligi potest, quod utilissimum potest speculari de ista potentia, et nedum speculari, sed etiam ad praxim deducere interiorem, scilicet hominem
tam vagum posse regere componere et refrenare, ut iudex interior plenum habeat dominium ad
principiandum, et ad exercitorum demandandum ut ei obediatur sine rebellione, dicens huic cogitationi
vade et vadit, et alteri veni et venit, et servo suo scilicet corpori et membris fac hoc et facit, ut olim ille
felix a xpo recomendatus Centurio se facere fecisse Math. 8. Sed rara est hec avis in terra
nostra in generatione simillima cigno, paucissimi enim sunt qui super custodia cogitationum suarum vigilant, et non solum advenientes non refrenant, sed et venire nolentes invitant, et arcessunt etiam
nocivas forte, colludentes eis et collectantes. Voco autem cogitationem rerum sensibilium, aut de novo
per sensus exteriores perceptarum, aut prius in memoria reservatarum, per actualem conversionem, et ipsarum
motum sese representantium potentiis cognitivis, apprehensivis et appetitivis, scilicet fantasie aut
ymaginative virtuti aut alteri, et sunt ymagines rerum sensibilium, sive simpliciter intuitum
sive sub appetitu delectabili aut contristabili, appetibili sive refugibili se representantium. Exemplum primi
ut ymago trianguli, aut consimilibus alicuius rei aut vise aut audite, que in sui appetitum non infert
fantasiam nec allicit appetitum, sed sistit in solo contuitu. In hiis enim et similibus nec bonum nec
finis ex 3o metaphisice, delectatio tamen potest esse in talibus speculandis per rationem, non tamen per sensum
ut de subiectis speculativis, aut motu celi regulari et ordinato, neque enim talia veniunt in usum
nostrum secundum appetitum concupiscibilem aut irascibilem, in quibus passiones consistunt. Exemplum 2i: ut
sunt ea que veniunt in cogitatum per modum convenientis vel disconvenientis, utilis aut nocivi, ut sunt ymagines
ciborum, vestimentorum, laudis vel vituperii, aut venereorum, pecuniarum, honorum, iniuriarum, calumpnie, dampni
et ceterorum, que mox cogitata in primo aggressu per rationem nondum deliberata, sensitivo appetitui
aut placent aut displicent, nec hoc ad culpam mortalem imputatur, quia naturale est sensum interiorem
sicut et exteriorem convenientibus arridere et disconvenientibus indignari, dummodo tamen ulterius non sit
processus, sed suspensio fiat sive usque ad examen rationis. Cuius interest principaliter diffinire an sit
accipiendum aut respuendum, et hoc non pertinet ad sensum, quem famulari oportet, non dominari, cuius expectare
diffinitivam sententiam precedentem.

## De origine cogitationum capitulum iij

Sumunt ergo cogitationes suarum essentiarum principia ex rebus sensibilibus exterioribus sensibus oblatis,
quarum species et similitudines interioribus sensibus presentantur, et conservantur usque ad earum delectationem. Et
tanto fixiores et indelebiliores, quanto crebrius ad memoriam sive ad memorandum revocantur, quia
secundum philosophum frequens meditatio salvat memoriam, aut ideo quia vivaciores effectus representant, aut
delectabiliores aut terribiliores, qui sui magnitudine se sepius offerunt etiam non querentibus. Imbibita
etiam et incorporata in pueritia in iuventute fortius et frequentius sui speciem representant, quo ad
appetendum aut ad fugiendum, propter teneriorem impressionem, et novitatem, et raritatem specierum in
potentia memorativa, que in pueris est sicut tabula rasa in qua nihil est depictum. Ideo Philosophus
Aristoteles in vij pol. est de pueris ut omnia turpia ab eorum presentia sint aliena, quia in teneris etatibus
imbibita crebrius postea revocantur. Et prima rerum species suscepta cum delectatione aut abhominatione
seu admiratione, propter sui raritatem et novitatem, eo magis radicata et lucidius se representat, crebrius
se offerens, et sponte potentiam cogitativam seu ymaginativam aut fantasie. Ideo delectabiles rare aut
terribiles species crebrius nos impugnant in cogitationibus quam alie, que sunt debiles, non per radicate.
Harum vero cogitationum frequentatio, et earum importunus impetus aut contrarius fluxus, non est alia causa
quam sensuum interiorum delectatio, qui otiosi esse non patiuntur, sed continue delectantur in speculatione

suorum obiectorum, sicut et exteriores sensus, circa sua obiecta propriis sensibilibus rebus delectantur ut vult Aristoteles in prohemio methaphisice. Interiores vero sensus scilicet sensus communis, estimativa, ymaginativa, fantasia et memorativa potencie delectantur circa sua obiecta in absencia rerum sensibilium circa species et ymagines earum, quia sunt earum presencia, ex quo operacio actus est earum presencia, et quelibet operacio est circa proprium obiectum. Ideo quantum ad hunc actum sensuum interiorum absolute consideratum nullum vel minimum est peccatum. Si vero dormiat ibi sit aliquod peccatum, hoc non est quantum ad hunc primum actum sentiendi, sed sit gratia alicuius alterius consideracionis, scilicet vel deductionis operis inutilis, melioris neglecto, aut alicuius debiti soluti aut irascibilis aut et concupiscibilis, appetitum movere inordinata, quoad moralem delectacionem vel fugam inordinatam. Contactus vero absolutus sensuum super proprium obiectum ut sit et cum delectacione non trahitur in vicium quia est naturalis. Sicut et in similibus in cibo et tactu calidorum, et delectacio etiam actus matrimonialis vestiti debitis circumstanciis. Licet etiam magnum sit nullum tamen a sanctis primum esse peccatum, videlicet in reddicione debiti causa prolis, ymmo meritorius non dubitatur esse actus ille, sicut in sancto Zacharia et Elizabeth, Jacob et suis coniugibus, et Abraham cum sua sancta Sara, ut sermo a doctoribus magis censetur pena esse quam culpa. Mallent enim sancti tamen abesse delectacionem naturalem illi actui quam adesse si possibile foret. Unde quia non est voluntaria sed necessaria et naturalis non computatur in vicium, sed nec hic. Habent enim potencie sensitive duplices actus secundum sanctum Thomam: quidam sunt naturales ut dictum est circa propria obiecta, et secundum hoc non sunt subiecti racioni sicut nec actus potencie vegetative; alii sunt actus earundem potenciarum ut apprehendunt talia appetibilia aut fugibilia in actus concupiscibiles et complacibiles et delectabiles, quos prosequi aut fugere non possunt nisi ex imperio racionis, que dominium habet super hos actus, ut est morari sive in delectabili recogitando, aut membra in actus excitando. Exemplum pono in aspectu aut cogitacione, quia cernendo pulchrum bene effigiatum et sculptum non est culpa aut videre aut cognoscere, sed in appetendo illud in possessionem propriam adducere per quemcumque modum, ibi iam adest peccatum in virtute concupiscibili, quia hoc subest racioni non primum. Sic etiam de specie pulchre mulieris, quia sensui aut cogitacioni [illegible] offertur tamquam colorata aut res decora, non viciat intueri, sed si appetitur ad aliud usum scilicet ad concupiscenciam peccatum [illegible] est. Ideo veritas non absolute dicit: Qui viderit mulierem iam eam mechatus est, sed qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Ideo precipue custos consciencie cautissime debet illos gradus considerare ut sciat distinguere lepram a lepra et a non lepra, ne secundum sententiam salvatoris camelum glutiat et culicem liquet, aut reputans grandia que sunt minuta, aut minuta estimans que sunt grandiora. Quod ne dico necessaria scire non solum in predicta materia cogitacionum sed etiam in qualibet accione humana, etiam specie pietatis aut rei utilitatis, aut etiam [illegible] mundi speciem preferente, ut in actu presidendi aut prelaturam, qua intencio presideat, aut sue utilitatis et comodi aut ad utilitatem communem gregis, nichil sui in hac prelatura querens. Sic in opere predicacionis, confessionum audiende, aut etiam iudiciarie potestatis sive pluralitatis aut officii spiritualis. Est enim sermo dei vivus et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem anime et spiritus, compagum quoque et medullarum, et discretor cogitacionum et intencionum cordis, ad Hebreos iiij. De hiis autem occultis cordis cogitacionibus intencionibus quo animo quisque gerit, nulli liceat extraneo iudicare, sed parare debet semetipsum homo, quia soli sibi conscius est et deo quomodo cogitacionum et intencionum accionum procedunt, que divino iudicio reservantur. Apud ipsum enim pari processu ambulat cogitacio et intencio, sicut apud homines publica accio. Que omnes de necessitate salutis exprimende sunt clare in confessione sacramentali si viciate fuerint. Nec in certis limitibus [illegible] permanserit intencio, cum inveniamus in divinis scripturis graviter casus fuisse etiam in sanctis dei punitos, inter quas duo occurrunt pro nunc testimonia. Primum de propheta qui de Judea ad Jeroboam regem Israel in Bethel venerat, ipsum arguens et [illegible] mala ventura prophetizans pro ydolatria [illegible] regio et coram eodem miracula operabatur, et effusione cineris et scissione altaris et sanacione manus eius arefacte, qui tamen post egressum suum in via a leone interfectus est; cuius causas assignat beatus Gregorius xxiiij libro moralium qui dicit istum prophetam corde tenuisse in ipsis miraculis de hoc [illegible] iii Regum xiij. Certe occulta intencio et levis quedam condelectacio [illegible] in sancto est punita. Exemplum secundum in alio sancto scilicet David de numeracione populi Israel ex more cordis et [illegible] elacionis [illegible] testatur historia libro Regum ii Paralipomenon [illegible], ut in tantum pestilencia vorarent 70000 de filiis Israel ij Regum ultimo capitulo. In quibus duobus exemplis opus exterius in se nullum sonabat vicium, sed sola que intus gerebantur opus exterius inferiorum, nam mutatio populi non erat in se illicita, ut in libro numeri et alibi; possent et alia plura exempla induci, de phariseis et scribis tempore christi, de simone mago, de phariseo templum ingresso et gloriante de sua iustitia, in quibus evidenter claret quod caute homo debet explorare motus interiores animi, quo tendant, quousque perveniant, et in quibus persistant, quia revera in istis salus et perditio est anime hominis, et hoc tamen occultum est hominibus, immo et homini per se, nedum ceteros licet iudicare; sed paucissimi sunt qui suos proprios animi motus sciunt diiudicare et quanto ab hominum iudiciis remotiora, tanto apparent hominibus minus formidanda, et quanto apparent hominibus minus formidanda, tanto revera experientia et peius sunt terribiliora, quia soli divino iudicio reservantur, cui non preterit etiam minima cogitatio, nam cogitatio hominis confitebitur ei

de diversis et gradibus cogitationum

Inter genera cogitationum quantum ad presentis materie propositum duplices occurrunt cogitationes, quedam secundum sui essentiam mere sunt cognitiones sive speculationes remote a vi concupiscibili et irascibili tamquam de rebus non libere operabilibus a nobis, nec utilibus in usum vite que sed persistunt in sola speculatione et admiratione, ut sunt cogitationes de rebus naturalibus, geometricalibus et mathematicalibus, ut de principiis rerum naturalium, generatione et corruptione rerum et de ceteris que in naturali philosophia mathematica et metaphysica tractantur que sunt scientie speculative, et de hiis non est tanta vigilantia nec tantus pavor hominum habendus sicut in subsequentibus, quia in talibus non est virtus nec vitium quo ad se que consistunt in potentia appetitiva, non in cognitiva. Nam passiones sunt motus animi sub apparentia boni vel mali, non sub apparentia veri vel falsi, circa que consistit potentia cognitiva. Nam cognoscere sive cognitio boni vel mali veri vel falsi nullum reputatur vitium, nec est habitus viciosus, nam vera cognitio fit per species rerum cognitarum intus susceptarum; sed appetitus boni vel mali fit per egressum appetitus ad res concupiscibiles quia secundum philosophum in vi metaphysice, verum et falsum sunt in anima, bonum autem et malum sunt in rebus; possunt tamen tales cogitationes per modum cognitionis pure facte culpabiles fieri ex circumstantiis, ut legitur de beato Iheronimo, quia nimis ferventer insistebat studio poetarum et scientiarum secularium, per quas impeditus erat a perfectis studiis divinarum scripturarum, ideo tractus ad divinum iudicium graviter fuit verberatus ipso teste in epistola ad Eustochium de virginitate. Immo vix bonum hiis speculationibus ad tempus insistere ut per has alie magis noxie vitentur, que in sui appetitum et delectationem trahere possunt. Et bonum ipsius talium cogitationum potest multum esse meliori anime bene disposito, ut per admirationem creaturarum sapientissime a deo dispositarum animus alliciatur ad dei amorem. Nam dicit David: delectasti me domine in factura tua etc., et paulus: invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, ad romanos 1o. Aliud est genus cogitationum quod non solum in cognitione et speculatione versatur sub ratione veri vel falsi, sed superaddit rationem boni vel mali, convenientis vel disconvenientis, alliciens vim concupiscibilem vel irascibilem ad prosequendum vel fugiendum ad usum appetitus sensitivi apprehensibile tamquam sensui delectabile aut contristabile, ex quo appetitus sensitivus per tale obiectum videtur perfici in sua operatione tamquam potentia passiva perfecta per formam superinductam, ut verbi gratia cogitatio de tali tempore famis, de incommodis, de inimici infelicitate, aut amici felicitate, seu de precepto superioris quod alicui gravia et odiosa est iniungere sibi subiecto et de omnibus similibus que infinita possunt esse, quorum intuitus in sensibus interioribus fit per modum commodi vel incommodi in apparentia boni vel mali. In hiis precedit quidem cognitio, sed non figitur pes in cognitione, sed fit progressus ad appetendum aut fugiendum secundum estimationem fantasie vere vel false apparentis, et circa illa versatur virtus vel vitium, que sunt habitus quidam in appetitu sensitivo inclinans ad bonum vel malum usum, que inclinatio debet declarari per rectam rationem dirigentem appetitum ad mensuram rationis in qua sola consistit regula directiva habituum et actionum. Ipse vero appetitus licet per se inclinetur ad prosequendum vel fugiendum sibi delectabilia vel contristabilia tamen subest imperio rationis, ut mox imperante voluntate a ratione directa, aut prosequatur apprehensivum obiectum aut teneat ut delectabili sibi oblato, sive nolis sive velis, sensus interior inclinatur ad appetendum, sed exitus pendet in sola voluntatis a racione directa, an sit respuendus obiectus an assumendus. Neque enim sensus quantumcumque potest prosequi nisi imperatum fuerit a vi superiori, dominatur ratio sensui principatu despotico secundum philosophum sicut dominus servo totali dominio. Unde tales cogitaciones sunt vigilanter et studiosius observande et explorande ab amatore pure conscientie, quia ex istis vita et mors radices suas sumunt, omni namque custodia serva cor tuum, id est cogitaciones cordis tui. Nam ille sicut portam delectacionis aut abhominacionis utrumque sub racione boni seu carere malo quodammodo bonum est, sed non omne quod videtur sensui bonum, bonum est, nec omne quod videtur ei malum est malum, sicut quod non omne quod sapit gustui est sanum homini, ut aqua frigida febricitanti aut dulcedo mellis inordinate comesta. Cogitaciones etiam quedam se importune offerunt, non investigate nec inquisite, ut sunt ille quarum species sunt primo delectabiles admisse aut terribiles. Que quandam habent latitudinem aut firmitatem ad sui impressionem. Et iste cogitaciones etiam in prima sui apprehensione per eorum magnam delectacionem sunt, non sine veniali veniunt, ut sunt libidinose et inflammative carnis, et licet fiant improvise et repente sine deliberacione racionis in sensu, tamen primo erant admisse cum delectacione et deliberate, ideo non reputantur in culpam, etiam quia eo poterat eas cohibere ne venirent aliis se occupando, sicut actus in ebrietate hominis eidem imputantur licet non faciat deliberate, tamen quia voluntarie incidit in ebrietatem, ideo sequencia ei imputantur. Et hii vocantur primi motus. Alie etiam adnotantur per investigacionem et inquisicionem et veniunt cum delectacione quoad cognicionem et speculacionem de rebus non operabilibus a nobis, et nullam culpam continent nec venialem nec mortalem, ut sunt de speculacione ~~solis~~ sideris claritate solis, radios suos diffunderent, de calore naturali ciborum digerente, et orbium celestium motu et ceteris talibus que in sui speculacione delectacionem includunt, propter causarum primarum et secundarum sapientissimam ordinacionem, nec in se habent aliquam obliquitatem, quo ad inclinacionem appetitus qualem habent prime, que iam aperiunt ad actus a lege divina prohibitos, et respectum habent ad operacionem ad eas consequentem. Alie iterum sunt que veniunt sive vocate sive non, cum delectamento deliberacione consensu et acceptacione atque mora, que inducunt gravitatem peccati mortalis contrahere, ut sunt cogitaciones de locis visibilibus amicandis, materiis prius auditis, que tales sunt obnoxie divinis preceptis, licet quandam vanitatis et levitatis notam preferre possint ut figmenta monstrorum et talia. Sunt etiam que licet in se habeant sensualitatis delectacionem, minus quam habent appetitus noxii consideracionem, et carnalis voluptatis intrinsece consideracionem, non tamen ut sic cogitantur nec apprehenduntur sub forma concupiscibili, sed sub alia forma scilicet cognoscibili per modum speculacionis solum, seclusa omni appetitu prosecutivo, ut sunt cogitaciones pro reddicione debiti inter virum et uxorem, de circumstanciis actionum matrimonialium, de quibus apostolus Paulus et ceteri sancti doctores profunde tractaverunt in summis et iiii decretalium libris, que sine cogitacione de talibus actibus atque membris neque scribi nec dici potuerunt, sub forma tamen speculacionis et mere castitatis sine aliqua ingestione turpis appetitus. Et hec solum ut sic nullius culpe vel pene obnoxie sunt, de quibus omnibus quilibet sue conscientie sollicitus observator debet esse solicitus in quo genere veniunt, aut quo gradu ascendunt, distinguendo quaslibet secundum sui status qualitatem. Et hec cogitaciones licet habeant annexam delectacionem, tamen hoc ut sic est per modum speculacionis sub racione veri et ordinati, non sub racione concupiscibilis et appetitus sensitivi. Et sic lector talium materiarum atque doctor speculans de istis ut eam tradat aliis ad sciendum, non peccat de istis cogitans aut loquens, licet forte insurgunt motus, non tamen sic. Et ista diu morari propter aliam noxiam vicinam delectacionem, unde legitur in vita et statutis patrum, quod etiam in maiestate sacrarum scripturarum tamen tales materie legi ex biblia debebant publice silencio preteribantur ne animos infirmorum inficeret qui nondum habebant purgatum affectum, ut in leuitico de menstruo et partu mulierum et corruptione Thamar ab amon fratre suo et similibus hinc inde per sacram scripturam sparsis. Sanis autem animis et purgatis nil tale efficit. Ait enim christus: Et si mortiferum quid biberint non eos nocebit, ut in confessionibus audiendis de huiusmodi. In quo cautela magna confessoribus est adhibenda, ne alios mundare cupientes seipsos inquinent, et non solum seipsos sed et confitentes, quod qui experimento testimonium perhibere possunt. Et utinam nunquam talia contigissent, cuius oppositum scelus potest sustinere, ubi per spiritualem amicitiam filia spiritualis filium carnalem ediderunt, a spiritu incipientes et a carne perfecti consummati. Et totum a cogitationibus principium sumpsit, que sui inflammatione totum corpus inflammasse fere reperiuntur. Sunt et alia genera cogitationum, ut cum quis vel audit vel legit de erroribus contra fidem, sive audiunt ab aliis dici aut disputari de istis, ut sunt cogitationes blasphemie dubietatis et diffidentie, ut cogitatio de corpore christi fantastico, ut manichei dicebant, aut quod deus habeat lineamenta corporis sicut et nos, aut christum natum de coitu secundum cursum nature et consimilibus mille talibus, quas fantasia potest sibi formare aut virtus ymaginativa, aut sathanas per se aut angelos malos potest immittere per adminicula fantasie, ut crebrius scriptura sacra testatur. Hec quoque ipse sathanas omnia potest per subtilitatem sue nature que motum corporis aut rerum extrinsecarum et corporalium excitatione ut sunt species rerum sensibilium fieri possunt. Iste namque cogitationes et similes si subito et indeliberate adveniunt sive per sensum aut intellectum, moxque ut sunt animadverso ad eas per rationem et voluntatem expelluntur, non gravis ponderis estimande sunt, nec multum lesive sicut jaculum proiectum et repellens, cum quia via est eis parata et non sunt cohibite, sed aditus est concessus, salubre est de eis facere mentionem in confessione cum cordis dolore. Secundum in genere loquendo, duplices possunt esse cogitationes, quedam carnales sive corporales que per species et non sine eis se representare possunt, non solum de venereis, sed et de ira vindicta invidia odio avaricia superbia et gula et aliis, que se representant per modum convenientis vel disconvenientis. Et hoc fit per fantasiam que se indicat eas esse aut fugiendas aut prosequendas. Et ille omnes cogitationes qualescunque sint, si in sola sensualitate fuerint, non accedente ratione aut voluntatis advertentia, complacentia seu acceptatione, solum possunt esse venialia non mortalia, quia sola voluntate et ratione consensu cum delectatione morosa et deinde completur, nam ipsa est peccatum mortale ut vult magister, nam ut sic tales omnes cogitationes adveniunt per surreptionem et per solum sensum, cum non est consentire de per se, sed hoc ad solam rationem pertinet, unde eo completum dominium habet super illos motus repentinos licet cohibere eos potuisset ne accessum haberent, et quodammodo voluntati subiacent sed incomplete, quo ad impediri vel non impediri. Ideo inordinationes quedam sunt incomplete sine consensu rationis, et ergo ponuntur peccata venialia. Cum in sensualitate de per se et absolute non potest cadere peccatum mortale sicut nec in brutis, cum sensus agunt quia naturales sunt, se licet possint cohiberi per rationem quod in brutis fieri non potest. Alie sunt cogitationes spirituales que immediate non apprehenduntur per species rerum sensibilium, licet cum quibus intelligentem oportet fantasmata speculari, sed non sic insculpate cum circumstantiis individuantibus corporalibus ut prime, ut sunt cogitationes de rebus fidei perfidia, erroribus contra vel cogitationes superbie vel agnite, odium fraternum etc. Et in talibus per surreptionem contra rationem aut contra actus, quamvis de genere suo non sint mortalia, non contingit peccatum mortale. Exemplum primi ut dictum est de diffidentia et peccato infidelitatis subito apprehense et mox reiecte per fidei lumen. Exemplum secundi ut de appetitu alicuius scientie aut scire aliena curiose, non in bonum finem actu ordinate, non tamen dico in malum finem ut scire velle de divinatione sortis aut de eventu aut effectu planetarum aut aliis in

Job xxxi Nonne ipse considerat vias meas. glo. Sic enim qui vias considerat, sic progressus dinumerat, ut non minutissime cogitaciones et tenuissime que apud nos ipsi vilescunt in eius iudicio indiscussa remanebunt

consistit studiis et speculacionibus que de se non sunt de genere mortalium peccatorum, sunt tamen spiri-
tuales actus, et in talibus etiam cum deliberacione et advertencia non est culpa mortalis nisi alie
condiciones viciose admixte fuerint eis. Ex prioribus eciam ex quo sensus interiores habent
sua obiecta circa que versantur ymmo et delectantur, et similiter racio et voluntas habent sua obiecta
in quibus delectantur et perficiunt potencias suas, condistincta a sensuum obiectis, quia intellectus
est universalium et de genere abstrahentium, sensus vero particularium, bene stat ad eorum tempus utrumque de-
lectari in suo obiecto etiam alteri contrario et sine mortali peccato in quibusdam actibus, non tamen dico
hoc in materia carnalium, ubi delectacio in cogitacione in talibus non potest fieri sine consensu inferioris
partis racionis que iam trahitur ad culpam mortalem, etiam si non intendit procedere in actum.
Quod vero primum stare potest probant auctoritates sacre scripture Caro enim concupiscit adversus spiritum
et spiritus adversus carnem, et alibi video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis
mee. Hoc quoque claruit in domino Christo circa suam passionem quando ubi sensualitas calicem passionis a
se petivit auferri, cum tamen racio id a se non petebat, sed propter veritatem nature humane significacionem
se voluit sensualitatem orare, aliud racio et aliud sensualitas volens, licet ibi minime contrarie
erat in volito, non tamen in modo volendi quia se sensualitate volebat petere, sic quilibet experiri
potest hanc contrarietatem in se in motibus passionum suarum ut in ira et in vindicte appetitu
et in invidia et concupiscencia cupiditate quo ad primos motus sensualitatis, qui tamen acritudine in satis plu-
res effrenatos motus faciunt, nec tamen mox quietari possunt etiam racione dissenciente ymmo
contradicente et nullo modo intendente procedere in actum ad quem illi impetus inclinant. Sicque gradus
certaminis inter eas viget ad notabile tempus hincinde partibus post se trahentibus, precipue ubi
habitus sunt acquisiti ad vicia, qui impetuose volunt procedere ad actus ad quos inclinant
et tamen non valent sine imperio racionis. Ideo pugna est valida et sine culpa, de quibus plures timorate
consciencie aliquorum multum turbantur, putantes peccatum esse lesam et conscienciam maculatam, cum
tamen nihil dampnacionis est hiis, si in pugna ista non consenciant nec in actum, nec in delectacionem
cogitacionum, ymmo meriti augmentacio et corone pugnandi, et habitus contrarius bonum
vincendi acquiritur. Agitur enim in istis gradibus idem sicut in primis parentibus ubi tres per-
sone concurrebant serpens, mulier et vir. Serpens illecebram peccati mulieri suggessit, id est temptavit, que
mulier consensit et comedit, et dedit viro similiter et comedit. Serpens est sensualitas, que per
cogitacionem speciem rei appetibilis suadet, sed non nocet mulieri id est inferiori parti racionis si non delecta-
tur nec moritur si non comedit, si vero ipsa comedit id est consentit delectando in specie oblata per sensualitatem
volutando se in delectabili specie et quasi in re que est turpis tamen gratificata iam moritur
id est mortaliter peccat, quia debuit eam cohibuisse et totaliter respuisse, etiam si non intendit exire
in actum, quia sola delectacio etiam sine actu et complacencia inferioris partis racionis est mortalis. Si vero
ulterius procedit, comedens et viro tribuens id est superiori parti racionis offerens, que etiam comedit id est
in actum exteriorem deliberat et consentit, ut assistente facultate procedendi in actum se offerat,
iam vir id est superior pars racionis comedit et moritur id est mortaliter peccat et dampnatur. In primo igitur id est in
sensualitate non est peccatum nisi levissimum et veniale, non potest esse mortale. In secundo vero scilicet in inferiori
parte racionis aliquid est veniale, cum post animadversionem statim cum delectacionem reicit et non fit in
eo mora. Si vero diu in delectacione cogitacionis teneatur ipsa sola delectacio causat mortem in
homine, quia vir id est superior pars racionis eam debuit cohibere et non fecit cum potuit, ideo et ipsa
consensisse videtur. Hoc est sententia magistri in 2° dist. xxiiij et originale et augustini li. xij de trinitate ibi
per magistrum allegati. Ex premissis patet liquido diligenti scrutatori similitudo cogitacionum suarum

explorare in quo gradu quelibet cogitatio sistat et pedem figit, et utrum sit illud peccatum aut utrum sit veniale aut mortale et secundum hoc confiteatur sua peccata in confessione, et hunc ordinem graduum lector benevolus non solum in peccato ingratitudinis intelligat adaptari, licet enim dixerim in isto magis quam in alio sit, sed et in quolibet genere peccati mortalis, Unde et supra in partibus de quibus hoc summe scribendo non solum pertinere peccato ingratitudinis, sed et gule et inobedientie Sicut et in primo, ut in cogitatione furandi fornicandi gule vindicte, avaricie detractionis comminacionis et vane glorie et similibus in quibus omnes isti gradus locum habere possunt

Modus cognoscendi gradus

Nunc superest dare modum cognoscendi quando et quomodo in sola sensualitate cogitatio sistat et quando ulterior sit progressus in inferiori parte rationis, et quando in superiori, quia hoc non omnibus sic clarum est ut valeat agnosci, et oportet subtilius indagari, quia soli deo tunc constat sicut Unde nemo scit quid agatur in homine nisi spiritus hominis et tamen ut dictum est, sic necessarium est exprimere in confessione sicut de alio genere peccati mortalis, et pro eo dignos fructus penitentie agere, si quis salutem suam efficaciter voluerit procurare. Ideo certi modi dandi sunt, si tamen inopia ingenii mei ad id poterit procurare. Primo advertendus est aggressus cogitationis, si primo subintrat quam per ostium potentie sensitive apprehensive, que precedit potentiam appetitivam, quia prius apprehenditur obiectum antequam concupiscatur. Cognitio enim semper precedit appetitum ordine nature, licet forte aliquando sint simul tempore. In ipsa igitur apprehensione retenta, cum non sentitur aliquod notabile tempus in ipsa cogitatione credendum est quod qualiscumque sint cogitationes consistere esse in sensualitate, et per consequens non mortale peccatum. Cum ratio ad sui precognitionem requirat discursum et quamdam moram, sicut in sillogismis fit discursus a premissis ad conclusionem, precedit enim semper sensus intellectum et fantasmata sensibilium sunt media intelligibilium ut 2o de anima dicit. Enim intellectus et voluntas quoddam complexum per quod exprimit consensum ut quasi dicat hoc volo ut fiat, quod fit cum concepto predicatum ad subiectum quod non potest fieri aut exprimi in instanti. Sensus autem quasi in ictu oculi intuetur species compossibiles, nec de per se habet consentire, sed solum petere consensum a superiore sicut famulus a domino unde quasi in ianua stat gerens speciem, ratio vero quasi in profunditate domus ad quam oportet intrare ad plura hostia et per moram. Igitur surreptio fit rationi, que ei non imputatur propter indeliberacionem. 2o potest aliqualiter cognosci distinctio inter sensum et rationem, an cogitatio pergit usque ad rationem, si nullam resistentiam aut displicentiam homo in se sentiat durante tamen [illegible] lenis cogitationis, sed est quasi conformitas et blandicies et delectatio cogitationis. Hec enim signum esse videntur quod ratio iam accessit ad appetitum sensualitatis conformans ei in apprehensione obiecti et applaudens ei, alioquin si homo sentit in se, postquam advertitur talis cogitationis, ratione in se [illegible] displicentiam et murmur, quasi discordem in se ipso et contentionem habens cum alio, cui contradicere sperandum est non plenum accessisse consensum. Hoc verum si postquam advertit superiorem esse presentem, statim exit ipsum et respuens et abiciens ipsum tamquam cadaver mortuum. Si vero postquam perpendunt eius pravitatem, non reicit eam sed permittit moram facere ut in [illegible] consentiendo, unde et quibusdam placuit dicere magnis et litteratis viris, si ratio postquam advertit talem nocivam cogitacionem et suspicionem etiam si in ipsa non fuit delectata nec directe accepta, sed solum locum prestans sibi donavit in sensualitate scienter sustinens eam, negligens eam repellere, adhuc est mortale, sicut qui superiorem circa se admittit, committit se destruendum, et periculo expositus est, nisi eam possit et debeat repellere, et hoc non est absque contemptu superioris salutis. Ideo suadent repellere tamquam pro peccato mortali in tali casu, et confessione purgandum de hoc et specialiter, et hanc dicunt tutiorem viam licet hoc alius non videatur, tamen in dubiis tutior via est sequenda. Sic itaque mora et negligentia repulsionis post animadversionem, et absentia resistentie et displicentie atque remurmuracionis, in his testes possunt esse consensus rationis ad sensualitatem. Maior autem delectatio et congratulatio et diffusio gaudii per omnia membra, quia ex apprehensione obiecti delectabilis cui non statim secundum imponitur, fit redundantia spirituum per totum corpus, et calefactio membrorum ut est probare in iracundis et incontinentibus, per nimiam sensualem insaniam et delectationem, unde et aliqui insanire incipiunt, nec ideo, nec consilium aut deliberatio aut electio locum habent, hiis magis intenti sunt curbene quam doctrine donec bestiales isti motus praesertim in corpore insurgentes tertio ad quandam bestialitatem cogitationem perducunt, qui mox non refrenantur in ingressu ipsarum.

sicut est videre in freneticis et arreptiis

3o cognosci potest consensus appetitus sensitivi sive sensualitatis, que hic pro eodem sumuntur, ex natura ipsius delectationis, partis utriusque, una delectatio, inest tamen sensualitati, quam rationi, sed alia et alia, secundum naturas specialiter tamen cum delectatio ex propria generatur tamen generis, et ex operatione procedit ex inclinatione naturae secundum naturam, modo alia est operatio sensus alia intellectus, quorum horum quodlibet intendit suum finem et propriam perfectionem, sensus per vim irascibilem et concupiscibilem intendit propter apprehensam speciem sub ratione boni veri vel apparentis, ut fugere tristia, et prosequi convenientia, hoc inducit calido et in aliis intellectus vero alterum finem querit sub ratione optimi, quia secundum philosophum [illegible] desiderat ad optima, unde intellectus liberatus a passione et sursum se omnia ordinat ad finem qui est caritas dei et proximi, quia finis praecepti est caritas, de qua caritate sensus nihil de per se cognoscit, unde caritas non cadit sub affectu sensus. Est ergo delectatio rationis distincta a delectatione sensus etiam specie cum quelibet sit separabilis potest fieri, videlicet per separationem rationis a sensu post mortem. Si ergo trahatur ratio ex sua naturalem delectationem sive non sue conformem, ut in appetitu [illegible], iure, vindicte vel consentiendo talibus, clare patet quod ratio consentit in pravam delectationem et per consequens peccat licet non mox progressus fit in opus, potest tamen in idem obiectum generare delectationem sensus et rationis, sed non sub eadem ratione seu consideratione in operibus videntibus, sicut in audiendo dulcis melodie, in appetitu cibi delectabilis in visu rei pulchre et huiusmodi in quibus etiam et sensualitas et ratio potest concurrere sed sensualitas per delectationem suam circa proprium obiectum, ratio vero hoc ordinare potest in bonum finem. Ideo non oportet delectationem potentie sensitive rescindere sed clare et moderari secundum rationis inspirationem, non sic inspirare mala que ratio fieri non potest. Quarto demonstrari potest an ratio consentiat in delectationem sensus, si homo ipse nihil sentit tam fervet delectatio quod impedire possit progressum in opus sed vinctus est delectatione, quasi tamen hec delectatio carnalis libera est ab omni contrarietate [illegible] a ratione semper ratio transformata est in carnem ut unum sint secundum eam quia exteriora membra non ad imperium sensus de per se moventur sed ad imperium rationis et voluntatis, prorumpendo ergo ad opus exterius aut interius sine resistentia voluntatis, sed adesse facultas operandi indubie ostendit consensus voluntatis quod voluntas iam plene deliberat de opere

de oculo simplici et nequam

Est et aliud quod tam in opere quam in cogitatione magna indiget circumspectione, et de quo multo fortiter vincere volenti festum magnum in corde celebrandum est, quod infructuose silentio transire nephas putavi, videlicet de intentione circa cogitationem et operationem, de qua nulli extrinsecus licet iudicare aut aliquid precognoscere sed cautissime operanti et cogitanti explorandum est de ea, quando ex ipsa mali et demeriti dependit Christo dicente Si oculus tuus simplex fuerit totum corpus tuum lucidum erit, si autem oculus tuus nequam fuerit totum corpus tuum tenebrosum erit Matthei 6, per oculum intelligens intentionem qua omnia opera dirigimus. Et augustinus affectus tuus operi tuo nomen imponit scilicet boni vel malitie, quia intentionem sola ratio dirigit, et non appetitus sensitivus. Ideo intentio est appetitus rationis regulatus in debitum finem, unde intendere nominat proprie motum tendentem ab uno in alterum tamquam in finem sive terminum, Ad huiusmodi vero motum duo requiruntur scilicet consideratio finis, et eius prosecutio, primum pertinet ad rationem 2m ad voluntatem pertinet ergo intentio ad actum rationis dirigentis, et actum voluntatis moventis. Ideo nomen eius appellatur

vide de hoc et quando omnia sunt extra illo nemo potest duobus dominis servire

intentio

intendere

Cogitatio turpium potest considerari uno modo absolute in se sub ratione cogitationis inde sine consensu ac voluntate ad illud etc. non est peccatum sed cogitatio laudabilis ut ut est intelligi quod non est voluntaria pervenire et intimum est voluntarium unde quilibet perspexit de fide et lege cogitatio sed medium est et non habet assensionem vel dissensionem, informe est valde et naturale, unde non ex ipso natura semper quando cadit quandoque bona aut mala sit formaliter aut denominatur. Nec licet unquam de se laudem aut vituperium. Cogitare enim quandoque horribilia et detestabilia mala si medium est a delectatione et assensione malum non est, quia sic omnia inquirere videns et malos efficeret, nec esset deum iniquissimum et pessimum esse cum ipse omnia mala videat et videre nunquam desistit. 2o cum sic cogitatio turpium non absolute in se sed relative in ordine ad voluntatem ad quam refertur commissive vel omissive sive antecedenter vel concomitanter et sic cogitatio turpium potest fieri quandoque laudabilis et virtuosa, quandoque culpabilis et viciosa, quia talis cogitatio turpium potest fieri quando voluntarie ad hoc et propter hoc ut contra bonas affectiones et detestentur vicia, et etiam ut sic sciant docere alios quid illud sint cavenda et hoc est laudabile, econtra quando talis cogitatio turpium fit ad delectandum in malo vel provocandum malum et tunc utique sit culpabilis sed hic attendendum quod primus motus mentis etiam ad turpia et illicita non est culpabilis nisi aliqui non precedat ratio voluntatis commissive vel obmissive antecedentis vel concomitantis patet quia tales motus absque culpa voluntatis, non est in mea voluntate sed tales motus quid est ad aliquid illicitum est quedam temptatio, ista temptatio sit ab hoste vel a carne, sed ab hoste timesque ei non consentiam non est peccatum sed materia exercende virtutis. Si sit a carne iterum est materia illi qui plus vincit [illegible] et qui per se non sunt in mea ut temptationes insurgerent et ideo apostolus 2 ad cor. 12 dicit quod virtus in infirmitate perficitur et Ro 8 nihil dampnationis est hiis qui sunt in Christo Iesu [illegible] sed [illegible] et quidem

Habe in omnibus diebus vite tue in mente habeto deum glo. scilicet per veram fidem et dilectionem, et cave ne umquam peccato consencias; sed enim secundum Aug. non sit in potestate nostra quibus cogitacionibus tangamur, id est in potestate nostra ea respuere vel accipere. Sed ibidem paulo post: superbiam numquam in tuo sensu vel corde aut in verbo tuo vel extrinseco signo vel opere dominari permittas; non dicit oriri, quia impossibile est quin insurgant cogitaciones alique, sed nec dominari, quod quis imperium earum sequens secundum eas operatur, quod fit ab homine cavendum.

Nic. de Lira

in directa animae, sicut in ambulacione corporali congruit actus oculi dirigentis cum actu pedis moventis. Sic enim actus consentiendi in delectacionem aut operacionem importat duo, scilicet concordiam racionis et voluntatis ad unum aliquem actum faciendum, ad hoc autem quod intencio aliqua sit bona duo requiruntur secundum Bern., scilicet veritas in eleccione et caritas in intencione. Et si aliquid illorum defuerit, iam pravitatem operis, oportet enim finem sive intencionem esse bonum. Ideo nulla mala per se, propter bona fieri intencione, quia finis malorum est malus. Ideo furari ut pauperes sustententur non est bonum opus, quia malum de per se, ab homine non est ordinabile in bonum licet a deo sit ordinabile, et si huic defuerit illa condicio scilicet veritas in eleccione, oportet etiam ut caritas sit in intencione. Ideo detraccionem verum eciam si verum est quod dicitur, non est bona intencione detrahentis quia contra caritatem. Ideo Doech Ydumeus denuncians Sauli regi Israel quod vidisset David in Nobe coram Achimelech sacerdote quem postea occidit Saul, licet verum dixerit, non tamen bene dixerit, quia ideo dixit ut David a Saule occideretur, cui defuit caritas proximi; de hoc habetur I Reg. xxii. Sic in pluribus non enim quia intencio bona ideo omne opus bonum. Sed econverso, sequitur si intencio est mala igitur et opus malum eciam si aliter esset bonum. Non enim sufficit ad bonum quod sufficit ad malum, quia plura requiruntur ad constituendum quam ad destruendum. Defeccio bone intencionis depravat opus, non autem sola assumpcio bone intencionis denominat opus bonum, quia et ordinacio bona requiritur ad bonum. Ideo evangelizare ut manducet, licet utrumque sit et de se possit bonum, tamen non est debita ordinacio sed retrograda, quia finis melior debet esse ordinatus in finem. Hic vero posterius utique bonum est scilicet manducare et melior ~~oracio~~. Ideo manducandum est ut evangelizetur, non econverso. Sed ille quilibet apertis oculis non se palpans aut sibi blandiens vigilantissime circumspiciat oculum mentis sive intencionem operis sui operi, licet eciam in se sit bonum. O quot exemplis manifestat sacre scripture clarissime testatur quod plura opera, eciam apud viros alte dignitatis et celebris estimacionis apud homines, apud deum reprobissima extiterunt, quod nullus purus homo possibile fuisse putasset, nisi ille qui corda novit hoc liquido contestans fuisset. Sic scribis clarissime relucet opera scribarum et phariseorum, quorum tanta fuit fama sanctitatis ut totum vulgus eos beatificaret, quibus tamen ve dampnabile tonuit ab ore veritatis, ut patet Mt. xxiii, Luce xi. Qui ieiuniis, oracionibus, oblacionibus, sacrificiis, decimis, decimarum reddicionibus inculpabiliter insistebant, et tamen reprobi predicati sunt ab ore veritatis, que nulli humano iudicio est obnoxia, nec solum propter. Sic causa huius quoniam ut ex ore eiusdem veritatis claruit erat intencio corrupta, quia in finem avaricie, vane glorie, ambicionis et corporis voluptatis hec omnia faciebant ut viderentur ab hominibus, et devorarent domos viduarum. Et ~~omnia~~ illi videri fuissent et subtrores non reliquissent, de quo tamen plurimum formidandum est, licet hoc clare nullo audet dicere hodie propter intencionum velamentum, sicut tunc nullo illa cognovisset, nisi cordium scrutator ea patefecisset. Veniet autem tempus quo idem cordium scrutator Christus est qui libros consciencie coram omnibus expandet, et tunc manifesta erunt abscondita cordium, in quibus modo latent homines. Ideo eas hodie nemo nec debet nec potest iudicare, prestolantes illa summa apercione: nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum. Neque enim tempora puto esse prorsus feliciora quam tunc erant. Scrutetur itaque se ipsum quilibet explorando occulta intencionum suarum, ne sub pretextu communis utilitatis, aut presidencie cure pastoralis, aut predicacionis verbi dei coram populo, aut misteriorum celebracionis et frequentacionis, aut cuiuscumque alterius operacionis spiritualis, speciem pietatis preferentes, aliud intendat quam opera pretendat, ne cum quis estimavit aut putet se a deo estimari verum pastorem, mercenarius et non pastor a deo puniretur, nam iam recepit mercedem suam, temporale stipendium, et temporale emolumentum aut gloriam humanam, que fuit tota intencio sui operis. Talis enim si stetit super curam gregis domini, non tamen propter oves sed propter suum comodum, pari enim modo stare potuit

ultimo scilicet quod inordinatus motus sensualitatis non est culpabilis nisi racio sit causa inordinacionis consensione vel obmissione ante vel concomitante. Sed his considerandum quod cum sint motus inordinati vel motus inordinate sensualitatis, tunc est culpabilis quando racio est causa consensione vel omissione ante vel concomitante. Si vero talis motus insurgit ex impetu racionis deliberato et est motus ad peccatum mortale, tunc imputatur voluntati pro mortali culpa. Si autem insurgit solum ex negligencia voluntatis, qui non fecit diligenciam suam ad cavendum ne tales inordinati motus insurgerent, tunc imputatur voluntati pro culpa veniali, non autem pro mortali propter difficultatem refrenandi sensualitatem, et cavendi ne motus primi eius in mente oriantur. Sed his scrupulosi consciencia sua debent conquirant se cognoscere aliquid si non dicamus evidenter, in incertitudine et ubi quid huiusmodi cogitaciones et motus de quibus dictum est sint peccatum et quid non et quid gravia et quid levia. Sed in talibus pro certitudine non habere, timendum est tunc culpam ubi culpa non est. Et istud bene advertendum est non solum in predictis cogitacionibus et motibus, sed in multis aliis actibus humane vite, ubi eciam fidelis dei famulus non potest sufficienter iudicare se ipsum quo ad veram dictam vel cogitacionem an sint bona vel mala, licita vel illicita, meritoria vel demeritoria, et tunc cum humilitate et dei timore sibi quod dicere conveniet: sed neque me ipsum iudico; qui autem iudicat me deus est.

in cura pastorali, sed non pari intencione pastor et mercenarius, neque lupus veniens o-
ves rapiens facit mercenarium de novo, sed solum ostendit eum hominibus, qui prius a deo
fuit mercenarius iudicatus et utique damnatus atque dampnandus, etiam si hospitalitatem acces-
sisset, sicuti et ille quinque virgines fatue, que lampades portant in adventu sponsi
id est opera similia operibus prudencium virginum, sed non oleum in eis id est secundum Augustinum leticiam
conscientie de bonis operibus, quam leticiam fatue cum venirent non invenerunt, quia solum leticiam
habebant de emolimentis laudibus et honoribus hominum, et in hoc potest quislibet talis se examinare
an sincere opera sua procedant, si solius dei complacenciam primo in hoc querat, et leticiam
operum suorum in profectu animarum collocet, etiam si omnia emolimenta temporalia et honor absce-
derent, non quod sine temporali stipendio militare possit, sed non propter id primo in cathedra
sedeat aut evangelizet, aut aliud talium quid faciat, propterea Bernhardus dicit multa
talium operum transire in mercatum, id est multi per talia opera mercantur temporales honores et commoda
venantes more venatorum per ista rethia, unde ventres pascunt suos, quorum deus venter
est, non curant de animabus dummodo ipsi lac et lanam de ovibus recipere possint, est tamen operarius
dignus mercede sua. Et licet sine temporalibus stipendiis subsistere in pastura non possit, non
tamen propter illud pascere debet, sicut artifex sine instrumentis opus suum explere non potest,
non tamen propter instrumenta opera facit sed per ea, non enim illud sine quo aliquid fieri non potest est
illud propter quod aliquid fit, quia primum magis bonum est quam secundum, quia finis melior est ordinatis in
finem, solum videat quilibet ne sibi blandiens seducat se ipsum, solent enim iudicia
propria de se ipsis esse suspecta de iniquitate, et raro quis suam iusticiam de se ipso proferre con-
suevit, propter privatum honorem amorem, quo quis nimium se [illegible], verebar inquit
Job iustus opera mea, et si iste sua opera tantus vir verebatur, non presumens de se [illegible]
suam proferre, quid nos qui palpabiles ignorancie tenebras patimur, possumus de nobis
iudicare, et alter magis iustus Paulus, nichil mihi conscius sum, sed non in hoc
iustificatus sum, neque meipsum iudico id est iudicare presumo, sed qui vere iudicat me dominus
est, cuius scilicet iudicium infallibile est. Possent alia iudicia corrupte intencionis circa tales
operaciones adduci, que nunc silencio pertranseo, videndum itaque est cuilibet quomodo caute in suis
operibus ambulet, quia hodie heu dies mali sunt, multum secum trahendo de fermento phari-
seorum, quod est ypocrisis Avaricia, Ambicio, voluntas carnis et superbia, ut secundum beatum
Bernhardum pauci sunt qui hac peste careant, quam appellat libidinem dominandi, similiter quos
cathedra cure pastoralis honorat, quod multorum probat indignitas, insufficiencia morum
et sciencie, qui tamen aviditate cathedris affixi sunt, ut si totus grex in animarum periculo
reponi sub eis deberet, ipsi nichilominus a suis cathedris non vellent excludi, etiam si ad
manum essent qui digni et ydonei essent in ipsa republica. Exemplum contra venerabilis et sanctus antistes
Valerius Ypponensis, qui videns beatum Augustinum in verbo dei plus proficere posse, sponte ei
cessit, et ipsum in locum suum surrogavit, quod de pluribus possum comprobari, proinde quilibet
talis suspectus sibi debet esse de intencione corrupta, si plus tristatur de ablacione honoris sui et
proprii comodi quam de diminucione divini honoris et cure animarum sibi commissarum. Secundo suspectus sibi
debet esse, si plus gaudii concipit de emolimento persone sue quam de profectu et augmentacione
gregis et spiritualium bonorum, nec minus sibi suspectus esse debet si sub onere cure pastoralis
carnaliter exultat et gloriatur, hoc non considerans quod honorem nunquam genuit sub sarcina non elevari ab ea de-

sed cor eius ex pauce sit quod fit mentio de resignacione 3º si cor plus intentum est circa
curam temporalium quam spiritualium hoc quis experitur in studiosa examinatione expensarum
familie vestium equitature et raro aut numquam mente pluscitat que vicia in subditis et fa
milia et officialibus sibi vendicant principatum Quarto sibi suspectus debet merito videri
de defectu oculi simplicis si tales coadiutores et officiales coaptat qui plus intenti sunt
de marsupiis aliorum exhauriendis, et eidem thesauris fundis quam qui sancta et doctrina pre
cedentes gregis dominici impinguare student, 4º si in propria persona curam gerat de temporalibus
sollicite de eis providens, per alios autem curam gerat de spiritualibus, 5º si maiorem
vindictam sumat de iniuria proprie sue persone, quam de iniuria dei, hoc indicium est quod sua
intencio non sit pura se plus quam deum ponderans 7m si affectio eius non est inclinata
ad personas deum timentes et zelum dei habentes, et si aspernatur eas elongando eas a se hoc
enim signum est contrarium ex 5 pol' ut prudenter suspicans colliget, viciosis enim est amarum vir
tuosos, et qui secundum carnem natus est persequitur eum qui secundum spiritum extra pauli ad gal

remedia contra vanas cogitaciones

Hunc superest ut stilus ulterius prosequatur sententiam scilicet explicando remedia contra cogitationum
importunitatem et repressionem noxiarum, et aliarum utilium vice superadditam plantacionem, ut fiat
ordo regularis earum secundum mensuram racionis, ut racio dicat huic vade et vadat, et
alii veni et veniat ad quod faciendum fateor non parvus labor exigitur nec brevis mora
quod grandis profectus vite spiritualis exinde pullulat non dubitatur, unde nec cedere debet labori
ad id requisito sub spe uberioris mercedis, et spes omne fastidium repellere debet, sicut et
in aliis operibus difficultate pendentibus, hanc difficultatem multi sanctorum senserunt Augusti
ni confessio ait, multo facilius membris unus imperat quam sibi ipsi. Bernardus: senciant alii quod
velint, ego levius alios multos regere valeo quam me ipsum, frenandos motus interiores affectionum
suarum difficulter domabiles primum itaque remedium est reprimendarum viciosarum cogitationum
sublacio ocii, Est namque in desideriis omnis ociosus, et poeta Ocia si tollas periere cupidinis
arcus, Sentina enim omnium viciorum est ocium mentis secundum Bernardum describit Ezechiel sive peccatum
Sodomorum, vel que perierit unum et principale scilicet ocium hec iniquitas [illegible] Sodome sororis tue
superbia saturitas panis habundancia et ocium eius [illegible], Appetit enim animus incessanter
esse in operacione. Cui si frena laxantur, pronior est ad malum quam ad bonum, oportet igitur
ipsum ligari per racionem, ut non ad libita, sed ad licita opera sua convertat, dicunt enim
philosophi, sicut mare et aer, numquam sine motu et sine agitatione ventorum esse possunt sic nec
cor humanum in quiete Et post nam semper novas degenerat cedere formas in mente, sic eadem
a celestibus influencijs et intelligencijs novas ingerere formas intencionales agitat ac re
novat in organis sensuum interiorum, que in plenitudine speciei recipiunt irradiacionem corporum
superiorum et ut dicunt intelligentiarum Sicque species reservate in fantasia et memoria gignere se offerunt
sicut facies in aqua resplendens, oportet igitur ad certas intenciones se convertere, ne liberum
in ocio se reperiat 2m remedium quod precedentem sequitur est intencionis applicacio, sive affixio
intencionis ad aliquod grande et nobile, nam illa affixio et quasi primum principium conformit alia
omnia et quasi capit in se totam mentis intencionem et cogitacionem Est enim animus pene in
divisibilis ut quo vertit totaliter se vertit, nec actu ad diversa se vertere potest secundum philosophos totus hoc
modo legimus in collacionibus patrum, quendam puerum pervenisse unum de discipulis suis qui turbabatur et gra
viter temptabatur a spiritu fornicacionis in cogitacionibus suis, et nulla arte poterat curari, tandem pater

Ex timore [illegible] in commolacione omni
si [illegible] Job dicit, diabolus non tempt
at [illegible] tristem [illegible] et matu
[illegible] hominem levem [illegible] et [illegible] se
separatim et [illegible] ad usum et [illegible]
Cum ergo [illegible] cogitaciones [illegible] co
plicare [illegible] et si opus fuerit supra caput
ponendo, quam habeas in eis memoriam
[illegible] vel [illegible] in celo peccata
dendo, vel [illegible] in contemptum
humanum cogitaciones unde secundum Richardum
[illegible] dolor [illegible] qui videt
se [illegible] dolorem animi
[illegible] dicat ergo [illegible]

Item remedium est fugere cum studio cogitacionem quo quis longius potest forte meditando de aliquo, nam forcior est meditacio quam cogitacio secundum Richardum quia cogitacio est
impendens animi respectus ad evagacionem pronus, meditacio vero est studiosa mentis intencio circa aliquid investigandum diligenter insistens

occulte suscitavit ei adversarium alium fratrem qui cottidie turbabat eum accusacionibus gravibus et criminosis calumpniacionibus coram prelato, quibus gravius ille temptacionibus molestabatur, post lapsum anni unius cum adhuc pateretur pristinas libidinosas cogitaciones, vincere mihi non licet sed perturbacionibus accusacionum, et quo fornicari libet, quia dicit ner ad memoriam cogitacionum illarum mentem tangit, quippe qui se rapiebatur per intencionem ad respondendum illi calumpniatori, ut nulla alia cogitacio locum habere posset. Sic in primis viri devoti applicant mentem suam ad actum scribendi legendi, etiam corporaliter laborandi usque ad membrorum fatigacionem, in hiis que ad sui exercicium requirunt mentis advertenciam. mox alia noxia recedunt. etiam si illa in quibus occupantur sint in se parum utilia. ut mattam texere, et iterum retexere et resolvere. aut fodere et iterum foveam replere, ut legitur in vitis sanctorum patrum, et sufficit sola illa utilitas, ut malas cogitaciones careat, quia secundum philosophum Carere multo aliquid bonum est. Sic etiam interesse iocosis colloquiis et melodiis, et talibus ea iterum ut noxia declinentur ad tempus est utile, etiam legere historias solaciosas alias non utiles. libros ligare. lavare vestes. rigare olera. aquam deferre. fabricare et cetera talia que possunt quietem applicacionem animi. omnia illa hora sunt esse utilia   3m remedium est. quod mens sedule respiciat super cogitacionum suarum aggressum atque ortum. cum ebullire incipiunt, et si noxie sint, ut cupiditates. vane vindicte. invidie. singulorum [illegible] statim singulariter eas in principio nativitatis [illegible] utrumque, quia tunc quasi tenere et debiles sunt faciliter et absque molestia interfici possunt, si autem sit mora et robur quasi dividimus [illegible] difficultatem [illegible]. Sicut hostis nondum ingressus urbem facilius repellitur, quam iam ingressus sic sentit r. dicit [illegible] hostis i. noxia cogitacio interfici [illegible] debilis est   4m remedium est frequentacio in bonis cogitacionibus et consuetudo sedule de bonis loquendi cogitandi audiendi et tractandi. Nam sedem sibi vendicant quasi propriam in animo, que frequenter, et quasi domestice et familiares, solent admitti, etiam non vocate possident mentem ex assiduitate, sic econtra noxie, si per usum frequenter admittantur ad modum catulorum quibus frequenter [illegible], qui etiam nolentibus nobis se ingerunt, alii etiam qui rarius sunt, etiam vocati venire dedignantur, ad quod etiam multum valet sensuum exteriorum cohibicio, per quos intrant ea unde cogitaciones generantur, tanto qui quanto rariores sunt, tanto magis a cogitacionibus remote et earum absque oblivionem pervenit. et penitus a mente abscidit   Quintum remedium est ad deum supplex oracio dicendo illud Cor mundum crea in me deus, non enim sicut apostolus sufficientes sumus aliquid a nobis cogitare quasi ex nobis, sed sufficiencia nostra ex deo est. ipso dicente sine me nichil potestis facere, unde petentibus datur pulsantibus aperitur, et querentes inveniunt   6m remedium est rigorosa et tamen discreta corporis castigacio per vigilias ieiunia abstinencias et solitudinem et cetera afflictiva. Caro non afflicta sobrietas reddit cogitaciones, delicate autem nutrita ebullit pingues et libidinosas cogitaciones, sicut olla plena pinguedine super ignem plures evomit spumas, ideo omnis qui se purificare voluit et sincere in Christo opus suas exercere prima in corporis castigacione et voluptatum carnalium oppressione, sicut et in sensuum exteriorum cohibicione, et hii qui speciali gracia a deo sunt visitati semper hiis armis se usi, nec oppositum reperitur etc.

Ut elaciones vires cogitacionum et earum
potenciam cognosci

Ut clarius vires cogitationum et earum potentiam cognosci, et per hoc ad vitandum noxias promptius valeat homo, notandum quod virtus ymaginativa secundum non contemnendorum doctorum sententiam non distincta a fantasia cogitativa sive estimativa, per species rerum sensibilium apprehensas formiter impressas in virtute sensitiva exteriori potest in corpus cui inest sensibiles transmutationes ratione colligantie virium sensitivarum ad organa corporis, nam actus cogitationis perficitur ex specie sensibili ab exteriori re traducta in animam et ex potentia sensitiva, que est receptiva et cognoscitiva illius speciei, oblata ergo hac specie ipsi potentie, et ipsa interiori agente, et actu considerante illam speciem cum circumstantiis representatis, fit cogitatio de specie tamquam de re de qua sumpta est hec species seu similitudo, unde quod facit res ad extra sensibus exterioribus, hoc facit similitudo a re recepta sensibus interioribus. Hec vero species sive similitudo rei absente etiam re exteriori, offertur potentie sensitive interiori per modum convenientis et delectabilis, aut per modum disconvenientis et contristabilis. Nam sensus interiores ex nature sue institutione, habent appetitum aut fugiendi aut prosequendi statim quod cognoscunt sibi competere vel etiam patet in animalibus brutis; licet aliter in hominibus et aliter in brutis. Subiunctis enim non possunt non prosequi quod appetunt quantum est in eis, quia non habent superius eis imperans, sed in hominibus est vis altior predominans scilicet ratio, appetere ergo potest sensus, sed non prosequi, nisi ratione imperante, cui natus est obedire, ubi ergo iam incipit peccatum in homine ratione non cohibente, aut consentiente et imperante. Sicut ergo exteriora sensibilia oblata sensibus exterioribus faciunt transmutationem in corpore ut in oculo et tactu odoratu et gustu, sic similitudo rei sensibilis in potentia sensitiva interiori potest facere transmutationem in corpore in quo est, licet non semper ita fortiter quia magis immaterialis est species interior quam exterior, licet utraque sensus recipit obiectum sine materia ex 2o de anima, quia lapis non est in anima sed species lapidis ex 3o de anima. Tanto ergo maiorem transmutationem virtus ymaginativa facere potest in corpore in quo est, quanto fortius et diutius obiectum sibi imprimitur, et in ea continuatur, et hoc ratio potest facile cohibere cum habeat dominium super ipsam, et facile est rationem cohibere vel compellere illum actum virtutis ymaginative interim quod similitudo non est fortiter impressa in fantasia seu ymaginativa, sed postquam diutius est impressa, tunc iam cum difficultate et penalitate dimittit speciem seu avertit se ab ea, sicut in imagine in lapide sculpta. Unde summum est utilissimum remedium, ad declinandas cogitationes immundas et viciosas in principio resistendo sunt antequam invalescat. Non autem pariter modo in hominibus fit talis transmutatio, quia propter subtilitatem complexionis aut duritiem, facilius aut tardius fit talis transmutatio, in primis velocius in 2is tardius, secundum maiorem et minorem capacitatem. Primi namque enim homines qui quamvis ad aspectum mulieris sine tactu sunt sensibus et attendunt in libidines, grossiores vero minime, sic et in absentia per solam ymaginationem, quamvis aliqui sic attendunt in toto corpore ad libidines ac si in actu essent mixti. Pro predictorum veritate et intellectu dicit avicenna libro viii de animalibus c. ultimo, quod gallina vincit gallum in pugna erit quasi gallus, et aliquid nascitur cornu in crure eius quasi gallo, et hoc fit propter ymaginativam seu estimativam virtutem, cui obedit natura in materia generationis. Et vi naturalium libro iii c. ultimo: Calor accidit ex non calido, et frigiditas ex non frigido, sine actione et passione corporali. Cum enim ymaginatur anima aliquam ymaginationem et corroboratur in ea, statim materia corporalis recipit formam habentem comparationem ad illam qualitatem, dicit etiam ibidem in c. c. attende dispositionem infirmi quando incipit convalescere, aut sani cum credit se egrotare, multociens enim contingit ex hoc ut ut cum corroboratur forma in anima eius, patiatur ex ea ipsa materia, et proveniat ex hoc sanitas vel infirmitas. Et hec actio efficacior est quam illud quod agit medicus instrumentis et mediis suis

Ideo videmus quod quis per strictam trabem positam super terram faciliter ambulat, que si super profundum flumen posita esset minime per eam posset illesus ambulare. Ratio quia conceptus in illo forma cadendi vehementer impressa, cui obedit virtus membrorum, et incipit contremiscere. Sic et in qualibet alia actione, scilicet sermonem faciendo coram multitudine aut potentibus, ubi timore aut omnino verba non potest quis formare, quod tamen coram socijs facillimum esset quibus non timet. Ideo tibi expediret ut perseverarent in mente imaginativa in suo vigore sine impressione aliqua specierum terribilium, ne ab ea abstraherentur, ac si nemo esset presens. Ex frequentia tamen terribilium aut delectabilium, fervor eorum decrescit in estimatione, ut quia quidam continue conversantur cum feminis nec tamen nec raro delectantur, absentes vero earum impetuosius delectantur ut fratres et religiosi. Hinc causa est raritas aut assiduitas in imaginatione, unde monstris assuetus, nunquam monstruosa turbabitur. Hec eadem sententia Augustinus etiam libro xi de trinitate capitulo iiij de mutacione vide ibi et capitulo supra libro vide in eodem libro capitulo ij. Veritas etiam predictorum patet per rationem, quia superiora semper habent influere in inferiora, et dominia habent in eis sicut celum, scilicet luna in elementa et elementata, et angeli influunt in corporibus celestibus ea movendo, et in hominibus dirigendo et illuminando. Cum igitur homo sit microcosmus, id est minor mundus, ex viii physicorum, sicut sunt hic in macrocosmo sic in microcosmo, in quo et superiora habent transmutare inferiora, scilicet intellectus et voluntas imaginativam, et imaginativa naturales virtutes, naturales autem ipsum corpus, unde intellectus formando aliquod malum intelligit illud imminere homini, seu bonum, et ex hac apprehensione fit impressio in vi animali, unde surgit passio timoris vel spei, et etiam dolor sensibilis in corpore, pallor rubedo transmutatio faciei vel motus genitalium, etiam voluntas imperat membris quiescentibus, et incipiunt moveri. Hoc autem non esset nisi vis motiva, que est in musculis, aliter esset disposita quam ante fuit. Unde virtus imaginativa magne efficacie est in hominibus et animalibus, ut etiam aliqui incipiant homines ridere aut flere ex minori motu solo ut in freneticis, et quandoque clamare terreri et contremiscere ex speciebus fortiter impressis in cogitativa virtute et fantasia, que est vis collativa specierum seu compositiva intentionum, per compositionem aut divisionem, ex 2° de anima, per ipsam enim monstra formantur. Inde surgit admiratio aut tremor ex interiori, sicut contingeret ex presentatione terribilium ab extrinseco, ut dicit Augustinus libro xj de trinitate capitulo iiij. Non tamen omnibus equalis est operatio cogitative virtutis in omnibus propter grossitiem aut tenuitudinem corporis, aut debilitatem aut fortitudinem plenitudinis, seu imaginis impresse. Ideo aliqui in turpi mulieris specie plus delectantur quam alij in speciosa, unde ex eodem fundamento patet quod demones sensus interiores hominum illudunt, quia illas species fortiter imprimunt, et ad sensum communem reducunt, ut tunc videatur quod res presentialiter ipse videntur ut in sompnio. Ex premissis prudens potest multam doctrinam sumere, ad vitanda opera viciosa, quia ex cogitationibus pravis opera corporea procedunt: teste ore veritatis Math. xv. de corde enim exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria. Ex his verbis domini colligitur quod etsi dyabolus quasi immittit homini cogitationem mali, cogitationem tamen malam non potest immittere, que mala sit tamen per consensum, qui est in corde, unde quod dicitur dum misisset dyabolus in cor Jude, et in psalmo immissiones per angelos malos, immissio accipitur pro suggestione, ut enim non potest illabi anime ubi libero. Ex hac sententia arguendi sunt, qui cogitationem a dyabolo immitti putant, et non ex propria nasci voluntate, dyabolus adiutor et inventor malarum cogitationum esse potest, auctor

Nota quod imaginatio alterat corpus nostrum sicut videmus manifeste: quod videre res rubeas et ipsas imaginari movet sanguinem, et quandoque imaginatio doloris quem patitur socius suus in aliquo membro, eiusdem doloris meminit, et pro tanto dicitur imaginatio facit casum, imaginationem enim infirmant virtutes naturales, [illegible] que se tenent ex parte imaginationis; non enim competit etiam in regimine sanitatis corporalis imaginari circa aliquod obiectum nimis intense, quia ex tali imaginatione nimis spiritus motu inordinato et relinquunt locum digestionis et sompnum impedit esse non potest. Si autem semper in insidiis positus levem cogitacionum mearum scintillam sinis fomitibus inflammari: non debemus enim cordis quasi occulta rimari, sed ex corporis habitu et gestibus estimare quid versimiliter intimus, verbi gratia si pulcram mulierem nos crebro videt aspicere, intelligit cor amoris iaculo vulnerari. Unde et Augustinus super humanas autem cogitaciones dyabolum non videre certi sumus, sed motibus eas corporis et affectionum indiciis ab illo colligi experimento didicimus. Secreta autem cordis solus novit ille ad quem dicitur: Tu solus nosti corda hominum filiorum. Hec Augustinus. Solet quippe dyabolus antiquus venator premittere sui adventus precursorem scilicet male cogitacionis, quam si quis in corde susceptam retinuerit dyabolus in corde suo habitacionem preparavit. Et quamvis dyabolus quandoque sit adiutor et auctor malarum cogitacionum, non tamen omnium, quia quandoque procedunt ex nobis tantum, Augustinus: Non omnes cogitaciones male nostre dyaboli instinctu excitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt; bone autem cogitaciones semper a deo sunt.

Qualiter cogitacionibus malis resistendum sit docet Anselmus dicens: Quicumque autem pravam voluntatem aut malam cogitacionem a vobis excludere, hoc primum consilium quod vobis do intelligite et tenete. Nolite luctari cum perversis cogitacionibus vel perversa voluntate. Immo ~~intrez~~ vestram donec ille evanescant forti occupate. Nunquam enim expellitur cogitacio vel voluntas nisi alia cogitacione vel voluntate que non concordat illi. Sic ergo vos habete ad inutiles cogitaciones ut toto nisu intendendo ad utiles mens vestra dedignetur eas saltim recordari vel aspicere. Cum autem vultis orare et in aliquam bonam meditacionem intendere, si vobis tunc importune sunt cogitaciones quas non debetis suscipere, et numquam semper illarum importunitatem a bono quod incepistis velitis dimittere, ne instigator earum dyabolus gaudeat quod vos ab incepto fecerit deficere; sed eo quo dixi modo illas contempnendo eas superate. Neque doleatis nec contristemini de illarum infestacione quamdiu illas sicut predixi contempnendo nullum eis assensum prebetis, ne occasione tristicie iterum redeant ad memoriam et suam importunitatem resuscitent. Habet enim hunc morem humana mens ut hoc unde delectatur aut contristatur sepius ad memoriam redeat quam hoc quod negligendum sentit aut cogitat. Similiter se debet habere persona in sancto proposito studiosa in quolibet motu inde venienti in corpore vel in anima, sicut est stimulus carnis et ire et invidie vel inanis glorie. Tunc nunquam facile extinguuntur cum et illos velle sentire aut de illis cogitare aut aliquid eorum suasu facere dedignamur; neque timeatis quod huiusmodi motus vel cogitaciones vobis in peccatum imputentur, si illa tenus voluntas vestra se illis associat. Et quia nichil dampnacionis est hiis qui sunt in Christo Jhesu, qui non secundum carnem ambulant. Secundum carnem non ambulare est carnis voluntati concordare. Carnem autem vocat apostolus omnem viciosum motum in anima vel corpore, cum dicit: Caro concupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Facile quippe huiusmodi suggestionem extinguimus si principium earum statim predictum consilium contexemus; difficile vero postquam caput earum intra mentem admittimus. Hec Anselmus. Unde et Jheronimus ad petrum quod corpore peccatum nunquam pariens: et si incentiva viciorum statim in mente iugulabis et parvulos Babilonis ad petram allidens, et in qua serpentis vestigia non comprehenduntur, et tamen deo permittente si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero.

quod si cum vobis infeste sunt, alia utili cogitacione et voluntate

Ad vitandum etiam cogitaciones malas malas nullum videtur hoc cor unum cum deo, quia hoc ipse proprie a nobis requirit. Unde Hugo: In omni creatura que sub celo variantibus humanis occurrit et nichil nobilius, nichilque deo similius, nichil humano corde sublimius comperitur. Puta quare nichil querit a te nisi cor tuum, et vide in omni temptacione remedium salubre est deo adherere. Unde Augustinus: Cum inhesero tibi ex omni me, et ero nusquam michi erit dolor et labor. Cassianus capitulo tercio decimo dicit et docet cogitacionibus malis perstare mens impar: vade tu et vadit; bonis cogitacionibus dicit: veni et venit.

Hec que predixi

Vide Bernhardum varia de cogitacionibus tractantem in sermone clx et sequenti clxv et c xxxix in parvis et in sermone 142

respondere ut valui non ut volui brevi et rudi stilo exaravi occasionem prebens locupletioribus lacius et clarius de hiis disserendi, si que fuerint simplicioribus tradere procurent quorum corda deus perfecte visitat, et si per ministerium huius pauperculi stili aliqui profecturi gratissimum fuerit, si in vero parum aut nichil profecti quod tamen deus vertat scribentem qui sincera et certa caritate et qua potuit veritate hec digessit. Cui et si non ex utilitate legencium tamen ex caritate scribentis merces speratur reddenda ab eo qui ei inspiravit ut vellet et affuit ut perficere posset, Christus verus deus et homo per secula benedictus amen.

Sequuntur hic de cogitacionibus varia ex diversis collecta

Immundas cogitaciones quare expellere debemus

Perverse cogitaciones separant a deo. Bernhardus: Oportet si mundas servare volumus animas nostras, et adhuc longe agentibus huiusmodi cogitacionibus multa ad indignacionem occurrere et exsufflare a nobis ut nullus eis detur accessus. Item immundarum cogitacionum primitus debemus fetorem et tota virtute repellere, et tota anima repulsare, conversi statim ad gemitus lacrimas suspiriis, invocantes spiritum sanctum, qui adiuvet infirmitatem nostram, sic confisus absistens non tam facile sicut alias viriliter resistentibus nobis malignus hostis afferre vel auferre presumit. Hec ille. Crebra scripturarum meditacione, assidua post ruminacione, pura et humili confessione, ab immundis cogitacionibus te expurga. Membra tua que sunt super terram cum viciis et concupiscenciis mortifica, et Babilonis parvulos tenere ad petram allidas, et cineris tue superbiam terat potius ubique parcitas. Hec Adam monachus in libro de instructione anime.

Bernhardus in sermone quodam de vii naturis

Cogitacio mala cum ex immundo est qui nullis obicibus repellitur, his frequencia plurimas fenestras corporeorum sensuum quas ei de mundanis catharactis mortiferos imbres infusus administrant. Occurrit aspectui mentis quod vidit et audivit, quod odoravit et gustavit, quod palpavit et tetigit, et plerumque quod simpliciter oculo aspexit, dispellit contortor ad offendiculum contorquet et scandalum, fingit fallaciter ymagines pingit, colores aptat et in thalamo mentis varia confingit, si forte consensum eliciat, et inficiat affectum, offert horribilia de divinitate, terribilia de fide, miserabilia de fidei misterio, et in alveo mentis venereas interserit porciones, quas vel in confessione evomere pudor oneratus exhorret. Venit in oratorium, dormitorium occupat, insidet refectorio, occurrit claustro, rumpit officinas, nullam pretermittit artem nocendi, sic ubique sue calliditatis aspirat astucias. Et in choro quando orando et psallendo mentem pertrahit in diversa, preteritorum et futurorum presenciam intellectus involvit. In thoro vero multiformes libidinis formas involvit, insidias solitudinis vertit et tot sororum oppugnat, ut ubi non expugnet, pugnet non vincet. In refectorio gulam allicit ad videndum que preferuntur, et ingentem audiendo onerat distentum ventrem, ut iam maiore opera ad egerendum egeas quam ad digerendum. In claustro libros revellit a manibus, memoriam scripturarum exportat, et nunc de isto ad illud, nunc de illo ad istum, cum signis et scurrilitate transfertur, per officinarum multitudinem te exire facit et vagabundo te comitem facit, donec tacitum confusionem aut capiat aut constringat. Quid plura? In choro devocionem, in thoro castitatem, in refectorio parcitatem, in claustro laborem, in officinis plenam virtutem, virtutes inimicus extirpat. Nec sufficit vigilantis subtilitate spiritus cordis terebrare mentalia, si dormiendo singula se vertit et evertit astucia in melius vite ostre quam stilo sive relinquo, sed et ad aliam domum virtutum sequitur nos spiritus ipse in in ipsos mentis oculos inuolantes et vix aliquando vel nascentes vel pendentes in sua memoria deturbari / Magnus ille patriarcha vix volucres huiusmodi a sacrificiis suis abigebat / nos quid sumus, qui fugare possimus / videris quod turbidus torrens et limnosam regurgitans hinc nostrare qui vix aut numquam dicit vt permittas existere / non puto quod ille qui clausit celum oratione clausit animam a cogitatione / vt facilius sit celum obserare quam animam

Bernh in epistola ad Cartus

Cogitationes sine intellectu alie sunt vane alie sunt ociose neutro intellectu cogitantis intencionem se applicantem non repente perimentes, sed sensim et paulatim corrumpentes occupando tempus nimia impedientes et animum inficientes / vbi tamen et repellere ipsum statim non est in voluntate cogitantis / sit tamen ex culpa negligentis vt spiritus discipline iuste se auferat a cogitationibus indisciplinatis. Cum vero de eis que de deo sunt / vel ad deum sunt cogitatur et voluntas eo proficit vt amor fiat continuo per viam amoris se infundit spiritus sanctus vite et omnia viuificat adiuuans seu in oratione seu in meditatione infirmitatem cogitantis. Sed modus hic cogitandi de deo non est in arbitrio cogitantis, sed in gratia donantis scilicet eius spiritus sancti qui vbi vult spirat, quando vult et quod vult et quibus vult hoc inspirat. Sed hominis est iugiter preparare cor voluntatem expediendo ab affectionibus alienis rationem vel intellectum a sollicitudinibus memoriam ab ociosis negotiis / nonnumquam etiam a necessariis occupatis, vt in die bona dum et in bono beneplacito eius, cum audierit vocem spirantis in ea que cogitationum sancte continue generatur sibi vt cooperentur in bonum. Vnde voluntas neglecta facit cogitationes ociosas et indignas deo corruptas et peruersas que separant a deo. Recta vnitas ad vsum huius vite pia exercitatio ad sentiendum spiritus et ad sentiendum deo

Cogitationes mee dissipate sunt
torquentes cor meum Job xvij

Notandum quod inueniuntur cogitationes sapientium prudentium peccantium et laborantium. Cogitationes sapientium non dissipantur cito, quia fantasia eorum est sedata, ymmo in viris sapientibus sit fantasia melior sicut quod etiam in somniis sunt eis certis reuelationes a superioribus sicut habetur in libro de sompno et vigilia, et expresse idem a commentatore, ideo dicitur sapientie viij immortalitas est in cogitatione sapientie. Cogitationes prudentium et pendentium non dissipantur de facili, quia veniunt consilio, per consilium autem homo prudens firmatur et eligit et habitum sic dicit iij ethicorum et vj quod non mouentur a diuersis opinionibus contradicentibus et ideo dicitur prouer. xv. dissipantur cogitationes vbi non est consilium, vbi sunt plures consiliarii firmantur. Cogitationes peccantium dissipantur quia in vna opinione non firmantur et ideo dicitur vij ethicorum in fine quod facile transmutabilis malus, quia non habet mentem stabilem in vno, et hoc dicit Job v qui dissipat cogitationes malignantium, quia decidunt a cogitationibus suis vt in psalmo. Cogitationes laborantium etiam non durant sed dissipantur propter motum fantasie et turbationem, homo enim turbatus non potest diu insistere circa vnam cogitationem. Vnde ex turbatione fantasie oritur diuersa, sic quod vna cogitatio dissipat aliam et tollitur ab altera. Et ideo sunt multe cogitationes in corde viri vt prouerb. xix. De melancolicis etiam dicitur vij eth. circa finem quod non immanent eorum quia corporis morsu consumuntur. Et dicitur eccl. xxxiiij. Amari habundabit cogitationes corporis autem morsu consumitur vel infirmitate morali, vel infirmitate corporali vt in verbo Job dicitur

In omni creatura que sub celo numeratur humanis oculis nichil humano corde sublimius nichil subtilius nichil deo similius cognoscitur, quamvis nichil aliud querit a te nisi cor tuum. Hugo

queram cor meum et affligam quia cogitationum pulcre delectant, cogitationem vero amaram sentiat. Super hoc dicit beatus Gregorius xiii moralium c° xvi. Terrenorum namque actuum dispensationes tanto bonis mentibus graviores sunt, quanto eorum mentem ab intentionibus celestibus vel ad modicum dicuntur excellunt; quia enim bonis mentibus temporalis felicitas insistit, curat circa eos terrene dispensationis subtrahi, que eos in cogitationibus torquere videbatur; dum enim recte semper eo ad percipienda celestia appetunt, eo ipso quo aliquando ex dispensatione terrena ad ima cogitanda descendunt torqueri se sentiunt. Gregorius. Sed viri ita se in operibus custodiunt ut bono unde reprehendantur exterius non inveniantur; in cogitationibus vero suis tanta se cautela circumspiciunt ut si fieri valeat, semper irreprehensibiles interni iudicis oculis assistant. Si quis agere possit ne exterius labatur in opere, sed interius agere nequaquam potest ut nusquam labatur in cogitatione. Cum ergo turbulentarum cogitationum fluctuat, cogitatus non sinceat, condicat, non assentiat ad Christum qui petra dicitur antequam in corde figant radices eas allidat; divinis cogitationum sanctarum impulsibus malas cogitationes comprimat et frangat ad Christum dicitur. Ad seniorem vero spiritualem festinanter confitens cogitationem et cogitationum aculeos ei humiliter et devote patefacere non differat. Cogitationem enim ad Christum qui est lucens peccatorum alliditur, cum cogitantis considerat se male cogitare, et ad Christum qui caput suum est cordis oculos elevat, cogitat confiteri que male cogitavit; ipsa enim confessio allisio et confractio cogitationis male cogitate esse censetur. Omnia enim in confessione grossa virtute lavantur, si tunc ea confitens in Christo confitetur. Non autem sufficit esse seniorem etate et sapientia cui peccata confitearis, nisi sit etiam vite spiritualis, qui scilicet vicia persequatur, et stat in virtutum fragrantia delectari. Sic enim loquitur beatus Basilius de confessione. Confessio et exemplo peccatorum fieri debet apud eos tamen qui curare hoc prevalent et emendare, et ad hoc hortatur beatus Benedictus in regula dicens: Cogitationes malas cordi advenientes mox ad Christum allidere et seniori spirituali patefacere.

Ex illo passu evangelii de corde exeunt cogitationes male, colligitur quod quamvis dyabolus quandoque immittat homini cogitationem mali, cogitationem tamen malam non potest immittere, que mala sit tunc per consensum voluntatis. Unde quod dicitur: Cum iam misisset dyabolus in cor Jude, et in psalmo immissiones per angelos malos, immissio autem pro suggestione; aliud enim dyabolus non potest illabi anime vel spiritui. De hac sunt arguendi sunt qui cogitationem a dyabolo immitti putant, et non ex propria nostra voluntate; dyabolus adiutor et incentor malarum cogitationum esse potest, auctor esse non potest. Qui tamen semper insidias positio levem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammat, non debemus opinari cum cordis occulta rimari, sed per corporis habitum et gestus estimare quid versemus intrinsecus. Augustinus. Secretas autem cogitationes dyabolus non videt certum sumus, sed motibus eas corporis et affectionum indiciis ab illo colligi experimento didicimus; secreta autem cordis solus novit ille ad quem dicitur: tu solus nosti corda hominum. Solet quippe dyabolus audiens [illegible] sui adventus per inspectionem mali cogitationem; quia si quis in corde susceptam miserit, dyabolus in corde suo habitaculum preparavit, et quamvis dyabolus quandoque sit adiutor et occasio malarum cogitationum, non tamen omnes quandoque procedunt ex nobis. Augustinus. Non omnes cogitationes nostre male a dyaboli instinctu suscitantur, sed aliquotiens ex nostri arbitrii motu emergunt; bone autem cogitationes semper a deo sunt.

Cogitationes male non semper et immisse sunt dyabolo sed aliquando a motu nostro libero arbitrio

## Super ewangelium Luce omelia venerabilis Henrici de Hassia

In illo tempore loquente Jhesu ad turbas extollens quedam mulier vocem de turba dixit ad eum: Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. Beatus venter in quo incomprehensibilis sese texit divinitas, et in quem se incircumscriptibilis collegit superna maiestas. Beatus namque venter qui factus est creatoris hospicium, dignum omnipotentis dei domicilium, electum summi regis habitaculum. Venter quem sua preelectus sanctificavit spiritus sanctus, quem in templum peculiare sibi elegit dei filius, quem in diversorium dignissimum vendicavit sibi universorum dominus. Beatus venter quem deus pater ineffabiliter obumbravit, quem dei filius corporaliter inhabitavit, quem spiritus sanctus sibi ineffabiliter dedicavit. Venter iste est vena manne, officina gracie, cella singularis, apotheca glorie. Hic est cubiculum salomonis, vellus gedeonis, thalamus summi regis, thronus dominatoris, palacium creatoris, sacrarium principis. Hic est venter matris que marem sine mare concepit, et puerum pure progenuit, sine libidine concipiens, sine amaritudine pariens, sine sollicitudine pariens, venter impollutus, venter incorruptibilis, vere sanctus, vere est illibatus, igitur vere beatus. Sed cuius venter? Marie. Cuius Marie? Filie regis david, virginis et matris. Cuius matris? i. Christi dei et hominis. O igitur bis sanctus terque beatus. Sed quo beatus? Certe beatus fecunditate virginali, puritate naturali, venustate corporali. Beatus virginali integritate, puellari honestate, regali nobilitate et singulari sanctitate. Beatus quia unius dignitatis dotatus prerogativis, inauditis honoratus privilegiis, divinis impregnatus misteriis, dei filium carne induens ut nobiscum conversaretur in terris. Erubescat iudeus infelix qui mentitur deum horruisse virginis uterum et thorum de viri semine natum, obmutescat hereticus negans virginem consubstantialem dei filium quem beatus venter virginis concepit in humilitate minime, de quo dei filius dignitate maiestatis minimus in momento conceptionis factus est homo corpore minimus. Quod Ieremias dixit in propheta virum sed et non homo, quia virum qualitate conceptus potius quam hominis, ut virum virtute celi fortitudine sine propagine seminis. Ergo et beatus venter qui te portavit, te quidem filium david quod inter sine prece, portam requietem, doctorem celestia, et mica sacietatem, te promissum in lege Moysi siam, ut tolleres peccata mundi et aperiens celi ianuam. Iterum beatus venter qui te portavit et te portante omnia sustentavit, quem celum et terra continens inclusum non gravavit. Venter qui in se deum et hominem fecit, hinc inde effudit, que effusus effusione non confundit, sed laude ingenuali data mari cum premerentur honoribus extollit, atque dei genitricem et intuere laudari facit. Igitur et beata ubera que suxisti, ubera castissimi pectoris, sanctissime matris et virginis, lacte virgineo de celo plena, candore niveo et dulcore unico grata et ad sugendum aurea, que suxisti. Quis? Qui suxisti infans dominus angelorum, rector celorum, creator universorum, qui das escam animalibus lactantibus, ubera replesti que suxisti, lactavit te sanctissima, et generantem te genuisti. O vere beata ubera lactantis desiderio totiens contrita, ore dei totiens osculata, apprehensa labiis, tacta genis, oculis aspecta, manibus dei contrectata, et que his omnibus sanctificata, vere et utique sunt beata ubera que suxisti. Iam vere in excellenciorem sue matris laudem vertisse videat mulier, que superioribus premisimus extollens vocem de turba ipsum laudando, eius responsione [illegible] beatificaverat, inferens: beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. Quinimmo beatior ipsa quia audivit verbum dei et custodivit illud, verbum namque vocale salutacionis angelice quo verbum concepit eternale generationis [illegible], et custodivit illud obediendo humiliter ut in se esset caro factum. Audivit verbum dominum preceptum et custodivit illud opere implendo per virtutis affectum. Beata utique quia verbi incarnati mater divinitus electa, multo beatior quia eius in moribus studuit custodire mandata, atque dei facie bene placita. Deinde consideremus quantum [illegible] dignitatis et honoris sit status inventus dei creatoris, que virginalis premeruit prudentia, ad quem provexit virginem humilitas summa, virtutum omnium ornatu vallata ab infantia, quibus prorsus et pulchritudine perpetua intendens processit regnans, dei mater sancta, regina celestis digne vocanda. Certum si insignes virorum illustrium matres tam reverenter tantisque honoribus efferimus, si carnalis femina ob sanctum sponsi ante inventam regis terreni vel cesaris [illegible] imperialibus honoribus extollenda, et ex quo dignitatum precellentia celestis regine gaudia, quis exprimet quam magnifica dignitas sit et honoris eius status femine, que omnium virtutum gracia vir

virgines retento honore est mater summi regis
domini videlicet. Si unquam qui cesaris secretarius
qui cesari condomesticus qui cesari singularem gratiam
et familiaritatem tante reverentie et honores ab hominibus
mundi sepe maiores temporales exhibentur, quid dicam
de matre virgine, sanctissima secretaria Christi quem
corporis regnum terre sui tam intime familiaritatis
gessit, ut venter eius ipsum nascendum portaret
ut natus virginis ubera sugeret, ut eum manibus
virgineis palparent tenerent abluerent et per
omnia tractarent, atque ut ipsa familiari eius con-
tubernio et colloquio dulcissimo medio sincere
usque ad crucem filii et sub cruce consolare. Igitur
quis summi regis clementissime dignissime matris et virgi-
nalis secretarie pre decessis precibus atque tam pro
suis venerationibus et omnibus divine clementie invo-
catoribus intercedente non exaudiret, quo
aures huius celestis secretarie ipsum digne cole-
tium voces et vota non suscipere. Quare dilectissi-
mi illa magne devotionis et fidei mulieris extol-
lentes sepius vocem de turba magis in laudem
huius matris clamemus Beatus venter qui te
portavit et ubera que suxisti. Quoniam et beatum totum
virginale corpus, totum post mortem terre commissum
sed confestim de tumulo ad celum assumptum, ubi con-
figuratum glorie corporis Christi, et dotibus glorie honoratum
collocatum super thronos angelorum ad dextram filii et
vere beatum corpus quod dum hanc vitam mortalem
reliquit, vita immortali vivere cepit, et passibilitate
mutata in impassibilitatem, obscuritate in claritatem
tarditate in agilitatem celeritate data est ei mundicia
subtilitas corporibus est aucta infinite proportionis
omnibus membris addita nova venustas, et
tunc feliciter beatificatus est venter qui te portavit
tunc beatificata sunt ubera que suxisti. Valde igitur ipsi
hunc ventrem hec ubera hoc corpus sacratissimum virgi-
nitatis ventre et uberibus in celis gloriosissimum, quod
mortale tam beatum fuit immortalem predicunt, numquam
post corruptam residuum corporis illius de quo sum-
psit dubitem fuit videre corruptum putredine
dubium putuisse et in cineres tabuisse quia
terminatum presumpto hec tam beatum ventrem et ubera
legi cadaverum dimissa putredine contaminata
et vermibus devorata. Aliquid matris oblitus
residuum carnis, sua patre genitus dei filius devo-
randum deputavit vermibus, aut putas forte
quod venter concepit vermis sentiendum qui operis s.

concepit Christum, an forsan fuit habitaculum ve-
rum filii dei singulare cubiculum. Numquid ubera
que deus sugendo sanctificavit, vermis sugerent
et devorarent ut idem fieret cibus vermium quo
virgo nutrivit dei filium. Rursum ubi honor
matris dei, quem ipse pro statuit exhibendum ipse filius
omnipotentis putrescere fuit matrem eiusque corpus
resolvi in cinerem, et vermes replere ventrem
in quo iacuit, et sugere ubera que suxit, et devo-
rare carnem de qua humanitatem assumpsit. Ubi in
hoc quero carere matris honor, ubi filii amor qui
talem in matre pudorem permisit et despectus. Sed absit
ut vere religionis quisquam de filio dei ita despi-
ciat, aut de virgine matre sic deliret. Dominus
excellentissimam dotata honoribus et muneribus et pecu-
liaribus dotibus honorata, parum quippe erat ei
servare matrem ab incineratione corporis qui eam
servavit omnino a contagione mortis, et eam non
videre corruptionem, quam in partu et post partum
servavit virginem atque non sineret devorandam
vermibus, quam honorandam statuit in celestibus.
Cum enim clementia filii dei virginem matrem po-
suerit inter se et peccatores mediatricem summe
convenit et decuit ut mater integre corpore cum filio
esset in gloria, ut pro nobis intercedendo dicere posset
Beatus venter qui te portavit et ubera que suxisti. Igitur dilectissimi
caligine peccati oberrantes, iam repulsa ambiguitate
accedamus ad thronum glorie eius cum fiducia ut
gratiam consequamur in ipsius oportuno. Hec festum
votive celebrantes quo virgo et mater de valle
miserie in arca et corpore conscendit altissima
celorum ut pro nobis interpellat ad suum filium
certi sumus hominum quod sicut per ipsum reparationis
nostre remedia recepimus, et sic [illegible] gratiam
salutis populorum tranquillitatem temporum, et regni celestis
aditum ipsa intercedente cotidie recipimus. Quamquam
quanta nobis ipsius meritis et intercessionibus divina
bona proveniant nullus potest unquam sermonibus
explicare, plurimum igitur in domino fideles gaudere et exul-
tare nos convenit quia hodie divinis muneribus et
celestibus donis pamplius honorata, virgo Maria
facta est celorum regina, domina angelorum, et salvatrix
fidelium peccatorum ut iam nullus possit ambigere
ab ipsa nobis nunquam [illegible] divina beneficia
venire in laudem et gloriam dei omnipotentis qui vi-
vit et regnat in secula seculorum amen. Finit
[illegible] / 88

## Sermo Joh Crisostimi de beato Job:

Fratres karissimi intendat caritas vestra quod dico quam audiuimus librum sancti Job quod perditis rebus perditis filiis nec ipsam carnem que illi sola remanserat saluam potuit obtinere, sed percussus graui vulnere a capite usque ad pedes sedebat Job in stercore, putrescens vlcere, sanie fluens, vermibus scatens, tormentis acerbis dolorum cruciatus, si nobis sic dominaretur vniuersa sanitas nullo ibi parte in grauissimo vulnere teneri, cum sic putrescerent vermibus viui quos mortui putriuerunt, quid erat grauius hoc nec illud bellum, puto quod mitius in carne humana feram seuiret quam vermis tolerabilius sanguis de vulnere erumperet quam de putredine sanies destillaret. Cadaueri corrupti respicis et horrescis, sed ideo minor pena, ymo ideo nulla pena quia abiit est anima, at vero in Job presens anima que sentiret ligata ne fugeret subiecta vt doleret compuncta vt blasphemaret, sustinuit in tribulacionem, et reputatum est ei ad magnam iusticiam. Non ergo quisque attendat quid operetur paciatur, sed quid faciat homo, in eo quod pateris pena tua non est sed in eo quod facis voluntas tua vel nocens vel innocens est, paciebatur Job, stabat mulier relicta sola, non ad consolacionem, nec que afferret medicinam, sed que moueret blasphemiam, dic aliquid in deum et morere. Videtis fratres karissimi, quemadmodum illi mors beneficium fuit, et tale beneficium nemo illi dabat, sed in hiis omnibus que sancta anima sustinebat paciencia exercebatur fides probabatur, mulier confundebatur. Spectaculum magnum, et in illa feditate putredinis, preclara pulchritudo virtutis, vastat latenter inimicus, aperte mala suadet inimica, adiutorium dyaboli non mariti, Eua noua, sed ille non vetus adam, dic aliquid in deum et morere blasphemando extorque, quod precando non potes impetrare locuta es inquit, tanquam vna ex insipientibus mulieribus, attendite verba foris putrescentis intus integri, locuta es inquit tanquam vna ex insipientibus mulieribus. Si bona suscepimus de manu domini mala quare non sustineamus pater est inquit amandus est blandiens et respuendus corrigens, Nonne ipse pater est et imponens disciplinam. Cogita quoslibet cruciatus, extende animam in quaslibet in hac vita penas humanas hic temporales ibi eternas, et qui torquetur et qui torquet, Recepit adhuc paciendi qui illo tempore passi sunt, diues autem ille adhuc apud inferos punitur exarsit ardebit et ardet veniet usque ad iudicium, recipiet carnem non ad beneficium sed ad supplicium, illas penas timeamus si deum timemus quantumcumque hic passus fuit homo si corrigatur emendatus est, si non corrigatur duplex dampnatio est hic enim luet penas temporales et ibi experietur eternas, dico caritati vestre fratres martires certe sanctos laudamus, glorificamus admiramur, dies eorum pia solempnitate celebramus vitam eorum veneramur, et si possumus imitamur. Est profecto magna martirum gloria, sed nescio vtrum fuerit minor gloria sancti Job, nec enim ei dicebatur thus pone ydolis, sacrifica diis alienis, nega xpm, nec dicebatur si blasphemaueris putredo omnis abscessura, sanitas reditura, sed si blasphemaueris dicebat inepta et insulsa mulier morieris, et moriendo tormentum carebis quasi morienti blasphemo non eternus dolor succederet, ille sancta presentis putredinis horrebat molestiam, et eternam flammam timore cogitabat, ferebat ille presens, ne incurreret futurum, tenebat cor a mala cogitacione, linguam a maledicto seruabat, anime integritatem in putredine corporis videbat, quam in futurum euadebat prestante xpo domino nostro cui est gloria et imperium in secula seculorum amen

Expos sd math

Mirabilis fuit dei misericordia vt de persecutore faceret primum ecclesie pastorem de persecutore primum gentium doctorem de publicano primum euangelii scriptorem, et de latrone primum paradisi possessorem

Incipit dyalogus racionis et fidei de celebracione misse editus per dominum Mathiam [illegible] doctorem primum Pragensem

Quomodo Ratio et Conscientia concordant de altercatione habenda de celebratione misse

Incipit tractatus beati Bernhardi ~~sancti~~ de sumptione corporis Christi et habet capitula xxiiii. Magistri Mathei de Cracovia episcopi Wormaciensis

Multorum tam clericorum quam laicorum querela est non modica, occupatio gravis et questio dubiosa, quomodo se habere debeant in celebrando vel communicando, quomodo videlicet accedere, quo accedentes muniti vel dispositi esse debeant, aut quibus motivis vel indispositionibus abstinere, et an melius sit continue sumere corpus Christi, frequenter an raro, de tempore vel ubi et multis quodammodo necessaria materia; sepe me rogantes plures interrogaverunt, audivi varia et respondi; verumtamen adhuc sic quietus non sum quin sepe disceptem et litigem in meipso: Iam volo accedere, iam nolo; hinc attrahor, illinc retrahor; nunc spe divine misericordie amor ut faciam, nunc timore misere conscientie ac districti iudicii terreor ut dimittam; et ita nesciens quid deo magis placeat, quid michi magis expediat, vereor me sepius accedere dum abstinendum est, et dum accedendum obmittere; immo quandoque tamdiu altercando disputando mecum dubito quod ex ipsa disputatione tempus transit vel aliud impedimentum occurrit et negligo. Licet autem hiis dubiis et tot ambiguitatibus conscientie satisfacere non valeam, et hec lis nonnumquam valde bona sit quia ex ea consurgit discussio conscientie ut probet homo seipsum, quia tamen quandoque conscientia erronea vel nimis scrupulosa est et non ad unam partem illis motivis quibus vel ad oppositam partem vel nichil omnino moveri debet, ideirco visum est michi videlicet qui voluerit, an bene quod non est omnino ociosum aut superfluum, audita, lecta et cogitata, et que adhuc deus dare sit prout ipse innuat dignari, in unum quasi duelli certamen comportare et utriusque partis motiva quasi quadam disputatione lucta colludere, si forsan ex hac concertatione magis appareat que pars fortiores rationes habeat et per consequens cui homo magis debeat consentire; et quia in duello vel lucta debent esse opposite persone, persona invadens, persona defendens et arbiter diffiniens. Sit igitur ratio que semper deprecatur ad optima inducens; sit conscientia vel remordens vel timida se defendens. Illa enim quandoque a communione retrahit vel retardat. Sit voluntas que se prebebit iudicans quem triumphet et ex hoc eligens quod sit agendum.

Aggrediar igitur eo conscientiam utpote nimis instanter agentem vel nimis timidam in hec verba. **Ratio** Quare a tam nobili sancto ac salubri opere abstines et sic fugis a facie domini qui se nobis appropinquare voluit et per nostre nature assumptionem et hanc sacram communionem per quam se nobiscum esse usque ad consummationem seculi repromisit, quia non est aliqua alia natio tam grandis que habeat deos appropinquantes sibi sicut adest nobis deus noster. **Conscientia** Et quare debeo accedere? **Ratio** Nulla ne tam habes que te ad accedendum inducant? **Conscientia** Habeo quidem motiva que me sepe interim inclinant; habeo et alia que me retrahunt vel retardant; et quia nondum video que magis rationabilia et superiora sint, hinc est quod in illo dubio constituta dimitto. **Ratio** Quare in isto dubio abstines et non magis oppositam partem eligis et accedis? **Conscientia** Ardua res est corpus suscipere dominicum et nullatenus attemptanda nisi previa bona ratione; ad dimissionem vero videtur sufficere si quis non habeat preponderantes rationes que magis accedendum quam abstinendum esse persuadeat. Quia quod nondum habeo, abstinendum melius esse decerno. **Ratio** Dic rationes te ad accedendum inclinantes. **Conscientia** Has a te audire expecto, ex quo mecum certamen voluisti ingredi et me tamquam non recte agentem reprehendere quod abstineo; motiva enim dubia et ex parte mea quas velud rationabiles reputas adducam et tuas pro posse rationes elidam. **Ratio** Placet quod dicis, dummodo non presumere, sed id quod rationis est semper volueris et magis rationabilibus motivis consentire. **Conscientia** Putas me libenter et sine gravi pena vivere huius forte miseria, et quod non magis quieta esse vellem et certa quam sic in dubio fluctuare? Certa igitur sis quod cum gaudio et gratiarum actione recipiam, de quacumque etiam parte reddideris me securam. **Ratio** Certitudinem non promitto, sed hoc tibi dico sufficere si rationabilius esse quod accedas quam quod abstineas potero persuadere. **Conscientia** Optime gratum habeo

## Utilitas et consolatio ecclesie ex officio misse

Ratio Dic ergo Numquid non movet te satis
tanta utilitas et consolatio totius ecclesie
pro qua institutum est misse officium Conscientia
Que est illa Ratio Certe cum hanc ignoras
nichil mirum est si minus ad celebrandum afficiaris
Con Et si aliquid intelligo vel fide capio
minus utique est quam scire velim vel debeam
desidero autem ex collatione tua amplius
erudiri Ratio Sacramentum corporis Christi est
redemptoris nostri et redemptionis incomparabile
dulcissimum pignus hereditatis eterne future
iocunditatis amabile preludium, arra
sponsi, iocale divinum celitus ei donatum
ecclesie militanti cum triumphanti suave
glutinum et unus spiritualis nimirum duarum
eandem enim dulcedine qua illa fruitur sine
velamine, ista habet sub mirabili sacramento, ibi
veritas revelata ibi, hic habetur palliata
licet autem dissimili modo habeatur, idem tamen est
indubitanter quod et de quo gaudium hic et
illic habetur utrobique verum preciosum est, sed
illic sub visibili specie fruitur visu, hic vero sub
specie visibili mirabiliter occultatur, et si illa
celestis Iherusalem habet Christum dominum suum iocun-
dius, ista militans in terris habet eundem mirabiliter
Illa habet ordinio sentire ista mihi proficere
Illa fruitur ista salubriter, et si illa in hoc
privilegiata est quod non potest sicut ista deficere
nec ultra sponsum amittere, habet et ista quod
illa non habet quod potest mereri proficere, et dilectum
amplius possidere, Quis autem estimare sufficit
quanta utilitas et consolatio est ecclesie preciosum
tantum bonum quasi de celis ei missum et per fideles
ministros prebitum, Putas etiam quante dulcedinis
et iocunditatis est tante rei sacramentum verbo con-
ficere habere preciosum, contrectare manibus
ore sumere et aliis ministrare Et in hoc inter
tam sibi dilectos sponsum et sponsam para-
nymphum amoris et mediatorem existere, grata
omnino vota sponse quibus dilecti sui pre-
sentiam vehementer affectat, sponso deferre
summe et referre, et mox reportare sponse
plenam sponsi gratiam qua paratus est ei deside-
rium cordis eius tribuere, exhibere presentiam et
venire uno ministro committere ut ipsum spon-
sum sponse prebeat Quis potest sponsa non
amare tam utilem sibi ministrum, qui eundem spon-

De iocunditate et amabilitate sacerdotis celebrantis

## De obligatione sacerdotis ad celebrandum

cordialiter recommendet, aut quid sponsus
ipse non diliget eum in tam grato et ama-
bili sibi servitio occupatum, nimirum certe
diligit cui tam secreta tam nobilia committit
Ut autem agnoscas quanta sit ad tale ministerium
benivolentia utriusque Certe sponsus tribuit
et sponsa annuit, ac vice sua commisit, ut
magnum illud bonum quod sponse transmittit
ipse sumat percipiat et ipso fruatur, qui tanto
placet amplius quanto dulcius fruitur Est et
aliud non minus allectivum, quod tamen eo perfecte ra-
dice consurgit, quis est enim qui non multo
delectari debeat occasione prebere devotis
affectibus suspiriis et compunctionibus et ex-
citare fidelibus ad tot et tantas oblectationes
spirituales quas habent misse astando, corporis
Christi videndo reverenter adorando, et memoriam
agendo sue sanctissime passionis, magis tamen in se
omnino sperare possit et debeat quod fideles de-
votionem qua eo ministrante percipiunt, non nichil
meritum salutis optande referunt    Sed si
non sufficiat motivum alliciens accedat quasi
cogens Nonne enim sacerdotibus commissum
est tam misterii officium ut illud offerant pro
vivis et mortuis et in memoriam dulcis passionis
dicente domino Hoc facite in meam commemorationem
Et si officium eorum necessarium est vel utile pro tota
ecclesia, tunc illud volunt ei subtrahere et ne-
gare sine causa propter quam ipsa eos elegit et eis
tantam contulit dignitatem, si non reputant illud
necessarium vel utile cur assumere voluerunt Nonne
etiam quasi conducti videntur per Christi fideles
qui ob hoc sacerdotibus Christi stipendia vite co-
ferunt et bona, ut ab aliis magis liberi pro
ipsorum salute hoc acceptabile sacrificium offerant
alias enim orationes eorum non plus et aliquando minus
valent orationibus devotorum simplicium, nisi in quantum
ipsi gerunt officium ecclesie et ostendunt personam
Et quomodo melius pro benefactoribus et amicis satis
facere aut quid gratius exhibere eis aut
pro ipsorum vel propriis peccatis sacrificium maius
preciosum offerre Hec sunt que non solum utiliter
inducere, sed inmo quasi ad frequentem cele-
brationem compellere eos videntur presertim cum
periculum sit in mora, et de facili infirmitas
vel senectus aut alius defectus vel impedi-
possit occurrere ita quod diu aut numquam forte celebrare
contingat.

**Consciencia.** Multum convenienter probo quicquid est ex parte officii vel beneficii celebrandum esse suasisti. **Ra.** Constat ergo quod presbiter tota diligencia conari debet ut celebret, nec abstineat nisi causam habeat abstrahentem. **Cons.** Non solum non video quia id non negem, sed ultra modum mirari incipio quod presbiteri talia non advertunt quando multum tam faciliter et ex minimis causis missas obmittunt. Accedit tamen difficultas, et levissime se retrahi vel impediri permittunt. **Rat.** Non irracionabiliter moveris, sed tamen eciam moveris contra te ipsam. Nam cum te huius officii cura angat, quid causae habes ut indices abstinendum?

**Cons.** Adverto quod a me tacitas hec velles causas retrahentes, cum ego magis occupata et te inducere audirem, vereor ne proterve et conductum violare aut non sinceriter videar vivendo; quod potest esse tua ad eum qui presbiter non est nulla excusacio videtur, sicut ad eum presbiterum qui non presbitero vel laico eque indispositus est nullam efficaciam habere probo. Celebrare enim quilibet ipso sanctum esse professum, et michi tamquam sacerdoti commissum sit, ego tamen indisposita hanc per quam laycus non expediret celebrare, nec hoc possum nec debeo eo quod sacerdos sum. Accedere sacerdotium enim auctoritatem celebrandi tribuit, non sanctitatem. Sacerdos quippe peccator et ad celebrandum minus dignus, et si coram hominibus celebrare permittitur, coram deo tamen id agere districte prohibetur, et si fecerit iudicium sibi manducat et bibit. Absit igitur ut in dampnacionem meam periculo alterius salutem provideam, cum nichil prosit homini si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur. Nisi ergo planius quod michi ut dampno curare caveat celebracione racione officii non gaudebis. **Ra.** Satis auges michi laborem. **Cons.** Tu me provocasti. **Ratio.** Placet tibi quod cessem? **Consciencia.** Nequaquam, sed magis et vehemencius placet audire. Sed tamen magna et dulcia habeat, nichilominus non probo qualia pro presbitero adduxisti, que sic talia fuerint redarguta me fatear et victam. **Racio.** Non potest esse equale quod omnia que movent presbiterum ad dampnum querendum eciam presbitero conveniunt, sed ultra hoc habet aliquid dignitatis sacerdotium. Bene autem dicitur tibi sufficere propria et maiora motiva que habet presbiter, habet et quilibet christianus vel saltem sufficientiora motiva et forciora pro ista parte quam alia. **Consciencia.** Bene contentabor

Cons.

Excusatio frivola consciencie de non celebrando

## de sapida suavitate huius sacramenti

**Ratio.** Credis in hoc sacramento panem celestem dari, continentem in se omne delectamentum et omnem suavitatem saporis? **Con.** Quis de hoc dubitabit nisi incredulus, cum hoc dicat sacra scriptura? **Ra.** Desideras ne illam delectacionem percipere et gustare dulcedinem? **Con.** Nescio quid de hoc queris nisi ludendo. **Ra.** Absit me ludo. Non enim sumus in tali materia, sed quid sentire possimus sedulo inquiro: tuas corporis an habeas motiva que te retrahant a tali gustu dulcedinis. **Cons.** Intelligo quod contra me subtiliando redarguis. Sed ne a proposito nostro distraham ad alia, quero te de hoc non queras, nam omnibus petitis et votis meis ad hanc dulcem consolacionem suspiro; ipsa tamen est quam summe desidero, quam in omnibus studiis exercitiis meis desidero, quero et optimo labore. **Rati.** Iuste moveris et bonum est desiderium tuum, et sicut mirandum esset si hoc desiderium non haberes, sic non minus mirabile videtur quod huius tale desiderium a susceptione illius sacramenti te removeres, in quo scis aut credis illam suavitatem quam queris verissime contineri. Cum enim non videatur sed qui vinum vehementer appetit, et vas in quo esset tangere nollet. **Consciencia.** Ostendens volo quod dico, scilicet hic vel melius quam alibi haberetur illa dulcedo. Nunc autem aliquoties aliis exercitiis et per alia media melius videor posse habere illa dulcedo, utpote in secreta oracione quam in celebracione solemni, nam quando genuflecteres in angulo plus devocionis et consolacionis percipio quam presbiter celebrans in altari. **Rat.** Licet aliquando celebrans occasionem distractionis habeat, ceteris tamen paribus esse non potest quod quis maius promotivum ad devocionem habeat per alia media quam per istud, presertim cum totius corpus sub hoc sacro que ad concitandam devocionem ordinata est, si non est promotiva ad gratiam, nequaquam est impeditiva, quantumcumque est ex parte sui. Sed esto quod ex parte tui alibi potius hic posset illa dulcedo percipi, cur alibi et non hic vis querere quod affectas? **Con.** Si nescio cur, nichil alibi quam hic experior, ignoro cur magis hic quam alibi sit querenda. **Ra.** Quia hic est fons totius dulcoris et gracie; hic gratia queras in fonte pro bibere, scilicet fons ipse presens est et inde fluit ac totius boni plenitudo, nichil aliud dicis habet

O

Dulcedo devocionis aptissime queritur in hoc sacramento rivum querere et fontem deserere dum possides / esto igitur quod alibi tam bene possides quod queritur, melius tamen et commodius et securius est arborem simul et fructum quam solum fructum habere. **Cons** Quam nichil hunc fructu fontem suspiciunt qui de eius dulcedine nichil sciunt / fons ergo dicitur pro et in veritate est, non tamen cuilibet patens sed signatus, sicut scriptum est: ortus conclusus fons signatus. **Ro** Ita est ut dicis de hiis qui ad exteriora effusi ad intra non respiciunt / quos similes esse dicerem qui nucleum valde dulcem sumere volentes dum non gerinunt sed simul cum testa deglutiunt, nichil percipere possunt latentis intra dulcedinis / sic revera et multo amplius in gustu spirituali est, ubi ipsa consideratio masticacionis locum habet, ita quod sine ipsa sapidum nichil est / de illis vero qui considerant id quod tractant et sumunt non estimo quod loquaris. **Con** Ymmo et de eis qui valde conantur advertere et libentissime degustarent / nec de hoc peregrina testimonia querere necesse est / cum nunc ipsa testis es et melius me nosti quociens ad hunc fontem accessimus, instabam et cum afflictione conabar, nichil tamen reportans nisi cor tepidum durum et triste. In hiis autem ego nullam agnosco dulcedinem / cum pro aliud sepius edisco. **Ratio** Non erat intencionis mee probare dulcedinem esse cordis tui sed sacramenti / sic ergo dulcis et rectus est dominus / ymmo ipsa dulcedo quod potest sumi sine dulcedine. **Cons** Sit quamlibet in se dulcis, ego pro dulcedine non proprio quod dulcem esse michi vel adesse dulcedinem indicabo. **Rat** Audes dicere te numquam sacramenti huius percepisse dulcedinem? **Con** Fateor ut verum dicam, et ne ingrata videar, nonnumquam dulcem affectum me habuisse ante vel post vel circa ipsam sumpcionem qualem quere etiam dum alias dum illud esse sacramentum memoria sensi, nescio unde illa sunt sicut sanctitas sacra, sicut scriptum est: Spiritus ubi vult spirat et nescis unde veniat aut quo vadat. **Ratio** Non dubites omnem huiusmodi veram dulcedinem, omnem devocionem, virtutem aut graciam a xpo capite nostro fluere, cuius quidem corpus non solum est res hic sub speciebus contenta, sed etiam sacramentum / Si igitur oracio, meditacio vel alia pietatis exercicio attribui potest quod percipiat hanc delectacionem spiritualem, provocat intromagis et eius

dulcedo huiusmodi cum hoc sacramento comparato pervenientes eius virtuti potest ascribi / cum hic non solum fiat opus per quod deus voluit graciam conferre, sed etiam mocivum habeatur per quod homo excitatur ad devocionem, et precipue sic omnis gratie fons et dator / et quantum ad hoc occupari cum hoc sacramento ministrando vel sumendo omnibus exercitiis prestantius est / Intantum quod etiam pro alium non indigno daretur, et illa gracia habitualis ipsius deberet adhuc esse mere delectabile. Ubi ipse xpus qui sicut desiderio desideravit hoc pascha manducare cum discipulis, sic sine dubio delectabile corpus suum sacramentale propter illam tantam graciam contulit / quid enim commodius quam dulcius aut delectabilius potest esse quam habere personalem et corporalem presenciam domini ihesu xpi, domini utique excellentissimum et totius spiritualis delectacionis obiectum seu materiam cum efficiente et finem / et hec est delectatio sive dulcedo que huic sacramento singularis est et eius ut in quo decet, in qua et transcendit omnia alia sacra / hec enim est que sola accendere desiderium, humilitatem ingerere, compunctionem inducere, prebere fiduciam, spem erigere, ad amorem inflammare, infundere gaudium, excitare ad reverenciam, totam mentem liquefacere et oblectare deberet, ac ad affectus dulcissimos provocare / propter hec enim in nobis excitanda tanti boni presencia indulta est / nec quicquam ad hoc obstat indignitas cuiuscumque, sed quanto quis est indignior, tanto maior fit sibi gracia et tanto magis moveri deberet / ob quam enim aliam causam credendum est deum hominibus manifeste indignis tanta exhibere presenciam corporalem, ubi presenciam ihesu xpi nisi ad confirmandum et gratiam per uitatem cordis sua tam largiflua pietate, quam advertentes exhibeant et reverenciam. **Con** Si ad racionem attenderem nichil verius dici potest quam tanti boni presenciam esse dulcissimam. Sed si me metipsam et experientiam considero, nescio quomodo loquar nisi quod semper mirabile et miserabile esse videatur quod tante dulcedinis presencia cordi meo nec dum delectacionem conferre sentio, sed nec amaritudinem divinam et inhabilitatem eius in aliquo minuunt vel tolli proprio. **Ro** Et quid et pro aliquid reddit cor magis amarum. **Cons** Cogitabam bene, et hoc est quod magis me movet, quod enim inde amaritudinem reporto unde alii solent et omnes querunt haurire dulcedinem

defectus sensibilis
devocionis non debet a
celebrando retrahere

Non solum non habeo accedendi gratiam sed ingratitudinem ut videtur abstinendi motivum. **Ratio** Gaudeo me non penitus laborasse inanum quia in hac collatione tota saltem habita a te non celebrandi rationem extorsi, et hac ratione multos rationabiliter moveri existimo, qui nonnumquam ex devotione vel prudentia abstinent, dicentes se non habere gratiam, quibus convenientissime videtur proverbio beati Bernardi dicentis in quodam sermone: Omnis causa nimirum nobis deesse gratiam si inspiciamus forsitan ipsa conqueritur sibi gratiam deesse nonnullos. **Consiliator** Deberet quis sine gratia ad tantum sacramentum accedere? **Ratio** Quid intelligis per gratiam? **Consiliator** Inspirationem dei et internum affectum. **Ratio** Habes ne inspirationis divine notitiam ut intelligas quod tibi deus celebrandum esse inspiret? **Consiliator** Non aliud nisi quod quando sentio me ad devotionem dulcorem vel ardentem affici, credo hoc opus esse divine inspirationis; non enim puto quod diabolus hoc invitat. **Ratio** Etiam si certo signo cognosceres quod tibi deus inspiraret, non tamen deberes expectare donec tibi deus daret hoc signum, ubi enim secundum scripturam et rationem habetur quid agendum sit, ibi signum expectare generationis perverse est, et deum temptare. Quantominus igitur expectanda est inspiratio ubi signum tam fallax habetur, et nulla penitus certitudo. Cum enim certum sit diabolum in irreverentia dei delectari, quis dubitat quod sepe quosdam sic indignos instiget ad corpus Christi quatenus et deum inhonorent, et iudicium sibi manducent et bibant. An credis quod Judas inspirante deo recepit corpus Christi? **Consiliator** Ardenter crederem hoc sed verbis tuis sic me ponis in dubium quod penitus ignoro quid dicam aut eligam. Hucusque enim habui pro signo proprio ut accederem quando in me sensi aliquod desiderium vel fervorem, et quando illud in me non sensi abstinere; quod vero hoc videris mihi destruere, valde eundem desidero quid in hoc veritatis sit vel erroris lateat. **Ratio** Aliud est habere desiderium, aliud sensibilem desiderii perceptionem. Quippe sine desiderio nemo debet accedere, cum autem plenum sit vivere debeat et semper meliora accipere, nunquam debet esse sine desiderio tunc et totiens sumendi, quando et quotiens congruenter poterit et crediderit expedire. Sed in hoc vero multi errant qui sibi in anno prefigere solent non nisi totiens in anno vel septimana celebrare. Sed hoc est ponere obicem gratie et amonitioni dei et

quasi tempus inspirationis uno in spatio constituere. Ita etiam quasi deus vellet venire per gratiam ipsa sunt determinata ad contrarium, cum magis dignum esset et iustum ut prout sunt oculi servorum in manibus dominorum suorum quod sic essent oculi mei semper ad dominum. Habeas ad hoc diligentissime respice quod quandocumque esset tempus beneplaciti domini quod tunc quantum in nobis est essemus dispositi et parati. Si quis autem illam indispositionem nisi indicare voluit ex sensibili cordis compunctione, pro effusione lacrimarum, fervore mentis, et similibus indicamentis et sentimentis, ita quod nisi credit se dispositum quando aliquid talium sentit, et quando non percipit indispositum, valde invitus ambulat et sepissime decipitur.

Consultores enim qui nihil talium habent sunt in magno statu gratie, et qui habent omnino extra gratiam gratum facientem. **Consiliator** Vellem dilatationem habere hic. **Ratio** Primo sic accipe. Contingit hominem ab huiusmodi sensibilibus affectionibus impediri sine omni culpa sua immo cum magno merito; non enim parum conterit homines constantia senio, languore corporis, gravari nimiis curis et laboribus predicando, confessiones audiendo, curam infirmorum aut aliorum necessitatem gerendo, magis in oratione proprie vel expectare dulcedines, et quod impium esset hominem pro hiis operibus removere a sacro pretioso et illum privare etiam spirituali refectione. Qui autem ex obedientia voluntaria cogitur aut ex caritate eligit quod aliquem sic invenit a dulci orationis vel contemplationis studio se abstrahere, et laboriosas tediosas et amaras occupationes ad dei laudem tolleraret, vel eum qui non potest se ab huiusmodi afficibus expedire. **Consiliator** Ego ipsa non crederem tales prohibendos esse sed nimis frequenter admittendos. **Ratio** Etiam quare nimis frequenter? **Consiliator** Quia videtur utique nimis esse dispositi. **Ratio** Dicendo quasi non sit tantum laboribus gravatus et curis quod adhuc possit vacare huic officio, et hiis que ad hoc necessaria sunt, utpote discussioni proprie conscientie, confessioni, horis ac orationibus ex debito dicendis; quamquam ratione dicte exterioris vel interioris occupationis et laboris nimis de dulci affectu sentiat non video quare de eo deberet abstinere sed illa compleat ut premisse

no bn

NB

Devocio

De causis subtraccionis actualis devocionis

Et presupponendum atque de iure tenendum, et insuper operibus piis intendat que eciam magis ad graciam dei disponunt quam reddant indignum. **Consc.** Ego intellexi et hactenus credidi quod hoc sacramentum esset cum devocione sumendum. **Racio.** Ita est, sed quid putas esse devocionem? **Consc.** Aliud nisi sicut describi solet promptitudinem animi et fervorem bone voluntatis ad hoc sumendum, quam intus cohibere non valens exterius manifestat indiciis. **Ra.** Putas quod illa sola habeant et ostendant in suspiriis et lacrimis, et non eciam in predicando, confessiones audiendo ac aliis operibus tam corporalibus quam spiritualibus? **Con.** Bene credo quod eciam in istis habeant, sed ut communiter magis ac eciam dulcius in abstraccione quam occupacione. **Racio.** Hoc consistit in gracia dei, sed licet ut communiter contemplativi magis devoti sint et ferventes, non tamen propter hoc activis bonis neganda est devocio, cum eciam unus contemplativorum magis devotus sit alio, non tamen propter hoc minus devotus abstinere tenetur, quoniam cum bonitas hominis plus multo consistit in virtute animi quam fervore. **Consc.** Non habeo quid opponam quod talibus piis operibus vacans presuppositis que premissa sunt eciam frequenter possit accedere, licet eciam non notabilem in se dulcorem sentiat vel fervorem. **Racio.** Et quid si quis nullis aliis curis pregravatus solum oracioni et contemplacioni deditus vacet, et tamen parum aut nihil tale percipiat? **Consc.** Certe ego non reputare bonum signum. **Racio.** Non credis quod multis suavitas illa que magna dei dispensacione sine gracia negatur ad magnum bonum ipsorum? **Consc.** Sepe id sapientum reperi et audivi et ideo negare non audeo, hoc tamen scio quod quasi omnes eciam valde probati in vita dolent de subtraccione huiusmodi gracie et eam periculosam sibi reputant ac penalem. **Racio.** Periculosa solet esse temptacio externis et penalis maxime homini spirituali, nichilominus tamen ex speciali gracia et ad magnum bonum permissa vel premissa fuit apostolo Paulo. **Consc.** Scriptura testatur quod dicens vel clamante placere audivi, ad quid valeat homini eius de qua loquimur gracie subtraccio. **Ro.** Valet quidem ad conservandum humilitatem ut enim ait Bernhardus super cantica sermone lv meritum superbie privatio gracie est, et ad contemnendam vanam gloriam, cum ex talibus graciis magis sepe sumitur occasio vanitatis, adeo quod qui tali semper consolacione gauderet, difficulter posset a vanitate spiritus et inani gloria preservari nisi refrenaretur per temptacionem sicut de sancto Paulo omnibus iam notum legitur quod datus est ei stimulus carnis ne eum magnitudo revelacionum extolleret, vel per tribulaciones exteriores quibus vix caruit aliquis sanctorum qui huiusmodi dulcedinibus fruebantur, ymmo nec ipsa virgo beatissima. Et hoc ideo fit quod communiter non nisi vivimus cum angelis, et dono gracie superne nobis celestia sapiant et terrena vilescant, et deus bene posset per graciam suam omnem difficultatem amovere et facere quod terrena nihil saperent sed solum celestia, sicut hominibus solet contingere huiusmodi dulcedine inebriatis, non tamen vult semper nobiscum supernaturaliter agere, sed eciam huiusmodi salutem nostram operari ne torpeamus ocio, sed operemur, et quasi adiutores dei simus ut ait apostolus. Si vero talibus graciis deus semper visitaret hominem, et tamen hoc a superbia et vana gloria preservaret, divino et non humano modo se ~~haberet~~ secum agere videretur quod in nullo appareret hominis infirmitas. Utitur igitur humano modo et non penitus supernaturali agens cum homine, quando aliquid dare, dulcedinis aliquid negare, ut homo quod illo graciam dei agnoscens fiduciam accipiat. Valet nonnunquam ut insecuritatem defectum et infirmitatem suam cognoscat, vel si semper data fuit, oportunum est ut temporibus vel tribulacionum tempore gaudium et intus honoris ne lascivias refrenet. Valet quoque subtraccio huiusmodi gracie ut homo non mereatur nec tamen delectabili bono tam hic quam in futuro premio ac eo ardencius tendat ad eternam vitam ubi semper habendum est, atque ut per fidem ambulantes amplius mereamur, plerumque enim illa suavitate dotati magis gustum et experienciam sentiunt quam fidei, et quamquam alias operaciones et opera fingunt, ac oracioni vel contemplacioni vacant plus desiderio illius consolacionis faciunt quam pro gloria dei et acquisicione virtutum, et non vitam desiderabile donum fervencius desiderat acceptum ingratis, et cautius custodiat acceptum. Non vult enim deus perpendi et vilescere dona sua, deinde ut nos videntes quod permaneam illa gratia mox graves ad bona sumus et pigri, discimus gratiam esse et non nostris viribus sed gratie dei ascribere, quotiens nos promptos et hylares in eius servitio reperimus, ac per hoc timeamus iudicare alios ex apparentia eorum segnitie, sed magis compaciamur eis utpote a gratia dei desertis; postremo sepe prodest in hoc divina miseratio indiscretioni mee, ne videlicet illam dulcedinem spectantes vires nostras ultra modum et racionabilem consumamus.

**Consc.** Apprehendo racionem tuam, quod dixisti gratanter vellem accipere, nisi aliquis propter hoc abstinere, quod ex hys causis me non sentirem affectum. Sed quia timeo id esse iustitia dei et meis peccatis accidere, ideo sepius abstinuisse me recolo.

Timor nimius ad accedendum abstinendum est

**Rati.** Timorem non reprobo si tamen nimius aut irracionalis non fuerit, sed hoc tibi concessum et persuasum videri, non propter hoc abstinendum esse, quod quis non sentiat huiusmodi dulces affectus, cum ex multis causis bonis quandoque homini non docentur. **Con.** Non dico quod opponam, sed quid esset agendum si firmiter crederem hos effectus ex peccatis meis subtrahi. **Ratio.** Non de facili potes hoc scire, nec debes talem credulitatem tibi fingere nisi nota evidentique racione. Si quis tamen hoc sciret aut firmiter crederet, adhuc non oporteret ob hoc cibum dimittere, maxime si essent peccata iam confessa, pro quibus contritio et confessio processisset et satisfactio vel completa vel realiter esset incepta. Non est enim incredibile quod aliquis propter peccata deleta plene quo ad maculam deus subtrahat gratiam devocionis. Cum ingressum terre promissionis negavit Moysi propter peccatum longe ante remissum, sicut quod nequaquam constat nec credibile est fidelissimum dei famulum tanto tempore sine digno fructu penitentie perdurasse. Si vero crederet deus hoc facere propter peccata recentia vel vetera non emendata, tunc abstinendum esset non tamen propter gratie subtractionem sed propter scelerum fomitem.

**Consc.** Satis rite ostendis eos qui huiusmodi affectus non habent ab esu non propter hoc sepius gratiam esse iudicandos. Videamus igitur et de secundo si quis ergo sit qui tales affectus notabiles sentiat, putaret ne eum ob hoc magis fervencius et ad susceptionem sacramenti dispositum

Actualis devotio non exigit necessitatem melioris dispositionem ad accipiendum sacramentum

**Consciencia.** Credo quod quasi cuncti ita sentiant, et ego sepius ex hoc consolacionem accepi. **Ratio.** Recolis te unquam deceptam ita quod quasi compungebaris, flebas, estuabas et peccata tua plangebas, nec tamen dimittebas nec etiam dimittere volebas pompis et vanitatibus mundi, nec habuisti voluntatem saltem dimittendi mortalia peccata aut occasiones immediatas et media ad illa inducencia, et ideo sic vincebas quod sic iam prius vincebas, quod statum gratie te esse reputares. **Consciencia.** Scio hoc de me et de pluribus credo verum, quod nonnunquam corde compungimur, lacrimas fundimus, dulces affectus ad orandum, et tamen dimittere aliena odientes perimus, vel ad mundana inordinato amore aut cupiditate fervent quod gratiam dei sunt, et ideo mirabile videtur si tales boni et tam suaves affectus ex gratia dei sunt, quo secum compaciantur peccata. Sed ante unde veniant et quare etiam devotissimi eos pro magna gratia reputant et ad eos obtinendos vehementer insistunt. **Ratio.** Affectus huiusmodi aliquando oriuntur preter gratiam, aliquando cum gratia sed non ex gratia, quandoque vero ex gratia et speciali dono dei. Nam cum gentiles in ritibus suis, Iudei in sacrificiis, heretici in erroribus suis nonnunquam lacrimas fundant et cordiales affectus habeant, quis dubitet talia oriri preter gratiam venire, et quandoque cooperante dyabolo, dum quandam decantacionem vel deceptionem credunt ab infidelibus resuscitare mortuum, vel aliud facere quod miraculosum et divinum appareat. Cum gratia veniunt non tamen semper ex gratia, dum quidam boni magis simplices moventur et provocantur ad dulces affectus ex cantu suavi et devoto vel organis. Ex gratia vero sunt lacrime sanctorum quorum exemplis scriptura est plena. **Con.** Video quod incautum est credere affectibus et sentimentis huiusmodi. **Ratio.** Multum incautum. Novi enim quendam in Hyspania natum qui postquam inductus esset ad fidem et non inveniret se ita affectum in oracione vel sic habundare lacrimis ut antea dum adhuc esset in errore infidelium constitutus, cepit temptari de fide quasi prius in meliori statu et magis gratus deo fuisset quando ut sibi videbatur gratiam dei senserat. Simile legitur in collacionibus patrum de quodam sene decepto errore antropo

Gratia deuotionis collata est interdum erroris occasio

formatam tenentem diuinam naturam humanam formam naturam corporalem ad eam ymaginem vel picturam sicut homo fictus, et quod ad illam formam se conuerteret in oratione querente. Post quam fuisset informatus de errore et ideo nesciret quid et ad quid se in oratione conuerteret, fertur exclamasse: O me miserum abstulerunt mihi deum meum. Sed adhuc de illis affectibus qui pure ex dono et gratia dei proueniunt nimia est cautela, quia plurimorum sunt errorum occasio. **Cons.** Hoc mirabiliter sonat quasi gratia dei sit deceptionem operans. **Ratio.** Quia quod dixi tibi incontinenti videtur persuasionem mee forte non credens, ideo accipe testimonium beati Bernardi in epistola ad fratres de monte dei sic dicentis: Nonnumquam pure orationis affectus, et bona illius affectionis sinceritas non inuenitur, sed quasi inuenta gratia non petente, non querente, non pulsante, et quasi respicientem gratia perueniat, et tamquam genitus suorum suscipitur in mensam filiorum, cum tamen adhuc et incipiat anime in eum orantis assumitur affectus qui pro premio putatur, reddi solet minus perfectorum, quod modo sic agitur ut vel in iudicium suum non liceat nescire negligentiam quid negligat, vel compunctio caritatis amorem in eo gratie se ultro offerentis accendat, in quo pro dolor plurimi falluntur, quia cum passim sint primitiis filiorum iam se filios esse arbitrantur, et deficientes unde proficere debuerant ex visitatione gratie, eam nesciunt a consuetudine sua, arbitrantes se aliquid esse cum nihil sint, et de bonis domini non attendentes, et sunt de quibus postea dicit: Filii mei dominum mentiti sunt ei, et erit tempus eorum in secula, et cibauit eos ex adipe frumenti et de petra melle saturauit eos. Passim enim a parte dei aliquid de prosperitatibus gratie sibi datum ut afficeret eos filios, ipsi vero gratia dei abutentes offerunt inimico. Ut enim abutantur etiam spiritualibus suis in peccato vel contemptibus suis cedentes ad eas post orationem dicunt sibi illud uxoris Manue: Si dominus voluisset nos occidere, non suscepisset sacrificium de manibus nostris. **Cons.** Ut audio non tamen credendum est et consolatorios peccantibus affectus sunt multi credunt, qui pro eis obtinendis toto conatu desudant. **Ratio.**

De testimonio conscientie

Numquam non adest testimonium conscientie quod est gloria nostra sicut ait apostolus, tunc huiusmodi affectus de tanto consolantur peccatorem, quod ex visitatione huiusmodi gratie homo hoc signum euidens diuine bonitatis, per quod solet deus homines ad amorem suum allicere, et abstrahere a delectationibus huius seculi, et ad hunc finem sic et hic homo quando etiam peccator pro ea percipienda in desiderio toto laborare. Si quis vero vellet ex huiusmodi affectibus reputare se gratum deo, et ad suam sustentationem minime indigere, vehementer erraret, quia magis indigens sit si vite ammoneri et prouidentie gratie donum spernere negligit. Quidam autem adsunt testimonium conscientie, et ea securitas que hinc prouenit, tunc certior sit homo de talibus signis deuotionis et veluti consolationum, ac per ea ad augmentum gratie promotus, quia per multo melius esset instituere interioribus signis gratie quam ipsis corporalibus sentimentis. **Cons.** Amplius ut exponas primas que sunt illa. **Ratio.** Frequens displicentia et detestatio peccati tam propriorum quam alienorum, zelus animarum, odium iniustitie, humiliatio continua et vilificatio sui ipsius, desiderium celestium, suspensio animi ad carendum omnibus que in mundo sunt, quibus deus voluerit, et perueniendo que superiores preceperint, contemptus et fuga vanitatum et mundanarum consolationum, vel si eis adesse contigerit, non ex electione vel deliberata complacentia immorari. Hec et hiis similia numquam sunt hec constantia sine diuina dulcedine, quia sicut ait Aug. vj musice: Numquam perficitur amor temporalium nisi aliqua paruitate eternorum, nec est reputanda parua dulcedo per quam redduntur amara et vilescunt homini omnia delectabilia huius mundi et omnia penalia eius dulcia sunt vel saltem leuia et tollerabilia. Hec est consolatio, hec est dulcedo, quam boni semper huius habitualiter et quidem secundum gradum gratie sibi date. Hinc autem hec dulcedo habitualis aliquando se effundit quod mentem reddit feruentem et hilarem ad spiritualia et diuina, tediosam vero et odiosam ad queuis alia, et hoc sic aliquale signum eius. Continua enim gemitus et reformatio sui in profectu, patientia in aduersis, et constans caritas inter utraque hec, perseuerantisque voluntas ad viuendum et placendum deo et subiungi tendum se voluntati sue, et alia que supra

nota

de signis sancte gratie

Actualis
dulcedo deuotionis
habitualis

Nota

data sunt certiora et efficaciora pro signa illius habitualis dulcedinis, quia illa nobilior et quasi rara eius effusio ac percepcio sensibilis. Unde pro hac dulcedine impetranda instanter laborandum et precandum est simpliciter et sine aliqua condicione; pro illa autem actuali et actualiter perceptibili laborandum est non tamquam pro merito sed pro quodam adminiculo ad facilius vincendum adversa, et delectabilius progrediendum, et sub condicione atque quadam indifferencia committendo hoc voluntati divine dicendoque: Non sicut ego volo sed sicut tu vis; et si quidem data fuerit, cum devota graciarum actione debet eam homo suscipere, et si in ea racionabiliter gaudere, non tamen oculos extollendo per superbiam vel alios alias contempnendo, aut de tali dono nimium confidendo, vel gloriando, sed trahat illud in spem vite eterne. Si vero negata fuerit a deo vel quandoque retracta, spiritualis homo ideo minus decidat vel abiciat fiduciam divino nec actu nec affectu nec voluntate nec nimia dissimulacione et negligencia avertatur sed ab illo desiderio spirituali, quia si aliquis homo se cognoscit ut si non desiderat tamen sentire sicut vellet, saltem desiderare non desistat cum propheta qui ait: concupivit anima mea desiderare iustificaciones tuas in. Sufficit enim non negligentibus illis operibus que facere debent habitualis et radicata dulcedo tamquam substancia capitalis que non tollitur donec deus despiciat et suspiciat modo; si quid autem supererogatum fuerit pro lucro recipite. Consciencia Quamvis vis libenter lucrum supererogatum quod tamen delectabile est, licet quidem sine regressu mea negacio stare in ea que capitale divinis gracie et dulcedine habituali gracie. Racio Cum ergo certum sit michi, pater, gracias illam conferri si non sit defectus ex parte suscipientis, nonne sufficiente et nihil regenere contentari ipsum hec? et cum sciens quod illa dulcedo spiritualis numquam habita esset in hac vita preter beato Bernardo testante super de canticis dicit, volo tota vita sua ad hoc tendere et numquam pervenire. Consciencia Ita esse ut dicis apprehendo, sed nescio quare non conentur homines nisi super ergo aliquid actualis dulcedinis. Racio Si ergo illam graciam tantum affectas quoniam putas te magis ad illam promoveri abstinencia vel accessu. Consciencia Non bene discerno meo ista. Nam post abstinenciam videtur michi quandoque magis quam nunc affectarem sum frequentando, aliquando tepidior, aliquando ferventior factus sum, sed nescio quid illorum utrum quia tunc accidit. Racio Quid boni per abstinenciam a tanto bono conferretur. Consciencia Non video quid boni conferat nisi quod cordis repetitam raritas cordi magis affectum et reverenciam attendit, prout autem quod ob hoc nimis raro celebrent eciam graviores et magne persone. Racio Hoc non per ipsa a parte dei est, cum quiret est decepti sacramento, semper est idem effectus. Consciencia Sic videtur. Racio Nec ex eo quod ceteris paribus deus magis diligat rarius quam frequencius accedentem. Consciencia Non video cur magis eos amaret. R Quid ergo non ex generali virtute sacramenti, nec ex speciali dei munere vel gracia est oportet quod sit vel ex ipso sumente vel circumstancia accidente. Consciencia Ita oportet sed vellem scire quo. Racio Naturale est quod raritas rebus precium facit et plus trahit affectum. Hinc homines in locis ad que de novo vel raro veniunt maiorem devocionis habere videntur, a qua tamen postea mora temporis vel frequencia visitandi tepescunt. Sic nonnulli qui sollempniter cantata vel in pulchris ornatibus sunt in patria multi mus putant se magis devotos, alii vero qui se in multitudine sunt affectuosius moventur se in locis venientes solitarii et abstracti. Consciencia Quid est faciendum de huius affectibus? Racio Non dico vitandi sunt maxime in incipientibus ut per hoc assuescant in deo sentire delectari, necnon in gravatis mente vel corpore ut alleviacionem habeant ad spiritualem iocunditatem promovendam et disponendam que habet difficilius gravata natura. Nam propter hoc sancta mater ecclesia organis et pulchris ornamentis in festivis uti consuevit quia per hoc hominum animus excitatur quem eciam ut ait Aug in prologo super psalterium: delectabilibus modulis cantilene verum doctrine sue premisit ut ad plenitudinem divini sermonis prona voluntas inescaretur. Hec de illo hoc disputatione quod opus est non non quere, gracia enim tamquam infirma et in bono disposita melius operatur. Licet autem licitum et concessum sit quod homo possit per talia natura provocare ad exigendum mentem onere laboris aut tedii depressam vel ad sustentandum ne deprimatur tamen

Accessus ad sacrum promoveat ad actualem devocionem

Utilis cantilena et exteriora honorifica devocionis intendere vel immorari talibus incautum et periculosum est maxime hiis qui spirituales sunt vel fieri incipiunt, tamen est minima delectacionem impedit, qui enim foris est nescit quid intus agatur. Hinc semper [illegible] de [illegible] venientes ad gaudium diversa sive veniunt intencione, tamen est sepe mentem obnubilant ut credatur esse devotio vel iocunditas spiritualis. Ubi plus est mundana complacencia, corporis delectatio vel curiositas mentis, tamen vero et si quidquid fingat ex hoc vera devotio facile perditur quod non intus habetur, sed foris queritur per suffragia mendicata. Ad propositum igitur dicendo, si quis talium natura vitio vel meritis infirmitate laboraret quod ut cum ex frequentacione actum veniret in tedium, aut in locis insignibus multum distraheretur adeo aut loca vel ornamenta simplicia nimis vilescerent ei et quasi horrorem induceret, non inconsulte ageret si talibus causis occurrentibus aliquotiens abstineret. Verum quia in hoc [illegible] suspectum se dicere de curiositatis vitio, que varietate gaudet pulchris et novis vel male contemnendo que facile ingesta contemnit et horret. Ro indubitanter melius est ut communio in se mortificando. Hanc infirmitatem collidendo mentem eo diligentius ad interiora frequentanda et tractanda abiecta et humilia, et talibus exercitiis illa impedimenta removeat vel remittat quam quod intueatur in se vitium illud vel defectum abstinendo vel consentiendo illi inclinationi viciali, ne forte plus quam diabolice nequitie et malitie quam infirmitate nature consentiat, diabolus enim nec contempnit vel non vicia libenter in admixtionem decipit ita ut nos ad mala provocat quam ut a bonis avertat.

Con. Si bene capio abstinentia a corpore nihil prodest quantum est de se, sed si quid videtur prodesse hoc est valde per accidens et per occasionem adimpletionem, vellem tamen si aliquid non noceat.

Rat. Numquid non ex abstinentia longa cibi homo perdit appetitum edendi ita ut oporteat aliquid cum naturali appetitu et cum nausea cibum sumere quamvis possit appetitum revocare.

Quod abstinentia a sacramento est nociva et econtra accessus est proficuus

[illegible]

Con. Ita scio esse in corporalibus.

Ratio plus est in spiritualibus, quam in illis nam ut ait Gregorius in omelia corporales delicie cum non habentur grave in se desiderium accendunt, cum vero habentur generant fastidium per satietatem vertuntur. At vero spirituales cum non habentur in fastidio sunt, cum vero habentur in desiderio, et hoc est quod per sapientiam dicitur, qui me edunt adhuc esurient et qui me bibunt adhuc sicient. Igitur sicut per hoc sacramentum ordinate sumptum nisi obice ponat augetur desiderium spiritualium, sic diu vel nimium abstinendo sapor internus perditur. Hinc est sicut ait beatus Bernhardus in libro de amore dei, quod ante mediatoris adventum omnis sensus languebat propter absinencia gustus spiritualis, quia nec sapida nondum fuit incarnata, vel ut ita dicam pannificata, ut altare honorem aperiret sensus, sicut fecit Christus post resurrectionem et saporem redderet, qui quidem sapor propter primum parentem perditus fuerat gravissime per hoc sacramentum reformatur, quod enim sacra nove legis officiunt quod significant, quid est enim quod sic congruenter gustum reformat et cordis palato possit sapere sicut corpus et sanguis Christi que sola sub forma gustabili sumuntur, unde Hugo super prologum angelice ierarchie sapida increata que se per visibilia manifestat volens ostendere quo sit ipse amandus, cibus et potus propter carnem assumptam nobis in edulium proposuit ut per cibum carnis nos ad gustum invitaret deitatis.

Con. Dixisti hec que predicta sunt alicui quod sumere propterea melius est celebrare quam abstinere.

Ro. Consimiliter melius est tamen ex quo fieri quod melius est per se bonum quam per accidens. Hinc ante circumcisionem quamvis est de se non sit nociva, sed semper profuisset, si sustinentes corpore fuit. Abstinere vero nihil boni habet utpote quedam pena, nisi homo ex virtute eligat abstinere, et tunc magis eligendo abstinentie, quam ipsa abstinencia est laudanda. Cum etiam ex parte effectus, quia duplex bonum conveniunt simpliciter maius ubi unum includitur in duobus. Nunc vero ita est quod accedens non indigne recipit effectum sacramenti, et hoc virtutem ex opere operato et cum hoc habet meritum ex opere operantis usque ex desiderio studio labore devotionis et reverencie quia exhibetur. Abstinens autem non habet meritum nisi de quanto ex reverencia vel alia bona causa dimittit. Item melius est accedere ex parte habitus inclinantis et actu moventis. Quis enim dubitet quod amor dei, fiducia de pietate eius, desiderium proprie gratie et dulcedinis huius, memoriam passionis dominice et cetera que ad celebrandum inclinant et movent meliora multo sunt illis que solent a devotione retrahere, ut sunt timor conscientie

Indignitas vite, ignorancia beneplaciti dei, pusillanimitas et alia huiusmodi. Postremo accedere volens hanc curam et motiuum disponendi se per oracionem et alia, exercendi se in bonis et cauendi a malis tandem sumpcionem quam post et ad omnia illa hanc adiutorium ex virtute percipiat. Abstinens autem licet quis possit se ad bona conuertere, per hoc tamen quod abstinet ad nihil boni disponitur, sed ut corde magis indispositus reddatur iuxta illud poeticum: qui non est hodie cras minus aptus erit. **Con** Prioribus motiuis consentire me facit racio, sed ipsum ultimum experiencia me docuit. **Ra** Vides non quid ex hoc sequatur? **Con** Repeto quid inferas. **Ra** Quod criminis licet accedere, et habita opportunitate loci et temporis melius est frequenter accedere quam raro nisi quod in aliquo dei abstinere nisi habeat competentem racionabilem retrahentem. **Con** Ista conclusio videtur multis esse grauis. **Ra** Scio quod nullo racionabile est qui quocumque minimo bono sibi vel utili carere vellet quod comode posset, hoc nisi videret per racionem vel saltem verisimiliter iudicaret quod melius esset illud non habere vel dimittere. Et quare non habere idem iudicium de tam salubri minimo et suauissimo sacro? **Con** Credo quod multi sunt racionem aduertentes, et quamuis bonum est quod sumere vellet, hoc voluit in aliquo racionis abstinerent. **Ra** Ita est. Sed quod sub dissimulacione tamen sciunt non aduertere ut in peccatis digas quod patere ymo nulle cause sunt ex quibus obmittunt etiam quasi ex quadam consuetudine pro nihilo reputant quod abstinent, et in hoc plerique videntur habere mensuram et mensuram, pondus et pondus, que sunt abhominacio apud deum. Vnde qui celebrant reputant et gaudent se bonum fecisse, sed qui abstinent pro nihilo ducunt nec se bonum dolent obmisisse. **Con** Non hoc de gehenna plus dubium nisi hoc quod corde durum talium esse, ne quis celebret vel cibet consuetudine nostro etc. quod hoc vitaret qui celebraret vel [illegible] cottidie et frequenter. **Ratio** Si quis consuetudinem se omni die disponere et mentem excitare ad desiderium comunionis, et ex illa consuetudine omni die afferit frequenter celebraret. Nonne laudabilius esset se celebrare ex affectu tam radicato habituali quam de nouo hodie excitato? **Con** Puto quod sic. **Ratio** Recte iudicas. Sunt enim mala consueta peiora hiis que ex subrepcione veniunt, sic meliora sunt virtutum opera consuetudine radicata. **Con** Quid ergo illud tale intelligam? **Ratio** Exemplo sub hoc sensu ex consuetudine [illegible] ex sola consuetudine excitacionis huius mouear ad celebrandum, non aduertendo an indispositus vel minus dispositus sim, seu an ex celebracione proficiat vel tepescat, siue an habeam racionabilem abstinendi, hoc enim esset reprobabile. **Con** Video me per racionem ad hoc deductum quod bona opportunitate habita abstinere non debeo nisi ex racionabili et speciali motiuo. **Ra** Gracias deo quod ad hoc deuenimus. Nunc ergo dic quid est quod te retrahit. **Con** Indignum me iudico et horreo rea fieri corporis et sanguinis ihesu christi. **Ra** Quidam sanctus in hac sentencia nunquam accedas, quia cum hoc diffinitiue iudicas te indignum esse eciam pro alias indignum non esse accedendo indignum efficeris, quod fuit contra confessionem et sic edificas ad gehennam. **Con** Quid ergo possum ne aliquid iudicare me dignam? **Ra** Certe non, nam hoc iudicas eo ipso etiam pro alias non esses indignus ex presumpcione efficeris. Si enim dixerimus peccatum non habemus nosipsos seducimus et veritas in nobis non est. **Con** Scrupulus me grauat. Nam sedem habent racionem nunquam accedam, cum indignum non debeam accedere et nunquam potero me dignam iudicare. Sed quero ut me de hoc involuto errore euoluere. **Ra** Dignum in hac vita te iudicare non debes quia homo de se quod sit in gracia posset signa et coniecturas habere, tamen sine speciali dei reuelacione nunquam vere scire potest an amore dignus sit vel indignus. Quoque te esse time quod debes et potes. Sed nullatenus diffinitiue iudicans nisi hoc scias. **Con** Quando potest homo hic scire? **Ra** Quando quis de peccatis que fecit sufficienter vel cessare non vult aut est in proposito peccandi. Cum sponsus vero vult [illegible] emendare peccata commissa et futura vitare magis dignus se spectare non indignum quam indignum iudicare. **Con** Multi volunt et nihil faciunt et in hoc etiam me [illegible]. **Ra** Non vult nisi in voluntate euitandum quicquid ad hoc nihil facit, quando enim [illegible] racionem habens semper quod vult pro aliquid ad emendacionem peccatorum suorum ut dolere [illegible] displicenciam habere de eis nolle amplius peccare, desiderare graciam orare et humiliari coram deo et similia, qui autem in hiis facit quod potest pro opportunitate loci temporis et virium nec dignum nec indignum iudicare se debet. Cum enim solus ille dignus sit hoc honore quem rex voluit honorare et ad hoc tamen ipsum dignum acceptare, quisquis autem quodlibet istorum

Item aliter loquendo quod melius est frequenter accedere quam raro

De dignitate et indignitate ad sacram comunionem

Quo quis se dignum spectare debeat

Se cognoscere est terminus quis angelus sit

de se vel alio iudicat voluntate et sententia divina aut quis complacitus eius sit. Et licet utrumque sit periculosum tali de quo supradictum est, tamen videtur quod se indignum quam dignum periculosius. Nam qui non sciens aliquod peccatum in se quod non velit libenter emendare se indignum iudicat, quam qui ex gratia dei dignum se diffiniret. Iste enim aliquam spem videtur habere de gratia dei licet presumptuosam. Ille vero aditum celestis gratie sibi obstruit, et quodammodo desperacioni dat locum, ~~vel apparet deum iudicare~~ sibi deum non esse propicium vel placandum. Et tu quis es qui iudicando iudicas servum alienum. Sed dum tamen moderate utrumque spei potes habere de dei misericordia quamdiu stas fixus in hac spe sua.

Con. Grata et nimium iocunda est michi hec tua conclusio quod non debeam me indignum iudicare. Sed quid est quod omnes se indignos asserunt, et illa verba centurionis pro quibus etiam a salvatore laudari meruit devotissime dicunt: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum.

Ratio. Ista verba et similia non dicuntur temeritate iudicandi sed reputacionis humilitate. Sicut etiam teste beato Bernhardo in epistola ad fratres de monte dei et beatus Paulus dixit: quorum scilicet peccatorum ego primus sum, non mentiendi proprietate sed estimacionis assercione. Puto autem quod sic intelligi valeat et hoc communicantes intendant aut intendere debeant dicentes: Domine quantum est ex me non sum dignus quod peto, magis nec debita contricione confessione et satisfactione purgatus, nisi misericordia tua digneris hoc modicum quod ago acceptare et me per graciam tuam dignificare, et hoc est quod solum tunc dicunt verba et salvator.

Con. Cum igitur nec dignum nec indignum iudicare quis se debeat, dic queso Ratio in tali dubio melius est dimittere. Abstinere enim videtur esse humilitatis, sed accedere presumpcionis. Si quis autem ex humilitate abstinet non videtur errare sed agere virtuose.

Ratio. Si bonum aut virtuosum est ex humilitate dimittere, multo virtuosius et melius est cum humilitate accedere. Qui ergo ex humilitate vult abstinere fingat celebrare cum humilitate et exclusa est presumptio et duplex bonum habetur, videlicet virtus humilitatis et gracia sacramenti.

Timor dei potius inducit ad accedendum quam ad abstinendum

Con. Ego timeo accedere et puto esse opus valde tremendum.

Ratio. Hoc valeret si sine timore accederes. Sed si propter timorem esset abstinendum, tunc maiores deberent abstinere pre ceteris magis sancti, quia illi plus timent. Cum ergo non omnes tardeant abstinere precibus, dic quare times ut persuasa causa timoris videam quod racionabiliter movearis.

Con. Ideo timeo quia magis periculosum est accedere quam abstinere, scilicet quia in accessu maius periculum est, quod homo indigne tractet corpus Christi, quod secundum apostolum satis grave est. In abstinendo vero nullum aliud esse videtur periculum nisi quod homo caret gratie augmento quod consequeretur si non indigne sumeret. Ego autem periculosius duco vel censeo carere augmento gratie quam semel indigne tractare. Et ideo securiore parte reputo abstinere.

Ratio. Antequam semel indigne sumens accederes deberes in eternum abstinere. Sed si in dubio semper abstinentiam tamen securiorem partem eligere vis, cum illud dubium in hac vita semper tibi maneat, dic quando umquam accedes.

Con. Bene mones. Nescio enim si dignum habeam modum quo accedere debeam.

Ratio. Verum minime imputabile reputare si homo accederet in tali dubio quod illud faceret non contra ex consuetudine ecclesie vel statuto.

Ro. Et si fortasse minime imputabile sibi nichilominus non esset in periculo. Sed dic an velis propter illa inspecta et huiusmodi periculum semper extra tempus coronis etiam gratia dei carere.

Con. Absit a me tanta dementia.

Ro. Ergo vis habere Christum et ipsum manducare spiritualiter.

Con. Sic hoc corde iussit audivi.

Ratio. Cum ergo maneas vel saltem non minus sit Christum habere spiritualiter quam sacramentaliter, tum quia sacramentaliter sumunt pariter etiam mali, spiritualiter autem non nisi boni, tum quia sumptio sacramentalis ad spiritualem tamquam ad finem suum ordinata est, quid est hoc quod propter indignitatem inferioritatem timore vel humilitate aut qualicumque alia vis sacramento carere, et sacramentum tamen hec effectum? Quid enim racionis est querere finem, et nolle venire per medium, sicut desiderare et ardorem fugere, thesaurum petere et nolle eum in vase recipere in quo et gratius suscipitur et melius custoditur.

Con. Non videtur idem esse, sed ratione magis cupio Christum habere spiritualiter quam sacramentaliter. Illud enim est simpliciter necessarium ad salutem, istud non sic. Item dum conor ad habendum eum spiritualiter orando vel alia via, sive consequor intentum sive non, non est [illegible] maius quantum vel nomen periculum.

Ratio. Sed consequens planum est quod ipsa gratia veniens etiam de indigno dignum facit. Si autem non saltem ego sic facio reverenciam deo et saluto quod ille celebret qui

Remove occasionem subtrahendi se a sacro

qui sacramentaliter suscipit corpus Christi et Christum spiritualiter non habet. Ra. Qui non libenter accedat facile inveniet occasionem in abstinendo sicut sepius est. Octonum quo ait qui vult recedere ab amico. Si ergo vis expectare donec certa et omnino secura erimus frustra totum hactenus laborando disputavi. Nam in primis nobis certitudinem promittere, sed sub hoc pacto quoniam quod illud agerem esset ad quod rationabiliora motiva haberem. Nunc ergo ut tendamus ad finem et apparere possit quod rationabile sit hoc motivum cum sit ipsum interius, ponamus hominem qui adhibita diligentia pro modulo posse et opportunitatis sue se ad orationem disposuit quod nihil sit sibi restare ex debito faciendum, et si quid agendum intelligeret paratus esset ut vellet implere, solum quod obstet sibi, quod in dubio vel ut in dicto periculo est quod forte est indignus, utrum melius sentiam et rationabilius sit talem abstinere quam accedere in hoc casu. Con. Hoc est quod quero. Rat. Si hic est melius abstinere male consulerent omnes devoti qui frequenter communicant, immo omnes communicantes magis periculosum facerent et peccarent, solis illis exceptis qui se in statu gratie cognoscerent per revelationem divinam, et tamen oratio periculosum esset sicut precedentibus magis qui propter ad celebrandum essent ratione sui officii vel beneficii obligati. Item cum iudicio meo scire ~~non~~ homo non posset et per quos nec hoc quod dicitis esse periculum evitaret deus instituendo hoc sacramentum et certe eius statuendo preceptum cottidie [illegible] celebrationem preciperet vel consuleret hominibus quod instituendo et per quod ad periculum poneret quod dicere est impium et absurdum. Preterea si vos quod homines opus obmittere in proposito sententia quod non potes in eo [illegible] ut puto quia facies. Sed iniuria est si illud divinum et inscrutabilis sapientie debet omnibus motivis que ad accedendum potius inducere. Sed ut de omnibus aliis taceam hic volo ut videas. An non debet homo fortius illis de quo casum posui magis sperare de misericordia dei quam de peccatis suis diffidere vel timere. Cons. Deus oratio et merito, pallida magis potest infinite maior est dei misericordia, aliquas enim graviter peccat et iniuria divine pietati facit iniuriam. Ra. Et quod in hac materia et aliis de quibus consulis plus sperat de misericordia dei quam de peccatis timeat vel diffidat, ille que plus monet ad abstinendum solus timor

peccatum quod consoletur et ad accedendum moveat tota miseratione divina multitudo, ubi enim dei clementiam maior esset fiducia, timor de indignatione in retrahendo metum in quoque prevaleret. Illud siquidem inter duo me plus consuetum trahere quod plus superior. Attende igitur me etiam de qua dixisti deo innocens iniuria divinam propter solum illum timorem a oratione te divertis, et gravius peccares dimittendo quam sumendo, iuxta sententiam beati Amb. in quadam oratione sic dicentis: Grave est quod ad mensam tuam mundo corde et innocentibus manibus non venimus, sed gravius est si de peccatis metuentes et sacrificium non reddimus. Con. Rationabiliter agis mecum que inde michi causam accedendi elicis unde ego traho abstinendi motivum. Sed ubi suadetis de acceptu esse periculum in utroque de abstinendo equale vel maioris periculi et peccatum terrore inducit delectabile est autem se vinci ubi concludit timor qui penam habet et tam consolatoria fiducia ministrat.

Optima persuasio ad accipiendum sacrum

Ra. Si que tibi placent persuasiones homo accipe et ipsam. Nonne magis periculosum est enim abstinere quam accedere qui plura signa habet secundum deo placere accessum quam primum abstinendi. Con. Est omnino. Ille autem de quo casum posui multa signa habet celebrationem vel communionem deo placere. Primum quod deus posuit in potestate hominis quod si vult ~~pa~~ suscipere deum suum quasi diceret: Ecce totaliter sum iuxta me non desinat tendere si me habere volueris. Secundo quod dedit ei bonam voluntatem non peccandi et propositum emendandi. Tertio quod dedit ei desiderium communionis et amabilem fruere Christi dilectionem simul et gratiam. Quarto quod delicie Christi sunt esse cum filiis hominum ut per Salomonem dicitur, et tamen dubium quod a deliciis essendi cum filiis hominum deus instituit hoc venerabile sacramentum ut non solum spiritualem sed etiam corporalem suam presentiam exhiberet. Quanta autem ingratitudo, quanta perversitas divinis deliciis non dare locum sed inspirabiliter denegare. Unde nunc per tot habeas signa quibus deo communionem displicere cognoscas. Con. Ego nullum sicut nisi scrupulum conscientie de peccatis nondum emendatis vel ne magis disposita accedam vel aliqua negligentia committam et sic nondum petitum me. Ratio. Etiam si certa peccata haberes, nonne magis dignum esset ut dimitteres peccata propter sacramentum ut illud posses accipere quam quod propter peccata communionem obmitteres. Cons. Esset utique verum et peccata essent

Qualiter propter scrupulum conscientie de peccatis non sit dimittenda communio dimittenda etiam si sacramentum non esset institutum. Rat. Optime dicis. Quanto magis ergo dimittenda sunt pro assecutione tanti boni. Si vero habes scrupulum vel dubium, habes unum quod facias, ut videlicet doleas de quanto hoc est ex culpa tua, confitearis saltem ad cautelam, et ad satisfaciendum submittas te pure iudicio boni confessoris si copiam eius habes vel potes ad hoc quam primum possis, item habere qui te dirigere valeat in hoc casu. Si autem dubitas aut times te indispositum, iterum hoc quod facias ut videlicet te quantocius dispone studiose, conteris de timore de negligentia committenda diligentiam adhibe et committe te gratie dei, videlicet ad in omnibus que te possunt retrahere habeas quid agendum sit, et si quid illa feceris pro posse tuo, si feceris non est aliquod periculum saltem. Item crederet si quis grauiter de peccatis et esset solum attentum quibus esset indigniores et in peccatis quod tamen faceret quod in se est nec unquam faceret nec de nouo peccaret mortaliter attendendum. Sed mentis est quod quandoque huic officio vel huic operi comode et opportune vacare potest, non aliquod canonicum obstat, illam potens dimittere cum habere vel fingere in se malitiam vel negligentiam aut pigritiam tuam quod potest esse nocivos et damnose. Con. quod dicis quod si sum indisposita ad hoc me disponam, quero ut etiam quo id agere debeam exponas, et per quid melius se dispositam possim cognoscere. Ro. Non est enim unus modus dispositionis, sed alius incipientium alius proficientium et alius perfectorum. Incipientes et nouiter conuersi ad deum probet se ipsum a peccasse si doleat et confessus sit peccata saltem mortalia, vel saltem quantum in ipso est paratus confiteri penam subire et satisfacere. Et iterum habeat bonam voluntatem vitandi peccata serviendi deo, et an faciat ad hoc diligentiam suam pro opportunitate loci temporis et persone, quoniam cum quis in istis defecerit nunquam accedere deberet. Deinde pensetur an de proximo fuit in aliquo gravi peccato, de quo licet in corde doleat adhuc affectus suus non sit bene purgatus sed occupata sit fantasia memoria delectationibus ac commotionibus pristinis etiam propter voluntatem [illegible] inquinata, et caro adhuc nimis vehementer impediat spiritum, et cui non solum ad devotionem non firmat sed rebellet, quidem

ait Bernardus super cantica sermone iii: recenti adhuc respersus pulvere ore sacra contingere. Heri in toto de luto hodie vultui glorie presentaris. Deinde propter si non habeat ex culpa vel negligentia sua notabile devotionem impedimentum utpote pollutionem corporis vel magnam distractionem animi. Postremo si non sit nimis indispositus ad omnem devotionem etiam preter culpam et negligentiam suam utpote si esset gravatus capite pressus sompnolentia aut nimium tediosus. Hec enim sunt pro quibus a communione est abstinendum quamvis non est aliqua necessitas. Nam in mortis articulo ut in periculo mortis sufficiunt hec illa primo descripta, si ista immediate post non potest habere. Proficientes vero quales debent esse omnes qui sepe aut frequenter communicare proponunt non sufficiunt hec predicta. Sed tota vita sua debet esse preparatio ad susceptionem tante rei, proprie in mortificando vitia, fugiendo vanitates, et ociosa peccatorum etiam levium et venialium, occupationesque non necessarias in quibus sit homo amens a propria custodia cordis sui, nec non exercendo se per [illegible] dinacionem, ad immensum timorem profundam humilitatem, amorem ardentem sanctitatem desiderium superiorum, misericordie se unientes Christi comparando peccatorum commendando se, et credendo se non cotidie in nullo de se aut nihil sumus, sed de dei pietate vehementer confidendo, valde enim confert hoc facium institutum esse in memoriam dominice passionis et mortis sub pignus amoris in medium unionis et magnum ac transformationem in Christum. Quando tamen magis disposita est, quando plenius mundi gaudiis et delectationibus carens moritur aut omnia contra et tribulando Christi passionibus eidem conformatur in morte ut sicut desiderat unum esse cum Christo perfectius mori ut ipse vivat in eo, quivis posset dicere cum apostolo: Vivo autem iam non ego, vivit vero in me Christus. Perfecti quam quantum homo ad ista appropinquat promo sit lectio meditatio oratio predicatio opus [illegible] spirituale vel corporale per illud magis ad communionem disponitur, et ex hoc patet error plurimorum qui multum affligunt se ieiuniis orant aut vigilant etiam in cantu quod corporis debilitatem et ab omni devotione impediri potuit quam promoveri, et in hiis aliqua vicia in se, vel affectiones carnales vel mundanas quas non curant mortificare utpote aliqua mala vel scandalosam [illegible] amorem vel rancorem ad homines, complacentiam ad laudes aut alias

[illegible]

Modus dispositionis ad communionem

Incipientes quales debeant ad hoc ut digne sumant

Proficientes quales se habere debeant et preparare

Vel qui frequenter communicare proponunt

quibus quis magis promouetur

complexion vel corporum ad divitias, que si di-
mittantur ad tempus nullatenus tamen eundem composita
sed purpurissime redeunt et cum fervencius quam ante
hora ante corporis et detestatio et mortificatio
plus valeret eis, et eos magis disponeret quam ipsa
recitatio decantatio mille psalmorum. Nonnulli
etiam continue se volunt abstrahere, ut videant
homines in arto positos etiam in nimiis et sa-
lubribus comedere quod eis utique qui sui interius est
et nolunt ut sit prodesse in istis potius reddit se
indispositum quam dispositum. Qui vero perfecti sunt ita
quidam apprehenderunt ea ad que tendunt perfectius
et vehementi desiderio quod habent ad corpus non
possunt sustinere animi absentiam, et qui non possunt enim
revelata facie contemplari in gloria sub pro possessione
pia volunt eo modo habere quo possunt eius sanctissimum corpus
a spiritu ad amplexus, petunt continuum videre
tempus experimentali gustu, quam suavis est
dominus ut in dulcore suavitatis et in fortitudine cibi
illius ambulent usque ad montem dei videndum
speciem, ad quod consequendum pro viatico
datum est nobis corpus domini nostri Jhesu Christi
qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in
secula seculorum benedictus amen

disposicio perfectorum

## Compassio beate marie virginis collecta per Bertholdum kule ordinis minorum lectorem Lubicensem

Sancta clara francisci pia plantula prout fuit a sancto francisco edocta christi passionem semper in corde gerebat et non diebus neque noctibus a vulneribus christi deplangendis ociose cessabat. Oracionem namque de quinque vulneribus et plagis domini ihesu ruminabat frequenter ex ipsis sacris vulneribus tunc amaricata suspiria trahens, nunc mellisflua gaudia sugens, et eius sponsi preferenda caritate vulnerata tam mirre fasciculus quod ipsi botrus posset vocitare dilectum. Tenebat hec virgo sancta passionem christi ac matris dei compassionem iugiter in corde portabat cum doloris gladius animam ipsius ex dolore sepissime pertransibat. Nam sanguinem currentem ex christi vulneribus effluere, pre lacrimosis singultibus sepe desinebat, quam matris christi dolorem in tormentis filii tam penaliter crucifixi mentaliter attendebat. Occupaverat cor suum non solum eius filii morte verum etiam matris compassione, eo quod matre filio in cruce pendente astitit cum indicibili dolore. Amica enim crucis crucifixum cum quadam amaritudine cordis frequentius deflevit, ut filie eius exemplo illius discerent christi passionem recolere et matri christi iuxta crucem astanti assistere, et contemplari penas dominice passionis, sicut et beatus franciscus singulis diebus fecit. Et de compassione virginis matris cottidie oraciones speciales legit. Quam gratam namque habebat virgo semper benedicta recordacionem compassivam sue acerbissime compassionis licet ex quodam miraculo eius sorores et ordo evidentissime docet, quod ille qui omnes gladios per animam marie diversis temporibus transfixos singillatim meditando ad cor recollegerit, quod virgo non solum ante mortem velit sibi obtinere plenariam remissionem omnium peccatorum, sed etiam gloriose sublimare post mortem in celo, ubi perhenniter letantur turme civium superiorum. Exemplo igitur virginis beate clare inductus et premio in celo repromisso illectus dedi cor meum ut dictos gladios diversim colligerem, et de quolibet memoriam haberem singularem. In quolibet enim gladio latet devocio specialis que animam mediantem transverberat. Et pro compassionis amaritudinis habenda fons ex oculis exuberantium lacrimarum imbre copioso producit. Incepi autem a tempore illo quo Simeon beatus primo prophetavit de marie compassione, et complevi ultimum gladium ponendo de sepultura et passionis consumacione.

Cum venerit quadragesimo die prout in lege statutum erat exivit de diversorio domina cum puero suo et Joseph et venit de Bethleem in ierusalem ut secundum legem sisteret eum domino, procedit virgo ad templum letissima, non sicut alie mulieres, que in iniquitatibus concipiuntur et in dolore pariunt. Ipsa enim virgo ac mater progreditur non simpliciter hominem inter brachia ferens, sed deum creatorem omnium ulnis suis amplexans, regem glorie ore ad os osculans et in mutuo osculo infinita gaudia suscipiens, non graditur ad templum sequentibus ancillis, sed comitantibus angelis intravit in templum post partum gratiarum actionem domino actura, et oblacione legali soluta de templo cum filio dei ad domum diversoria intrat cum templum letissima, et cum processione regulata et bene ordinata precedunt masculi et femine senes et iuvenes vidue et virgines

Primus gladius or

procedunt alacriter illi duo senes venerabiles
Joseph et Symeon, subsequitur dicerent virgo
una portans regem glorie in ulnis et gerens
Anna devotissima huius associata a latere
Ideo intrepide vadit ad pedes ad templum
domini. O sanctissima atque angelica castitas quomodo
meruit tua puritas ut Christum asportans ad tem-
plum cum gaudio perducas, pervenit cum devo-
tione maxima ad templum domini ut ibi pro eo of-
ferat suum unigenitum, ancilla pro domino exhi-
beat obsequium et creatura adoret totius fabrice
principium. Aspice devota anima mecum dominam
tuam quanto pudore ad altare accedit et cum
indicibili devotione ante altare genua flec-
tit, legi que adderant et oblacionem obtulit, sed
non inmemor quid diceret, Numquam enim fuerit
potuit quod diceret accipe clementissime pater
filium tuum ante luciferum genitum, et in tempore
mihi de celo datum, quem virgo concepi virgo
genui, et post partum virgo permansi. Et quia
secundum legem primogenitus meus est, feci quod
mandasti, obtuli quem ante omnia tempora
eternaliter genuisti. O deus quam gloriosa et acceptabilis
est tibi hec oblacio a seculo, numquam tibi tam
grata oblata, nec meritum offerenda. Nam
semel est oblatus a matre in templo, Semel
a se ipso in sacrificio, et semel in tuo tormento
Cottidie offertur a nobis in altari. Tota
celi milicia letatur in tam grata oblacione
pater et filius et spiritus sanctus honorantur in pre-
sentacione gaudet exercitus angelorum tripu-
dians virginis celorum ponitur Christus ad altare et
sistitur coram domino qui regnat et splendet
in celorum habitaculo, Sedens in altari
advocantur sacerdotes redimi omnium dominus talis
pauper factus emptus, Sicut quinque pro
eo solvuntur et brachiis meis ab altari cum
infinito gaudio recollitur. accepit parvas
aviculas, quas puer pauper obtulit quas
dives pater celestis ab eo gratanter recepit
ab eo hodie, o virgo una sacerdotibus
nove legis, equalis es in templo par es
in sacrificio, et si ipsi Christum offerunt in altari
tu Christum asportas inter brachia affectu
materiali, hodie de manibus tuis pater
accepturus immaculatam hostiam similem

templo
in templo pueri inquantum visa delectatione
pater celestis, in pulcritudine et in
innocentia caste virginis Ideo cum inmensa
complacentia accepit proprium filium de
manu dei genitricis, aspicit clementissimus
deus in corde virginis incendium dilectionis
et per Symeonem sibi insinuat qualiter pro
futuro opere debeat affectum intensi amoris
offerat unum filium, et ex amplexu filii con-
cipit Symeon infinitum ac indicibile
gaudium, Cum enim induceret eum in templum
Symeon eum in ulnas accepit, ipsum
inspexit, in eius vultu letabatur, et mille
milia gaudia in facie eius senciebat.
In senectute venit ad fontem aque vivi-
fluentis ut renovaretur etas hominis iam de-
ficientis. Sensit in aspectu pueri mirabiliter
se innovari, quia omnia eius interiora in
presentia pueri receperunt iocunditatem. Sensit
splendorem inmense lucis, et prorumpit canticum
letabundus canens, replet eum spiritus sanctus
et per os eius futura loquitur, et Symeon
edoctus divino oraculo que virgo contingere
debeant prorsus speculatur et loquitur de hor-
ribili gladio, qui adhuc transire debeat
per animam virginis eius, et denunciat quomodo
adhuc eam torquere debeat vis amoris
prophetat enim terribilia, et infert tamen
ipsius genitricis gemitus et suspiria, quis
enim hec Symeonem instruit loqui, et una
eius hec innuit, ille procul dubio qui
in gremio virginis baiulatur, hic ad
brachia Symeonis anhelans per os ipsius
fatur, vult enim inter brachia Symeonis
amplecti ut Symeon illius amplexu
valeat informari, ad Symeonem infans
infantiliter anhelavit, et ipsum Symeon
accipiens de brachiis matris inter ulnas
suas collocavit. tam amabilem virgo
Symeonem non porrexisset, si filius brachia
non extendisset et Symeonem advocasset
Tam libenter Christus ad brachia illius advolat
quem spiritus sanctus inhabitat quia Symeon
ideo infantem accepit quia in ipso spiritus sanctus

inhabitauit, portat maria Symeoni ad brachia puerum. Sed Symeon cum puero reddit ei gladium. Nam ipse est qui mariam martirem fecit, et qui virginem dominam in numero martirum computauit. Quemadmodum sunt martires interfecti pro fide, sunt fidei pugiles. Sed tamen in ipsis non inueniebatur dolor, quia in eis ardebat amor, plus ergo eis lesit amor quam martires tormentorum dolor. Loquitur Symeon lamentabile verbum, et virgo inde per totam vitam inde sentit tormentum. Nunciauit angelus quod esset gratia plena, nunciauit Elyzabeth quod inter omnes feminas deberet esse benedicta. Nunciauerunt magi ipsum regem iudeorum, nunciauerunt pastores visionem angelorum, nunciauit angelorum exercitus in terra pacem hominibus. Symeon inter omnes nuncios qui virgini aduersa nunciauerunt crudelissimum genus tormenti nunciauit et per hoc penaliter virginis tenerrimam doloris gladio transuerberauit. O Symeon homo antique, cur virginem illam letissimam audes tantum terrere. Nunquid non times filium quem parvum inter brachia amplexatus quod velit matrem defendere, et molestantes eam remolestare. Nunciat Symeon grauissimum quia gladium. Scimus enim quod inter omnia instrumenta nullum ferramentum gladio terribilius, eo quod ex utraque parte scindit, et dolorosius pertransit. Si enim dolorem quem virgo passura fuit, potuisset terribiliori instrumento comparasse, utique eidem compassus in signum quod omnem penam martirum pena beate virginis superexcellere deberet. Sed gladius non erat transiturus corpus eius passibile, sed animam cum magno doloris cruciamine. Unde Symeon tanta audacia, quod tanta audeat inferre aduersantia. Nunquid Symeon inimicus superbenedicte virgini, quod ita intrepide eam contristat, et ita audacter audet sibi gaudium minimum auferre. Videmus enim et experimur, ubi aliquis in mundo videt amicum suum in magna leticia positum, veretur sibi aduersa nunciare, timet ipsum perturbare, parcit gaudio suo, differt negocium quousque mentis ipsius magis oportunum. Sed Symeon non parcit virgini, perdat quibet spes. In eo extus affert. Tempus enim est ut in tenere gaudium temperare, et super futura passione deuocius meditari. Nam et si passio Christi ab eterno est ordinata, magne tamen adhuc crudelitatis pene est incognita. Idcirco in templo passio Christi notificatur ut virgo sciat quod a deo filii passio preordinata. In templo dominam in corde recepit gladium, que inter omnes martires ipsa in acie prefixa est martirum candidarum extimam. Hec ergo hic gladio perdidit gaudium, quod in verbo Symeonis cordiale meruit supplicium. Gaudium enim quod eo concepit in primo gabrielis allocucione Symeon mitigat. Temperat cum superuenientis doloris amaritudine. Nunquam aliquis lictor in cor cuiusque martiris gladium ita profunde infixit, sicut Symeon verbo doloroso animam virginis penetrauit. In verbo enim Symeonis intrat gladius in vita ista nunquam extendus et super passione filii pertransibit. Recordacio enim passionis a memoria non recedit. Sicut amor filii inseparabilis in corde eius semper ardebit, ita memoria future passionis matrem cruciabit. Postquam sagitta Symeonis cor virginis intrauit, et ibidem gladius doloris mansit infixus. Ex quo non solum tunc virginem tremendo vulnerauit insanabiliter, sed ab illa hora usque ad horam passionis tociens cruciauit cor virginis nouus dolor, quociens amabilem vultum eius virgo conspexit cum amore, quem enim in mundo esse potuit maior alicui infantium, sed cum quod prophetie vaticinio crudelissima morte infantem suum sciret necandum, nunquam non tociens fleret, quociens infantem morti dedendum inspiceret. Virgo benedicta infantem gratulabundum suum corporaliter puerum aspexit et idcirco non mirum, si in ipsius aspectu gladius doloris animam eius tociens penetrauit, quociens verbi Symeonis memor fuit. Nam sicut secundum euangelium omnia verba in corde suo conseruauit, quomodo ipsius acutissimi verbi Symeonis unquam in vita sua poterat obliuisci. Si etiam nunquam oblita fuit, quomodo poterat cessare illi gladii illata tormenta. Cruciabat interim recordacio verbi sed mitigat penam amabilis aspectus tam gloriosi filii, puer enim in se infinita gaudia gerebat. Et ideo dolorem matris suo aspectu temperabat. Omnibus tandem secundum legem expeditis, non solum virgo

2us gladius

et mundi, sed etiam ducentur et nunc memores matris computantur; nam in templo ipse spiritus sanctus mercam in matrem conseruauit, et per os Symeonis ipsius gladium infixit. Baiulat, osculatur, aspicit filium ad amorem, sed animo semper verba Symeonis ruminabat cum dolore.

Postquam autem tempus purificationis impleuerat et in templo secundum legem Moysi filium obtulerat et sursum domum reuersa, gladius Symeonis sibi imminebat, et iam ipsius vix semel proferat tristis cum timore amaro captabatur. Spiritus igitur sanctus qui gladium in ore autem imposuit volens ipsius sententiam explere, permisit Herodis maliciam contra filium suum. Ebullit iniquitas in Herode, et angelus Herodis maliciam Joseph nunciat, et Joseph autem cum dolore ut gladius doloris animam pertransiret angelus iubet Egyptum intrare, unde gens Judaica in manu robusta egressa fuerat. Propter Joseph illuc remeare decretat ibi Christum exilium passurum, ubi fuerant oppressi patriarche et multiplices iniurias passi. Unde autem percipiens nuncium angeli territa est et nouo gladio sauciata, dum cum tam dilecto filio fugere deberet ad gentem idolatricam et ad hostes crudeles et ad inimicos letales; contra enim populum Judeorum prius fuerant Egipcii persecuti, quod autem Maria non ignorauit, et quod laboriose filii Israel Egiptum fuerant egressi. Virgo sic stabat, grassata sunt omnia eius viscera ad hanc vocem tam subito fugam iubentem, et ad terram Judeis odiosam diuergentem. Sed mirandum est cur angelus qui Joseph loquebatur in somnis autem non loquebatur ut tolleret filium et veniret in Egiptum, et illa allocutio gaudium generasset, vt angelus qui nunciauit autem gaudium in conceptione, eidem locutus fuisset pro loci mutatione. Sed quia penale erat patriam relinquere, et ad gentem ydolis deditam confugere, voluit angelus secundum gladium infigere cordi eius, et velut Symeon animam conturbare. Loquebatur ergo ad Joseph ne ipsam dolore inuenieret qui prius venerat et ipsam plenam gratia salutarat. Loquebatur illi in somniis, quia de hoste voluit sena annunciare. Ideo dum virgo vigilaret noluit ad eam accedere in terrendo ipsam perturbare. De hoste Joseph crudelia predixit et que ventura sunt contra puerum per Joseph autem regit. Dixit igitur: Futurum est enim ut Herodes querat puerum ad perdendum eum. Quantum estimas autem fuit territa quod audiuit quod Herodes erat ipsum quesiturus ad perdendum. Inter omnes hostes non erat crudelior. Ideo quod tam impius et scelerosus puerum tam amabilem perdere proposuit, acutus doloris gladius penetrauit. Nomen Herodis audire virgini penale erat quia ipse in se plura vicia continebat. Nam Herodes erat qui Innocentes lacerare iussit. Ipse enim in Bethleem misit et occidit omnes infantes a bimatu et infra. Item nomen illius erat qui consueuit sanctos contempnere et vituperare, quia spreuit illum Herodes cum exercitu suo, et illusit indutum veste alba. Item consueuit se cum iniquis confederare, quia facti sunt amici Pilatus et Herodes. Item nomen illius erat qui iniuste consueuit ecclesiam molestare, quia misit Herodes rex manus ut affligeret quosdam de ecclesia, qui occidit Jacobum, vinctum in carcere Petrum, quem angelus domini percussit et a vermibus consumptus interiit. Ideo fugit hunc hostem pessimum autem cum filio pro celeriter, quia puerorum quesiturus erat crudelis. Nam Christo fugiente misit Herodes ut occidat in Bethleem omnes pueros, et Christum quesiuit inter occidendos paruulos. Audiuit autem in Egipto Herodis crudelitatem, et dolet puerorum innocentia et mortalitate. Compatitur virgo non pueris innocentibus ab Herode occisis. Ita credebat Christum in pueris occidi, et Christum adhuc lactentem in lactentibus martirisari. Martirisatur iam puer et martirisatur mater. Attende benignitatem domini, et excellentem pacientiam Christi. Nam vix duorum mensium existens Herodis iniqui persecutionem patitur, et de terra natiuitatis sue fugatur. Cedit furori illius ac odio, quem poterat perdere in momento, nolebat sibi vicem pro vice reddere, sed fugiendo prudenter eius insidias declinare. Fugit hostem sed non absque matris pena et dolore, gladius enim antea cordis matris infixus in Christi fuga mouetur, et qui prius quodammodo dolorose quiescebat, nunc in peregrinatione virginis excitatur et rabiose animam illius transuerberat, in nouis [illegible] causis exercet impetuose. Nam Joseph et angelus [illegible] non consulit, sed in somniis sibi dictum autem pandit et exponit. Conspice et meditare cum quanto pavore et vultus pallore virgo mater elevat puerum dormientem, et inter brachia puellaria suaviter quiescentem. Respice etiam eam ad vocem Joseph sibi verba angeli enarrantis, et expavescit cum audit malitiam hostis persequentis. Et quia circa pueri salutem nolebat negligens inveniri, directe media nocte incontinenti ad partes Egypti ambo cum puero repedant. Inspice nunc tribulationem virginis, attende ad exilium redemptoris. Puer vix erat duorum mensium, mater vero tenerrima, Joseph homo senex in etate profecta et matura. Ideo tribulantur quia oportebat eos ire ad terram longinquam et ignotam. Proficiscuntur juvenis puella, senex grandevus, per vias asperas et semitas ignotas. Erant enim pauperes, sumptus pro via non habebant, nec viaticum secum apportabant; fugiebat dominus cum facie servi diaboli; portabat enim mater tenera valde, et Joseph senex laborabat cum matre in itinere, spem suam in solo deo ponentes, qui pauperes pascit et esurientem. Sed numquid ille qui xl annis filios Israel pavit in deserto, curam non habuit de proprio filio? Absit. Qui enim filiorum Israel per angelum curam habuit, ipse eum in angelico ministerio non deserit. Nam quando ille parvulus peregrinus peregre profectus est, angeli regem comitantes ipsum in itinere associabant, et cum jubilo et gaudio deum et dominum suum ducebant. Nam sicut angelo in columna ignis filios Israel precessit et viam per desertum demonstravit, sic angelorum multitudo eum quasi antecessit, et regem militum turma circumdederunt. Sicut enim apes regem suum sequuntur et ei obediunt in diversis cellulis collocate, sic angeli in diversis ordinibus et ierarchiis, officiis et statibus constituti ministrant in ministerio domino nostro; unde apostolus: omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi. Qui enim per angelum adorari et per eorum [illegible] studuit perficere, ipse cum [illegible] filio [illegible] Judeis omnibus minime voluit despicere. Via enim in Egyptum ducens erat pluries obscura, nemorosa, aspera, inhabitata et valde longa. Si enim filii Israel in deserto xl annis duo ordinate [illegible] viam quam cum suo filio perambulavit vix in xii diebus, quod absque miraculo non fuit,

quia naturali cursu etiam currentes velocissime vicesimo [illegible] veloci non transissent. Contemplare devota anima vie difficultatem, et compatere virgini propter suam inopiam et paupertatem. Raro in deserto domos peregrini ibi inveniebant, et ergo ubi nocte hospitabantur ibi quiescebant. Et quid de victu faciebant quis possit admirari? Sciebat [illegible] quod cum puero Egyptum intravit, sed non expressit unde victum acquisierunt. Unde hospitatum in Egypto mater cum puero meditabatur, scio quod tam mater quam filius paupertatem dilexerunt et ipsam in arctissimo usu servaverunt. Scribitur gloriosa virgo quod in acu et colo querebat victum sibi et filio suo, et forte in Egypto quandoque per domos vicinas cum labore insinuabat, et quod sibi ad laborandum ordinarent sepissime mendicabat; quia nisi ipsis Egyptiis insinuasset, mulieres ad laborandum non dedissent, et sic ab opere cessasset. Et quia ibi in exilio tales pauperes et peregrini advene et egeni per septem annos habitabant, penuriose victitabant. Nulli dubium quod cum sepe sibi subtrahebat, cum quo filium pauperum nutriebat. Et quia contemplatrix maxima erat, non solum manibus laborabat, sed et vigiliis et orationibus die ac nocte vacabat. Contemplare mentaliter devota anima, cum quinquennis esset factus puer, cum quanta diligentia matri servivit, et quanto studio in eius obsequiis se mancipavit. O quotiens in domo matris puerum ad se vocatus labiis pudicissimis se osculabantur mutuo, et extensis brachiis illa duo specula angelorum alterutrum se amplexabantur. Et erat ibi usque ad obitum Herodis. [illegible] moram [illegible]. Ipse enim longo exilio ostendere voluit qualiter vivere debeat in hoc seculo. Non enim passus est exilium inter propinquos et amicos, sed in partibus dominorum inter alienigenas et extraneos. Unde per prophetam dicitur: Ego sum advena et peregrinus sicut omnes patres mei. Attendant religiosi viri Christi imitatores, quod sunt exemplo Christi parati, quando ad terras longinquas destinantur, et ad partes alienas transmittuntur. Christus enim adhuc infans exemplum ipsos precedit et formam peregrinationis exhibet, sustinet diutinum exilium et omnem longanimitatem, sectam docet quod sui sectatores sint advene et peregrini in terris, et eorum patria celestis debeat esse in celis. Completo septimo annorum circulo puer Ihesus iam septem annorum effectus, iam non sicut puer matris brachiis baiulabatur, nec sicut infans infantiliter tractabatur. Aspice nunc devota anima in reversione pueri Ihesu de Egipto, quomodo matrem per manum teneat cottidie ambulans, et itinerando laborans fatigatur sepe in die, et asperitas viarum ipsum ledit in pede. Nam sicut olim patriarche et filii Israel cum magna siti et fatigatione desertum perambulaverunt, ita in redeundo de Egipto in siti et fame voluit ipsis esse similis, et in omnibus corporis passionibus patribus similis voluit esse et conformis, unde dicitur terre per Christum loquens: Advena ego sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Contemplare marie amorem et pondera dolorem. Nam sicut eum super omnes dilexit, ita pre cunctis mortalibus sic patientem condoluit. Post longam peregrinationem in Iudeam reversa, revolvit in corde pueri patrie longanimitatem et compassionis gladius corde crebro infert magnam penalitatem.

2us gladius doloris

Cum duodecim annorum dominus esset factus ascendit cum parentibus et venit secundum consuetudinem festi in Iherusalem. Venit virgo beata ad templum cum devotione, sed rediit inde cum fletu et merore. Nam gladius qui est in anima illius absconditus latebat in Iherusalem commovebatur, et per viscera transmittebatur. Spiritus sanctus enim fornacem ardentem dilectionis in corde marie accenderat in Christi conceptione. Ideo in Iherusalem ubi coram patre filius comparuit ardor dilectionis de maria erupit in dolorem. Comparuit coram patre puericia amabilis prolis. Comparuit coram patre marie incendium dilectionis. Pater enim visibiliter marie subtrahit filium ut in ea excitaret amoris incendium, filio subtracto ex ardoris desiderio, matrem crudeli transfodiunt gladio. Nam nulla pena in mundo isto marie ita penalis fuit, sicut carentia illa que faciem illam gloriosam sibi abscondebat. Nam infinitus thesaurus divine sapientie et iusticie in illa latebat quem virgo verbo in conspectu illo cernere consueverat. Fuit in ea fons totius suavitatis, fons dulcedinis, fons omnimode dilectionis. Ideo virgo percipiantem maximum habuit dolorem in amissione filii sui karissimi, insuper quod sentiret se tanta dulcedine ac tanto thesauro privari. Quis enim homo in mundo esset, si perderet omnes divitias suas, omnem substantiam suam, domus sue, qui usque ad mortem non doleret, propter fleret et plangeret. Sed primum enim quisque quod in amissione clenodii nobilis ac amabilis homo in tantum mereret et turbaretur, quod in infirmitatem ex hoc incideret, et incomparabiliter pro sui carentia plangit maria. Ipsa enim in amittendo filium suum karissimum omnes divicias celestes perdidit, quare non mirum si usque ad desertum lacrimarum fletum de oculis effudit. Quis enim dampnum illud sibi restaurare potuit, quod virgo in facie pueri perdidit, quod sibi pulcra et suavis Ihesu facies subtracta fuit. Omnis enim suavitas huic comparata dolor est, iocunditas meror, omne dulce amarum, omnis decor fedum, omne quodcumque aliud delectare posset molestum. Tanta enim suavitas erat in aspectu tam amabilis pueri, quod omnes dies sub huius tantas delectationes in se continerent. Quantas modicum et momentaneum aspectus aspicienti etiam instillabat. Nam si creatura pulcra aspicientem delectat, quantum estimas ipse creator intuentem letificabit. Si enim gutta inebriat, multo magis totus fons indicibilem leticiam infundebat. Carere autem hac suavitate tanta pena erat, ut vitam eternam sibi subtractam per triduum vere dolebat. Aspectus enim filii dei vita eterna est, iuxta verbum Iohannis: hec est vita eterna ut cognoscant te verum deum et quem misisti Ihesum Christum. Ex subtractione ergo Christi tantum dolorem virgo concepit, quod mirum erat quod dolor ille cor virginis etiam funditus non dividebat. Si enim vapor inclusus castaneam in igne impetuose rumpit, mirum est quod tam vehemens dolor cor clausum ab intra non perforavit. Clauditur in anima virginis perbenedicte gladius exacutus, gladius amoris, plus scindens ex dilectione quam ex merore. Iste est gladius de quo Ezechiel xxi° dicit: gladius exacutus est et limatus ut cedat victimas. Non enim per unum diem cor comedebat, sed tamquam victimam gravabat per triduum. In illo enim triduo quot singultus, quot suspiria in corde virginis, quot gemitus et desideria ardentia. Si enim tunc temporis amisso genito pro tanto habet vox in Rama in terra audita est, quia Maria pro prole in triduo caret, flumen lacrimarum cum de suis oculis et non est qui eam consoletur seu consolari valeat ex omnibus caris et amicis eius. Non quievit cor, non desideria que in absencia filii sui fervencia, non capiunt oculi sompnum, non sapit Marie cibus, quia incessanter pungunt cor illius lacrime et gemitus. Nescit quo vertit divertere, et dilectum querere pre desiderii magnitudine. In tormentum enim quo sensit filium perditum, quesivit enim per domos cum lacrimis et fletibus memorata plangens amissionem nobilissimi clenodii, quod intra se filie conceperunt dimittens, sed ipsa supergressa est universas. Tantum clenodium nunquam aliqua inter filias suas habuit. Directo in amissione ipsius magis virgo tamen doluit, quesivit dolens inter cognatos et notos, sed inter plateas et congregationes non invenit ipsum. Quanta igitur desideria in corde illius fuerunt, quante suspiria, quot fontes lacrimarum de oculis eius exiverunt, quis valet enarrare. Quesivit per noctes quas insompnes duxit in lecto in quo solum cubare consueverat, iuxta Cantica: Quesivi in lectulo meo quem diligit anima mea. Sed quem quesivit ibidem corporaliter non invenit. Certe devota anima vocat vultum virginis pallidum et quasi semimortuam, quia anxietas est in ea, et spiritus eius in ea et cor illius turbatum est. Maria enim Christum perdendo, perdidit corporaliter lumen, aurora lucifer. Stella matutina orbata est solis triduana absencia. Quesivit inter vigiles et non forsan inter illos, qui ad beatam civitatem Ierusalem custodiunt, sed potius inter illos de quibus scriptum est: Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, tota nocte et tota die non tacebunt laudare nomen domini. Si enim angeli occurrebant ei magistre querenti, inscrutinium nulli ambiguum esse potest quin occurrerent ei querenti unum. Sed quid ait? Num quem diligit anima mea vidistis? vel saltem O igitur, Nunquid filium meum in celo cum patre et eum ibi vidistis? Quesivit illum, qui iuxta se est, qui eam ab initio custodivit et in matrem elegit. Solum in oculis disparuit et visum suum ab aspectu corporali subtraxit. Quesivit virgo anxia filium, sed quem per plateas et vicos quesivit in via habet; quesivit postquam angelus ad eam dixit: Dominus tecum, de corde illius nunquam defuit, nunquam non quesivit ipsum apud patrem in orationibus, cum scriptum sit: Deus non refugimur et viris adiutor in tribulationibus. O quociens cum fletu in ipsa illud triduum flexit genua pia, et iunctis manibus suis et elevatis oculis in celum adoravit patrem celestem dicens: O pater clementissime, respice ad afflictionem cordis mei, et non ad negligentiam meam in custodiendo illum, non bene me habui, redde mihi illum quem iam per triduum illo dolorose carui. Unigenitum suo Joseph flevit et amaritudine ostendit, immo senex ille venerabilis usque ad defectum lacrimarum planctum fecit et lacrimando defecit. Videt et de ipso canticum loquitur: Ego et pater tuus dolentes querebamus te. Sed quid fecit iste puer in isto triduo, quibus se gessit? Querebatur cum pauperibus, cum ipsis comedit, et forsan in hospitali pauperum ipse pauper hospitabatur. Tercio tamen virgo venit ad templum, ad dei habitaculum. Si enim ab initio ipsum in templo quesivissent, forsitan ipsum invenissent. Quem enim inter cognatos quesivit in habitaculis hominum non invenit. Ipse non solum homo fuit, sed et deus erat. In templo querere deus solet, et in templo inveniri. Filius enim libenter apud patrem est, et in domo patris libenter habitat. Unde ait ipse ad matrem eius: Quid est quod me querebatis? nesciebatis quia in hiis que patris mei sunt oportet me esse. Dolens enim virgo quesivit, sed in templo in domo patris sui consolationem invenit. Nam anxietatem tam amabilis matris filius diutius non ferens, sibi reddidit quod desideravit, et vultum desiderabilem in quem desiderant angeli prospicere iterum ad videndum prebuit. Inter doctores se sic manifestat ut virgo attenderet quod sapientia dei omnem tribulationem circa ipsum dispensative ordinat, non penitus extrahit gladium qui spiritus sui cordi infixit, sed mitigando dolorem usque ad oportunum tempus intra cordis sacrarium clam abscondit. Sed quantum gaudium recepit, quod in templo ipsum reinvenit, quis sufficit enarrare. Sicut enim Iacob patriarcha a gravi sompno suscitatus cum filium audivit vivere revixit, sic anima matris in tribulacione suscitavit

Sed quid fecit anima eius quam questum invenit. Estimo quod more sanctarum mulierum, cum puerum ipsum inter doctores vidit, genua flexit et deo gratias retulit. O quot credis ibi fuerunt amplexus, quot oscula, et quam dulcia mentis eloquia. Nam respiciens in illam gloriosam faciem ait: fili quid fecisti nobis sic, quod tam dilecte et diligenti matri tantam potuisti prebere materiam doloris. Recepit virgo tam tenero et formoso peregrino gaudens et exultans in thesauro invento. Omnia que facta fuerunt in corde conservat et gladium compassionis opportuno tempore et iterum invidiaturum cum timore reformidat; gaudet sine intermissione in aspectu tam amabilis prolis et patitur penam nimiam super venturi doloris.

de 4º gladio compassionis Virginis Marie

Quarto ihesu capto annunciatur virgini qualiter filius suus sit a Judeis comprehensus et quam inhumaniter vinculis astrictus. Intravit horrendus gladius per aures penetrans cor virginis usque ad animam pungens. Nunquam enim aliquis ita dure corporis aliquis exteriori ac materiali gladio vulneratur sicut verbum istud ipsam penetravit. Nam sicut per aurem primo concepit nobilissimam prolem, sic per aurem modo concepit acutissimum gladium atque dolorem indicibilem. Si Job expavit quando nuncius nunciavit eidem adversa filiis suis contigisse, quantum estimas quod virgo Maria expaverit, quando nuncius per aurem gladium acutissimum cordi infixit, et filium captum ac ligatum nunciavit. Si Heli in archa capta audito nuncio intentum expavit, quod corruit retro de sella et mortuus est, mirum est quod anima ad vocem annunciantis Christum captivitatem subito non fuit extincta pre dolore nimio. Non sufficeret anima tantum expavit et doluit quod ille ab initio mundi tantum expavit. Sed dic queso quid virgo annunciatur: forma namque et modus qualiter in cena se tamen humiliavit quod flexis genibus pedes discipulorum lavit. Corpus suum in cena ipsis in cibum dedit et postea cum eis egressus se dedit ad orandum, ubi tam fervide oravit quod sudor sanguineus de corpore orantis exiens eius vestimenta madidavit et vestis insuper ... totaliter in terram flueret et mirum ab eo instiret. Cum huiusmodi angustia ab apostolo qui presentes fuerant percepisset, contremuit cor virginis et confundatur quod audit filii afflictionem tantam et cordis sui amarissimam tristitiam, et quod in tribulatione fuerit tanto sudore perfusus, et ingeminando cum preterm suam angustias incipit metalis. Virgo tribulationem sui intrinseci cordis qua angebatur cum totum corpus existeret tanto fluxu sudore affluxit, et quod sudorem perpessum cor eius gravatum est, ideo corde eius scisso effusus est sanguinolentus sudor super terram. Unde virgo hec audiens cum agonizante agonizabat et cum sudante sudans sanguine cum ex compassionis dolore rivatim fudit. Unde o anima devota, si scire desideras cur ita valide sudavit, aut sanguineus humor de poris corporis eius exivit, considera cum tanto affectione ut valeas compati redemptori, ut valeas in vulneribus compassionis cum benedicta matre sagitta compassionis perfodi. Dominus enim cum dudum in orto ubi oravit in oratione persuaderet angustiatus est xij angustiis que adeo graves erant ut ex minima illarum sanguine sudaret. Prima erat quod in oratione contemplabatur vincula quibus ligandus erat pro salute humani generis, cum quanta crudelitate membra sua erant constringenda. 2a erat quod contemplabatur quod ipsum Judei pugnis erant diversis colaphis et ita miserabiliter tractatum quod quasi leprosus ab aspicientibus deberet reputari. 3a quod contemplabatur quod corpus suum durissimis et pluribus flagellis esset flagellatum et ita acerrime quod possibile in ipsum funderes cum mille annos verbera ipso infligenda et compassione dicet: Super dorsum meum fabricaverunt peccatores pro ... 4a angustia quod contemplabatur quod coram multis Judicibus esset trahendus scilicet ad Annam Cayphan Pilatum et Herodem cum confusione magna et derisione omnis populi. Quinta quod tam abhominabiliter deberet iudicari ad mortem quod Judei coram Pilato essent vociferantes: Crucifige eum. 6a quod post magnam sanguinis cursum contra morem omnium latronum crucem baiulare deberet. 7ma quod tam penaliter cruci affigi deberet et dolorose pendere. Octava quod contemplabatur gravissimam sitim quam nimio dolore pati deberet. Nona quod quasi in speculo contemplabatur dissolutionem corporis et anime et quod tam penalis esse deberet quod ex compassione totus mundus contremiscere deberet. Decima quod confundit omnes illusiones que in tempore a ... stabilitate ubi infecerit dolorem. Videntia quoque sentiebat quod gladius doloris transfixerat eius animam amabilem intus et ipsam super omnes mulieres reddere tristissimam. Ex angustia qua Christus circa mortem eius in mulieribus deberet sustinere et a peccatoribus puniendus et corripi, ita angustie fuerunt ita terribiles in animo eius ut diceret: Pater, si fieri potest transeat a me calix iste. Quanta autem fuerit tristitia in anima redemptoris pro diversis causis atque eius anxietatis testes sunt gutte sanguineae sudoris ex toto corpore decurrentes in terram. Sic imaginatione ergo mortis amarissime non solum suum sanctissimum cor usque ad medulla omnium ossium omnia quoque sua interiora cum venis totius corporis contremiscere videri super pelacium et omnes vene innocentissimi corporis sui commovebantur, dentes simul cum ossibus concussi sunt tam vehementer ut de omnibus membris et poris sanctissimi corporis sui sudor sanguineus emanaret in tanta habundantia quod omnem locum orationis irrigaret. Unde ex sudore tanto omnibus viribus destitutus quasi semimortuus vix pedibus subsistens orat post orationem advenerunt. Et quam promptus fuit ad patiendum spiritus mansuetissimus eidem ostendit dicens: Ego sum, sinite hos abire. Et quis tam ferrei cordis est qui sine gemitu cogitare possit, qualiter tunc a ferocissimis leonibus comprehensus et inhumane tractatus fuerit ab omnibus. Tunc quilibet qui corpus suum sanctissimum contingere poterat sive brachia sive vestimenta, aliis ipsum per pedes trahentibus deorsum, aliis ipsum suis pedibus retrorsum impellentibus, in terram sepenumero est collisus, atque super ipsum corruentes et econtra conculcantes dure opprimebant. Itaque omnia membra sua delicata intumuerant lapsata quod nullum aliud iuvare valebat. Tunc oculi sui benedicti lacrimas sine intermissione fundebant super duritia iudeorum. Tanta insolentia plus capitis quam dicitur, dignatus conviciari alapisque tota pharisei depilare crudeliter ut etiam sibi candelitam cum crinibus abstraherent. Et sic per crines capitis sui sanctum et per barbam deorsum trahentes spuerunt in faciem eius preciosam, nausea illi scandalizari provocabant, sicque eum tam inhumaniter misericors per plateas scribarum et phariseorum ipsum trahebant, et super iniuriis suis ultra modum gaudebant, nec satiari poterant usque ad domum Anne est perductus, ubi cum nulli parti delicati corporis pepercissent, quia non specialibus plagis et tumoribus durissime lacerassent, carbunculos oculos suos sordido panno strictissime ligabant, brachia sua corporis reflectendo alligabant ita quod omnis compago membrorum immaculatorum dissolvebantur. Itaque ex inauditis diversorum innumerabilium et inauditorum tormentorum dentibus et omnibus membris suis tremescentibus capite cuncto facieque leproso simile, quasi exanime tota anima stantem, singuli mendacia sua coram ipso offerebant, et faciem suam spiritualem singuli unguibus lacerabant. Cervice colaphis collum pugnis baculisque cruciabant, multipliciter caput suum cedendo tam dure percutiebant quod cutis capitis flagello adherebat. Hinc minabatur de angulo in angulum quasi fatuum et prodire compellebant. Vultum suum honorabilem in quem desiderant angeli prospicere, qui omnes celos adimplet letitia, quam deprecabantur omnes divites plebis, sacrilegis manibus cedebant, velo operuerunt, et pollutis labiis suis sputo inquinaverunt, dentesque faciem eius iocundissimam salutis mundissime et manifesta protulit eius nature tenerrime, quid enim turpius quid despectius quid ignominiosius et vituperosius quam exspuere in faciem, et maxime in faciem illam speciosam in quam desiderant angeli prospicere, que est plena gratiarum et desiderata cunctis gentibus, que salus est aspicientium. O quam ceca malicia Iudeorum qui non exhorruerit turpissimo sputo suo maculare et decerpere tam amabilem faciem, nec simplicibus sputis saltem, sed quod excreationes et exturiciones fetidissimas in faciem eius proiecerunt; unde bene ait: non dicit spuerunt sed expuerunt, unde facies eius ex verberibus et sputis abhominabilis facta est quasi esset leprosa.

Cogita devota anima quantum virgo fuit territa cum audivit voce sua amicam et unicam tam amabilem inimicis iuste patientem. Grave enim mulieribus prope [illegible] eorum eo quod tenerius quam gravissimas penas sunt in [illegible] passiones, plangere enim et flere solet mater quando audivit filios suos captos. Flere ergo tunc cordialiter quantum potuit, quia non solum ipsum

con ipm

audiunt captum, sed et dire ligatum. Illi enim Judei ligare consueverant nisi quem interficere voluerunt. Mos enim erat Judeis ut glosa dicit ut quem morte dignum iudicarent vinctum presidi traderent. Cum ergo ipsum audiens ligatum consideravit ipsum moriturum et vidit ipsum interficiendum. Ille ergo qui Jhesum captum Marie annunciavit mortem Christi sibi insinuavit. Sic ergo Christi mors gladius erat sensissimus in corde matris, ita captivitas Christi erat Marie gladius penalissimi doloris. Mansit Christus vinctus usque ad deposicionem de cruce, et toto medio tempore Maria hoc senciens non cessavit flere, quia secundum beatum Bernardum illa que Christus de nocte sustinuit, mente vidit, et in omnibus consolacionem non habuit. Quamvis enim sorores eius et Maria Magdalena iuxta eam erant, tamen ille eciam ita amare flebant quod vocem consolacionis superbenedicte virgini dare non poterant. Audivit non solum Christum ligare, sed ad principes duci, noverat odium Judeorum, et de penis crudelissimis suppliciorum. Novit enim violenciam quam sibi inferebant, et abhominabilem confusionem quam Christo exhibebant. Nam Christi captivitas est violenta, quia manu armata, cum cohorte et tribuno, eciam erat valde ignominiosa. Idcirco erat virgo superbenedicta valde dolorosa, ducebatur enim vinctus sicut malefactor. Unde dicebant Judei Pilato: Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Quis enim ex corde non doleret hominem divini manibus inimicorum suorum tam crudeliter cum tanto strepitu armorum, et cum tantis obprobriis ac obiurgacionibus, postquam ipse voluntarie cum ipsis iret trahebant, cum ipsum tendebant impellebant et pressuris obruebant ipsum, ita ut dicere posset: ex omni parte angustie me premunt. Cernens igitur mater Christi tribulacionem quo se verteret nesciebat, quia ex omni parte coartabatur; nesciebat stare, iacere, quiescere, dormire pre nimia angustia, quia pungebat ipsam in anima gladius semicia: pallet facies et manus dissolvuntur, recedit color naturalis et omnia membra eius semimoriuntur. Intrat vero meditando infra noctem ac unum diem non sinunt sine contemplacione devota anima quod in ista tortura non est ei modo similis in terris, et quod per totum orbem non tam amare doleat femina in tormentis. In ipsa omnium tormentorum unum relinquent pene, et pro primi omnia penetralia cordis ledunt dure, quia in die ista non semel sed novies ligatus fuit ductus in presencia iniquis a media nocte usque ad meridiem. Primo mox ut captus fuit ligatum duxerunt ad Annam primum. 2º de Anna ad Caypham. 3º a Caypha usque ad Pilatum. 4º a Pilato usque ad Herodem. Quinto ab Herode iterum ad Pilatum. 6º milites duxerunt eum intro in atrium interius scilicet in pretorium. 7mo duxit eum foras Pilatus et dixit Ecce homo. 8º duxerunt eum foras ubi erat tribunal Pilati. Nono ad patibulum crucis. Quociens illi occurrit ligatus tociens in tam flebili spectaculo de novo per animam illius transivit acutissimus Symeonis gladius. Mirum est enim quod mater tociens non fuit mortua quociens sibi in plateis ligatus occurrit. Nam ita dure trahebatur et tendebatur quod facies eius omnino fuit pallida et discolorata. Facies illius immutacio inenarrabiliter virginem ledebat ac cruciabat. Credo quod numquam virgo in mundo vel mater per plateas omnino aliquem ita flebilem et penalem incepit sicut nunc mater per stratas Jherusalem filium loquendo transfert.

Ductus ad Pilatum Jhesus cum filius accusatur a Judeis, illuditur veste alba et Herodi mittitur, subsannatur et dimittitur, tandem iudicatur flagellari. Aspice nunc devota anima cum quanta violencia vestimenta sibi extraxerunt, et exuta ab eo remote abierunt. Stat Jhesus nudus coram omni multitudine ostendens eis carnem illam virgineam oculis eorum indignam, quam virgo genuit, et virgo suis uberibus lacte virgineo de celo sibi dato nutrivit. Cum virgo mater carnem suam in eo cerneret flagellandam commota sunt omnia viscera eius. Caro enim filii sui caro sua erat, idcirco ipsa sicut filius suus verberata cum tremore inspiciebat. Stans nudus pudicus adolescens contumeliam sustinebat, quia verecundia non est modica, considera hominem exui vestibus suis et coram magna hominum multitudine denudari omnino. Licet enim deus non fuit natus ex ista infecta radice Ade, ex qua erubescibilis facta est nuditas nostra dicente primo parente: timui eo quod nudus essem et abscondi me, ipse tamen quia suscepit infirmitates nostras sine peccato denudari erubuit, et tanto plus aliis pudor virginibus, quanto sua pudicia incomparabilior fuit pudicicie angelorum, ex quo erat deus et creator omnium mortalium et auctor factorum. Amplexatur igitur ita amicabilis statura, quod numquam ita sponsi

ꝯsolatore

sponsam suam ita amplexatus est, sicut ipse sponse extensis brachiis columnam. Si enim pagani et Iudei eum ligassent, non tantum ipsum temisset. Cum enim ad statuam ligaretur ita stricte ligatus fuit, quod sanguis de unguibus eius distillabat. Flagellabant autem eum tam crudeliter quod tam in anteriori parte corporis quam a tergo cutis sua tenerrima nodis flagellorum cum carne sanguis adherebat. Stat nudus coram omnibus iuvenis elegans et verecundus speciosus forma pre filiis hominum, sustinens asperissimorum flagella dura et dolorosa. Caro illa innocentissima et tenerrima mundissima et pulcherrima flos omnis carnis et totius humane nature repletur livoribus et fracturis. Fluit undique rivus sanguinis de omnibus partibus corporis exterius et spissatur livor super livorem et fractura super fracturam quousque tam tortoribus quam inspectoribus fatigatis sanguis continuum per latera eius defluebat et terram in qua Christus pedes steterant madefaciebant. Legitur in revelationibus beate Brigitte quod cutis erat ei ita tenera et tenuis quod sanguis transparebat per omnem. Flagellabatur usque quo coste viderentur. Et quod amarius erat cum retraherentur flagella caro ipsius flagellis sulcabatur. Stat ille clementissimus dominus non solum verbera suscipiens sed et frigus asperum patiens tamen aura intensa erat et denudato corpori horrorem ingerebat. Tum quia virgarum et flagellorum impietas in ictibus verberum et tenera cutis apertione immanissimam penam corpori inferebant, tum quia percussores crudeles erant et in ipsum dentibus suis fremebant et crudelissime verberabant. Stetit ergo flens amarissime quia pre doloris magnitudine lacrime de oculis eius erumpebant. Si enim pueri percussi ex virgarum asperitate lacrimantur, nulli dubium dominus cuius corpus virgineum omnibus corporibus puerorum mortalium fuit tenerius, ex percussione virgarum fuit coactus lacrimare. O anima devota meditanda aspice Christum stantem et dolentem in medio tortorum et sanguine distillantem per latera et crura in terram, perpende fremitum tortorum et tantam teneritudinem cutis quod ad quodlibet ictum apparebat et quasi cultro incisa sit per universum corpus ipsius vulnera.

ipsius

Columpna enim ad quam ligatus fuit vestigia cruoris ostendit, nam quando fuit solutus de columna cruor de vulneribus corporis effluxit et pedes madidans locum undique circa pedes in quo stetit ad columnam ligatus uberrime replevit. Ita quod beata virgo omnia vestigia pedum in pretioso sanguine potuit agnoscere et sanguinem in pavimento ubi incepit contemplari. O anima devota contemplare et attende quantam tristiciam et penam virgo sustinuit, quando primo vidit tortores flagella ad manus recipere et ad flagellandum se cum crudelitate disponere. Magis enim territa fuit quando manus levaverunt et ipsum percutere ceperunt, quia adeo fortiter eum flagellabant quod sanguis fluxit tam longe quasi omnes vene eius essent incise. Fluit sanguis de corpore in terram et tortura ictuum cogit ipsum latera vertere pre doloris magnitudine. Vertebat autem latera et ut flagella anteriorem partem corporis possent attingere, quia nisi aliquantulum se vertisset in anteriori parte corporis sanguis emanasset. Et quia in omni parte corporis lesus est, propheta Ysaias loquitur: a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. Mater astat filio et contemplatur filii lesiones et sentit inde indicibiles corporis punctiones. Tale est enim omni matri cum videt filium graviter verberari quod fere animo plorans et lugens pre dolore tristis deficiat. Cum videns filium flagellari non solum plorat et luget sed usque ad defectum singultum suscipit. O virgo beata cum flagellarent filium tuum ex quo adhuc adducti fuerunt ad eum perfidi. Si enim ipsum Pilatus cruci statim adiudicasset omnes istas penas non sustinuisset, pro certo esto quod pater celestis qui ipsum ad se erat assumpturus primus in ipso omnes filios Adam erat recepturus iuxta illud quem diligit deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Et quia multa flagella peccatoris diversa flagella hodie suscipit ut peccatores a perpetuis flagellis eripiat. Nec minus flagellatur mater quam filius, quia filii flagellatio est matris doloris aculeus. Corpore et membris flagellatis caput adhuc sanum erat. Iudei novum excogitant novum modum quo et caput percuciant. Induunt ipsum purpurea veste, et propter dolorem vulnerum apponunt vulnera. Legitur in divinis revelationibus Brigitte quod dominus videns ipse postquam flagellatus fuit, ivit ad comprehendendum vestem suam, et quando iam pro media parte se induisset, ceperunt eum violenter, exuerunt et clamidem coccineam circumdederunt, et coronam spineam capiti eius ita fortiter infixerunt quod etiam ipsius cerebrum ex lesionis puncturis pene concusserunt. Aspice modo quomodo sanguis de capite extractus fluere et frontem perfundat et genas maxillasque operiebat, quare anima ipsius ad aspectum tante tristicie tremuit, et sanguinis defecit. Sed ut dolor augmentaretur, et cruor per genas copiosius descendat, acceperunt tortores nephandissimi arundinem et caput percusserunt, et spinas ictu acutissimo fortius infigunt, flectunt coram eo genua, exhibentes ei multa ludibria. Cernit mater omnia ista cum gemitibus et fletibus inenarrabilibus, et tabescit anima eius ex cruciatibus, iam caput brachia dorsum et omnia corporis lineamenta sanguine fluunt. Secum in matre dolores et angustie viscera pertransierunt. Teneret ipsum libenter de manibus lictorum, sed non valet quia crudeles et feroces vultus eorum dentibus in filium fremunt et matrem propius accedere non permittunt. Cepit virgo modo medio gladiorum, et gladii transierunt per rotas suorum oculorum. Si unquam virgo et martir stetit ligata in medio ignis sicut modo Maria stat circumdata doloris gladiis.

vj gladius

Postquam pilatus tulit sententiam contra hunc qui affectasset regnum iudeorum et debet crucifigi, exuerunt eum purpura et induerunt eum vestimentis suis, imposuerunt sibi crucem, adeo vile reputabant istud lignum, quod iudei vel milites nec tangere tantum nec portare volebant. Ideo iam tamquam dampnato ad mortem christo crucem imposuerunt, quamquam ex omnino fatigatus esset, tamen tanta caritate tamen humeris supposuit crucem, quod numquam aliquod opus homo in mundo cum tanta caritate possit subire amore dei sicut christus amore hominis, ymo numquam homini ita suavis erat vita sicut illi mors dulcis quo ad desiderium erat. Attende devota anima quam horrendum spectaculum virgo superbenedicte fuerit videre filium cruentatum ex verberibus et cruentato dorso trabem onerosam ad supplicium baiulare. Solent pallescere enim mulieres videntes cum dampnatos ad mortem vident coram se ligatos duci ex compassionis amore, quid putas virgo ista sustinuit cum illum videret in tanta transitione ad mortem duci, quem tanto amoris affectu in cordis cenaculo constringebat. Imposita enim sibi cruce et ligata super humeros eius extra civitatem secum ire ceperunt. Ista ductio fuit exprobriosior inter omnes, tum quia valde ignominiosa, quia est ignominiosissimum duci ad patibulum, tum quia non sunt tanta mala, quia ducebatur sicut alii duo nequam, tum quia duplex comitiva sequebatur. Sequebantur eum turba magna inter quos erant multi gaudentes sicut populus iudeorum. Et valde penale est homines videre gaudentes de sua afflictione. Interfuerunt quidem flentes, et penale erat christo videre amicos flentes propter se. Sequebatur ergo christum multa turba, sed non una neque eadem mente, quia populus qui eius mortem impetraverant ut morientem aspicerent letabantur, mulieres vero ut morientem flerent. O anima devota adiunge te in isto flebili spectaculo marie matri eius pariter, et aspice insimul per tam amabilem iuvenem de pretorio venientem ut possis vultum eius cernere et sanguine fluentem prospicere faciem. Aspice et sta in platea iuxta mariam et dirige oculos versus domum iudicialem, et videbis iuvenem elegantem nobilissimum et innocentissimum per totum corpus flagellatum sanguine lucidissimo respersum, vestimenta sua undique sparsim proiecta in terra recolligere, et ad quandam verecundia rubescentem et rubore, se coram illis cum aliorum decipi revestire induere cum debito ut pietate et compassione movearis. Aspice quomodo colligit unam tunicam modo aliam, et quod pariter corporis vulnera tergat cum vestimentis iterum induitur. Eo revestito videbis quomodo ipsum foras ducunt ad mortem differant, et quomodo venerabile lignum crucis longum et grossum et multum grave apposuerunt super humeros eius, quod agnus mansuetissimus patienter suscipit et portat. Cerne igitur hic cum bene quomodo vadit onerosus sub tali cruce, et vehementer anhelat pre lassitudine et doloris immanitate. Vadit nudis pedibus et discalceatus inter duos latrones, trahitur pellitur procedere et ad locum mortis festinare. Aspice matrem filium suum amabiliter aspicientem, et vix vivam pre doloris angustia in fletibus deficientem. Deficit virtus fortitudinis corporalis sub onere, et creatura non famulatur sibi, nec pro sublevatione humanitatis ligna lapides et alie res create in unitate hominis suo creatori subvenerunt, sed creatori creatura omnia ligna omnis existunt, de omnibus lignis creavit, non habet in manu baculum, nec de omnibus sustentaculum iuvamentum. Aspice devota anima inspiciendo dominum tuum quomodo sub gravitate ligni tam onerosi ad terram declinat et in viribus deficiat, quia ita fatigatus erat ex verberibus quod crucem non poterat portare in huin humeris. Et quia ipsum crux ad terram deprimebat, Symonem ad portandum post Christum angariabant, et hoc ideo faciebant ut eo citius ad locum passionis perveniret, quia afflictus nimis lento pede incedebat. Bene lento pede incedebat, quia peccata totius liberi hominis nati et nascituri portabat. Nam peccata filiorum Adam sicut onus grave gravata sunt super ipsum. Attendite enim secundum scripturam, quod inter homines fuit novissimus virorum et quod inter omnes viros solum eo non fuit infirmior, pro eo quod non habuit aliam fortitudinem, nisi quam secundum humanitatem a teneritudine matris trahere potuit, que virili fortitudine in ceteris hominibus equari non potest. Baiulat ergo illam onerosam crucem nudatis scapulis corpore et vulneribus aperto, cadit illud super viridem corpus multotiens, et primum sub [illegible] non semel bis ter quater sed frequenter, quia nisi eundo ad passionem in via frequenter ex fatigia caderet, ipsum inimici sui iuxta prophetarum vaticinia tota die pedibus non conculcarent. Considera dilecte quomodo sub trabe illa cadens caput eius leditur et colliditur, ut puta ubi iam sunt vulnera innumerabilia ex punctura corone spinee et tunc conquassatio capitis non modicum dolorem inferunt. O anima devota, utinam presens fuisses, et tam amantissimo amico sub cruce dolorosa iacenti manum porrexisses et ipsum de penalibus casibus sublevasses. Cerne mentaliter quomodo de domibus tam cives quam peregrini conveniunt, et ex pressura populi subsequentis procedere compellitur et pedibus incedentium impingitur et cadere in terram coactatur. Aspice quomodo ipso cadente cadunt Iudei super ipsum verberant crines extrahunt evellunt barbam ipsius et fremebunde de terra erigentes ulterius progredi iubent. O quam lamentabilis incessus ille ubi Christus matre tam conspiciente procedit nudis pedibus scapulis denudatis in capite lesus dorso aperto baiulans sibi crucem. Unigenitum Christi dulcissimi hominem incedentem sitientem et quasi semimortuum inter manus sororum et matre magne incedente respicere nunc potes dicens quis unquam in mundo tam horribile spectaculum intueri valeat, video enim quod in porta ubi virgo mater filio occurrit et vidit ipsum ligno oneratum tam grandi ut puta quindecim pedum semimortua sit pre angustia. Contemplare anima devota quomodo virgo modo versatur inter gladios quia quicquid videt audit cogitat gladius sibi est. Ostendit enim filio amorem maternum, alie enim matres cum viderint in tribulatione filios duci ad supplicium, recedunt pre amaritudine et mortem infligendam aspicere non possunt, virgo benedicta non deserit filium, sed precedit stans in porta, ut valeat filium suum iam ad mortem damnatum intueri, mori cum filio non timuit, ideo inter angustias filium non deserit, quia fortis est ut mors dilectio. Et quia magna pressura in porta erat nullum dubium quin beatissima et gloriosissima virgo Christi sustinuit populorum pressuras et tunsa fuerit a turba populorum. Sequitur ad locum calvarie mater super omnes merens cum filio mater sancta et tunc cum filio affligenda.

Septimus gladius

Cum igitur dominus Ihesus vituperabiliter ductus esset pervenit tandem ad locum fetidum calvarie. Aspice nunc quomodo operarii iniquitatis in loco illo se disponunt Christum crucifigendum et ipsum vestimentis spoliandum. Videbis namque oculis mentis alios crucem figere in terram alios parare clavos et martellos alios scalas apportare et instrumenta ad crucifigendum. Omnibus dispositis spoliant vestimentis corpus illud virgineum, et nudus in campis in facie celi et terre coram omni multitudine stat dominus noster. Et renovantur fracture vulnerum et per latera et terram sanguis fluit et de pedibus descendens a parte una ex vulneribus capitis fluit per brachia et manus a parte altera et terram rigat ac fecundat. Contemplare nunc anima devota, cum quanto dolore virgo mater aspicit et septimum gladium amoris doloris sibi in tam horrendo spectaculo infligit. Tormentum et verecundiam namque super humanam naturam et capacitatem, et ruborem magnum sustinuit eo quod vidit ipsum totaliter nudum. Accelerat autem ut pie creditur et appropinquat filio, amplexatur et cingit eum capitis sui velo, ingenita amaritudine est ipsius anima nunc pendente scapulis filius de manibus patris [illegible] et ducit

Nullus dolor amarior
quam nulla pedes cruciar

ad penam crucis. A natali autem crux posita fuerat an steterit vel iacuerit expresse in textu non reperitur. Idcirco anime devote si de cruce cogitatum duobus modis formam et figuram crucifixionis solent contemplari. Nam qui ita concipit ut cruce prius erecta fuerit xps crucifixus, sic inspiciat videre crucifigi xpm ponuntur due scale una retrorsum alia ex brachio sinistro super quas malefici ascendunt cum clavis et instrumentis ponitur et alia scala parva ex parte anteriori attingens usque ad locum ubi pedes figi debent. Aspice bene singula, compellitur dominus crucem ascendere per hanc scalam parvam, et dominus promptissima mente imperium implet. Cum igitur in superiori gradu illius scale fuit vertit cruci dorsum expandens brachia sua sacratissima, manus suas pulcerrimas porrigit crucifixoribus aspiciens in celum quasi dicat. Ecce pater obedientiam meam, omnia que decrevisti me pati pro salute generis humani humilis patior sum. Aspice quod sine horrendo dolore atque novo gladio virgo mater aspicere non potuit. Nam tortor ille qui retro crucem stat accipit manum eius dexteram, et ita fortiter cum clavo obtuso cruci affigit quod sonitus mallei cor virginis transfigit atque pene extinguit. Aspice alium accipientem manum sinistram atque trahentem ipsam et clavum postea cruci affigentem. Descendunt post hec illi de scalis et dominus in cruce pendet manibus fixis sustentatur. Ascendit post hec alius scalam anteriorem et durissimo clavo pedes cruci affigit. Si autem alio modo formam crucifixionis imaginari velis, contemplare quomodo ad xpm manum mittunt iniusti ringuntur et furibundi in terram ipsum super crucem prosternunt et brachia illius accipientes post violentam extensionem cruci affigunt, pedes post hoc trahunt quantum voluerunt, et ita extensum affigunt cruci quod omnia ossa eius dinumerari possint. Crucem sursum ponunt erectam sustinens vulnera unde sanguis preciosissimus ex illis magnis scissuris et vulneribus copiosius.

Aspice nunc anima devota mentem beate virginis. Ipsa enim ad primum ictum sentiens mallei pre nimia tortura cordiali in extasim rapta est, reversa autem ad se ipsam videt filium suum in alto crucifixum, videt quomodo coronam spineam capiti illius acutissime imposita sit quasi ad medium frontis descendens ex aculeis infixis totam faciem sanguine rubricat. Aspicit virgo sacratissima omnia vulnera corporis aperta que ei non modicum dolorem et horrorem intulissent. Si enim nos non possimus in quocumque alio homine absque horrore vulnus inspicere, quantum estimas virginem horrorem intulisse cum in corpore illo sacratissimo, non solum unum, sed certe in omni parte corporis aperta videret. Si enim mater cuiuslibet filii videns filium suum in capite lesum, ac sanguinem super faciem eius fluere exanimis fere efficitur. Non mireris si ista sub cruce in aspectu filii semimortua ac mortua efficitur, quia non unum vulnus sed totum corpus quasi decoratum per multitudinem vulnerum contemplatur. Intuere faciem eius et vide quomodo pallescit et mortua stat, vivit namque moriens, et moritur vivens. Sicut enim cadaver hominis mortui dum tegitur pallidum apparet, ita virgo pallida et semimortua in oculis omnium stat. Nam sicut dicunt naturales quod paciente corde, sanguis dimittit omnia membra et recurrit ad cor ut ipsum confortet, sic modo factum est, ex quo gladius doloris cepit penetrare viscera Marie, cor in maioris fuit tormentis. Et ideo sanguis omnia membra reliquit faciem pallidam efficit. Insatiabiliter aspice nunc et intuere o anima devota gloriosam virginem et videbis quod xpm contemplatur sic penaliter extensum quod tot dat gemitus tot suspiria quod loqui non valeat pre incomparabili tristitia. Fuisset enim impossibile quod tam amabilem filium non fuisset consolata si potentiam habuisset loquendi. Sed quia videbat mori quem diligebat dolor verba rumpebat, et pre doloris tristitia liquefacta est anima eius. Et quia loqui non poterat cogitare saltem potuit: moritur filius meus, inestimabilem, cur fili non trahis matrem ad lignum crucis ut pro tuo amore moriar, qui amabiliter mecum conversabaris. Nihil dulcius quam commori filio pro quo est vita dulcis, postquam fuit vita filii mei mortua, melius est mori modo quam vitam ducere mortis. Converte enim te o devota anima ad dominum deum tuum et contemplare ipsum in cruce pendentem, sine omni solatio, sed in tormento maximo, attende dolorem quem inestimabilem pedum ubi pondus corporis deorsum tendit et ipsum clavum fortiter torquerent. Stat pedibus super clavo per pedem transeunte, igitur in pedibus ex pondere sentiuntur, et in pedibus aperta ampliantur. Trahit etiam grave corpus post se brachia et tractus ille findit manus et ampliat foramina manuum pedum / intumescit caro et per ruptionem venarum / nigredine ostendit et livore / aspice ergo nunc devota anima Christum in tormentis et perpende figuram pendentis / perpende et vide quomodo corpore cruentato et capite spinato ac profunde inclinato velut cera declinet / et brachia cruci affixa triangulantur totum corpus tamquam duo funes deorsum trahunt genua curvata ex latus utrumque se flectantur. Si nescis in adultate toto corpore serpentem, inspice et perpende si modo corpore cruci affixus deberes pendere per tres horas quanta tortura in manibus tuis fieret cum corpus tuum ponderosum te deorsum traheret et pedibus super infixos clavo stando ruptas sursum in nervis fieret, perpende igitur quanta pena in corpore tuo fieret si tecum ipse in manibus et pedibus dolores. O quantus ergo dolor ubi capitis corporis manus et pedes simul dolent ac sibi pro dolore intumescunt / reddit dolor unius cuiusque ante vulneris quasi hominem dementem / Et ipsum vulnus ac livor per totum corpus demonstrat pervenerunt. Si dolor iste durasset per momentum momentaneum adhuc forsitan tollerabilis. Sed durat ab hora VI usque ad horam nonam cruciatus iste vehementer passibilis / pendet igitur Christus depo verberibus vellicatus genis / facie sputis illita punctus capite vepribus, latere sauciato, pedibus confossis, tamquam agnus coram iugulatore et nudum corpus quasi incudem malleatoris ictibus supposuit, quod a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas / aspice et contemplare fontes qui in cruce salierunt de corpore salvatoris, fons sanguinis de vulneribus capitis et de omnibus membris vulneratis, fons lacrimarum de oculis, qui ambo convenerunt in medio corporis hoc est in latere confluunt et novus fons sanguinis et aqua permixtus de latere erupit / fons iste sanguinis non solum de alveo corporis exiens fluit per membra sed etiam de venis violenter erumpens salit per aera rore gratie super predestinatos largissime fundens. Iuxta virgo beatissima sanguinem ipsum fontaliter fluere et ex compassionis vulnere aperit et ipsum lacrimarum fontem erumpunt igitur fontes lacrimarum de ambobus oculis et dependendum salvatoris vite dulcoris credo enim ineffabile quod ipsa ex compassionis amaritudine tot lacrimarum guttas fudit de filio amabiliter fudisset quot Christus guttas sanguinis. Fontes de Christo manantes simul statuebant, fons sanguinis de corpore Christi et fons lacrimarum de oculis que de corpore ante Christum in cruce pendentem septem simul statuebant fontes, duo de oculis, duo de pedibus duo de manibus, et ut ostenderet maior magnitudo amoris de corde aqua et sanguis simul confluunt, quis igitur omnes guttas sanguinis enumerat que fluxerunt de dulcissimo corpore salvatoris nostri. Si vidisti oculis filium pendentem audi etiam auribus blasphemias adversariorum contra eum. Stant enim adversarii circa crucem pendentem insultantes et improperia proferentes, alii blasphemant dicentes Vah qui destruis templum dei, alii Salvum fac teipsum, sic et principes sacerdotum exclamant Si filius dei est descendat de cruce, sic et milites sortem mittunt super vestimenta sua in iniuria eius ut super dolorem vulnerum omnis addant vulnera cordis. O anima devota si vidisti et audisti dolores et contumelias gesta mentaliter nunc que sunt mentalia perpendat animus delectabilia, unde sicut adversarii et inimici sui fonte veneni et amaritudinis sub cruce effundunt Sic Christus in cruce pendens fonte dulcedinis et amoris reserat et aperit, de cuius ore septem verba vite prodeunt / ait enim pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt fons iste numquam fuit prius gustatus, quia ante Christum nullus umquam tantam patientiam fuerat emulatus, presumebat quod scit quod filio nil denegat, qui primo dixerat hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. 2o loquitur ad latronem, plus ad verba illius attendens quam ad tormenta passionis. 3m verbum refert ad matrem. meditemur qui matrem diligimus illam predilectam quantus fuit dolor pie matris pro tali filio quem videbat ita crudeliter tractari et tam miserabiliter mori, pensemus et quantus fuit dolor compassionis filii ad compatientem matrem, quantus amor filii ad matrem tam cordialiter eam discipulo commendavit, pensemus insuper quod in ista commendatione cor virgineum angebatur cum audiret filium dicentem mulier ecce filius tuus. O sagitta verbi penetrans intima cordis, o gladius pertingens usque ad divisionem anime et spiritus. Si enim pro filio proprio dabatur alienus pro magistro discipulus pro creatore piscator pro deo homo, homo purus o mea lamentabilis commutatio. omne quippe gaudium quod prius habuerat in eius conceptione et in eius iocundissima nativitate conversum est in merore et dolorem. Ubi est nunc illud ave dulcissimum quod audierat in angelica salutatione. Ave nunc versum est in heu ve ubi est ille cantus gaudiosissimus angelorum in sua nativitate nato puero cantantium gloria in excelsis deo utique cantus ille versus est in planctum, quia nato puero iam non erat gloria sed ignominia, non apparuit laudatio iam in excelsis sed ignominia in patibulo crucis

Septem verba Christi

unde cithara versa est in luctum. Quis umquam illa devota meditatione se poterit a lacrimis continere quibus non compatiatur modo nunc tam amarissime lacrimantem. Quartum verbum dulcis Jhesus in cruce pendens oculis in celum directis et lacrimas ex imo pectoris emisit dicens: Heli heli etc. Quod verbum numquam donec ad celum veniret oblivisci potuit sicut eandem persone sancte revelavit. Nam per quondam dixit: Hic est filius meus dilectus etc. Hunc in cruce confixum dereliquit quo ad ostensionem miraculorum. Ipse enim deus per radios divinitatis sue filio qui est sol iustitie subtraxit et ideo sunt tenebre et tenebrarum potestas, et Iudei omnes et tortores sunt christo potentiores ad penas. Angeli qui in nativitate christi gloria in excelsis cantaverunt et qui post temptationem in deserto ipso ministraverunt, angeli qui ipsum in agone confortaverunt, omnis potentia visibilem subtrahunt et auxilium suum non ostendunt. Apostoli dispersi sunt et noti ab eo recesserunt. Unde et ipsum virgo gloriosa dereliquit, absit quod sic, nec propter ipsum dimisit quantum ad unionem, sic nec modo quantum ad corporalem fugam ac separationem; inter cruces latronum ac christum stabat et penarum condolebat, quod nominatim evangelista insinuat dicens: Stabat iuxta crucem Jhesu mater eius. Quintum verbum Sitio clamavit dulcis dominus. Sitis domine, qui tu es fons vite, de quo bibunt angeli bene et eterne vite. Creasti domine aquas et de omnibus fontibus non habes haustum unde extinguere sitim vales, tu in deserto populo sicienti aquam de petra dedisti et dicis Sitio, clamans in evangelio: Si quis sitit veniat ad me et bibat. Video duos rivos manare de pedibus, duos de manibus, lacrimas de oculis in os intrare et tu dicis Sitio. Tune non bibis domine? Forte dicturus es: salse sunt, ideo sitim non extinguunt sed augent. Cur de cruce, iniurias et clavos fixos non querelaris? Si ex alia causa queris, cur non dicis: ego amo sicut sitio; tunc amor sit causa doloris non sitis. Domine delicias et honores quos qui tibi sitiunt accedunt tibi propinant. Tu nihil sitis nisi aquam contritionis et compassionis, tu verus david in medio sanctorum et angelorum dicis: O si quis mihi daret aquam de cisterna que est bethleem iuxta portam. Cisterna est cor hominis, quod obsident philistei id est diaboli; de ista cisterna desiderat aquam contritionis. Et licet christus desideret spiritualem aquam istam, sitit tamen in veritate quia per sanguinis continuam emanationem totus erat intus desiccatus et exhaustus, tamquam laboraverat et sudaverat de sanguine, quia corpus ipsius fuerat desiccatum et adustum et ideo sitibunde sitivit. Audiens virgo sanctissima filii sui sitim mater lacte dulcissimo quem utero de celo pleno ipsum lactaverat, tunc recordata novo gladio est excepta quod in tanta necessitate potum ministrare sibi non poterat et ipse usque ad mortem. Sextum verbum dixit: Consummatum est; in quo verbo omnes partes sue passionis recolligit et firmatum per suo effectu. Ex tunc cepit pre fletu oculis languere deficientibus viribus et suum caput in unum locum declinare modo in aliud. O quantus iste dolor in corpore dulcis Jhesu, cum nec ambulare, sedere, iacere, nec de latere in latus se vertere, nec brachia nec crura ad se trahere. Ideo in capite doluit eo quod propter vulnerum multitudinem et dolorem caput tenere nequierat. Ideo nunc demisso capite pendet. Si enim ex itinere fatigatus sedet supra fontem, in infinitum magis fatigatus membrorum non habens potentiam. Sic christus quasi impotens caput pre dolore levare nescit. Caput enim ipsius nunc gravissime dolet non solum propter spinarum densitatem que usque ad cerebri terminum fuerant infixe, verum etiam propter lesionem quam prius receperat de ictu arundinis, sed quia caput suum sunt quassatum dolet, sed cetera membra caput suum pro nimio dolore quia clamans rauce facte sunt fauces eius. O quantam confusionem sustinet nunc salvator noster cum homo nobilissimus secundum naturam ex regali progenie natus, secundum patris genitura ante omnem creaturam primogenitus, unde tanto amplius sanguinem fudit quanto complexionem habuit puriorem. Unde non mirum quod caput debilitatum sit, qui tantam sanguinis copiam in oratione, flagellatione, coronatione et crucifixione totiens effudit, quando dominus in tantas positus angustias, quotiens se vertit dolore innovantur sua vulnera recentia sanguinem effundunt, omnia viscera eius ex dolore contabescunt, nunc a gemitu cordis sui vulnera ipsius pungunt, et non est qui liniat unguento. Timor et fletus eius replent oculos, et non est qui abstergat sanguinolentos. Oculi eius a fletu caligant et a plorando deficiunt ab hora capture et per totam noctem ex nimio dolore plorant usque quo spiritum tradidit. Iuxta illud Jeremie: plorans ploravit in nocte et lacrime eius in maxillis eius. Non enim potuit cum a fletu cessare quando vidit emanare de membris tam amantissimi filii profluere riv

dulcissimus dominus a fletu se potuit continere qui
vidit matrem sic amare flere et lacrimas
per genas eius rivatim descendere. Flevit
igitur christus viduam et mulieres flentes dum la-
mentabantur, flevit petrus, flevit iohannes apostolus,
vix ipsi angeli pacis amare flevere. Mesti-
ciam igitur virginis supervenire sol ferre non
valens pro nimio obscuratus flevit, monumenta,
petre, velum templi, omnia elementa et ipsa
vix deserta sunt nature omnia amare flevere.
Aspice et contemplare nunc devota anima quo in
morte eius caligent oculi, et illa luminaria
mundum illuminantia ad horam extinguntur, ubi illis
obtenebrantibus tenebre facte sunt per universum
orbem. Et quamvis oculi christi sanguine pleni sunt
videt tamen iudeos sibi insultantes, et omnes
dolores matris ex compassionis gladio in corde
resultantes. O gemebundum certamen oculorum
quid vides in oculis domini ihesu in uno eodemque
tempore. Illi oculi boni festinant ad mortem, et ipse
retorquet ad matrem, victo mors eos claudit
et impellat ad desiderium vis amoris, eos aperit
ad matris aspectum, iam enim illa sacrosancta ab o-
culis se cepit extrahere, et ipsa pallentes et
semivivi oculi a dilecta matre ille se non valet
apprehendo continue. O beata et benedicta mater omnium mulie-
rum, quod nunc delectata domino ihesu, diligendo super
salutem et omnem pulchritudinem. Si quid credis quod
mater hoc ferre illa cum presumit aspiceret, et de
horrendo crucis patibulo filium morientem simul
et se inspicientem simul videret, quid putas quod
cogitaverit quod plena singulis fuit, cum oculis
lacrimis inundantibus oculos lividos morientis filii
ad se dirigeret. O vere stupende visionis radii
O sacratissima luminaria matris et filii ad quorum in-
~~[illegible]~~ mutuum aspectum non minus solis radius
inversus est in tenebras, quod profunde infixus est
radius huius visionis in corde tuo quo te mundi
dominus iam ita moriens intueri dignatus est. Certe
tibi reddit amoris signaculum quod a te acceperat
ipse namque dicit ad te vulnerasti cor meum sponsa
in uno oculorum tuorum et in uno crine colli tui.
Tu autem nunc dicere potes vulnerasti cor meum
fili in visione qua me de cruce respexisti et
in colloquio quod iam moriens mecum habuisti.
Et iste fortissimus gladius est de quo Symeon prophetavit
dicens Tuam ipsius animam pertransibit gladius. Memo-
riam quippe amicorum extreme visiones supreme
tum cordibus valde infigi solent. Dicunt enim certa

si oblivisci possem omnium que circa me gessit
amicus meus, illius tamen aspectus quo me tam fideliter
intuitus est, cum iam cito exalaret spiritum
oblivisci non possum. Aspice nunc devota anima
christum in cruce agonizantem, pendens in extremis
sine omni appodiamenti comodo, ideo numquam
nisi raro homo adeo pauper, qui in sua infirmitate
pulvinarium habeat sub capite, vel saltem stramina
lignum aut lapidem. Ipse autem nichil horum
habuit nisi lignum quod crux stetit erecta, et caput
propter corone spinee punctionem appodiare non
potuit. Tandem omnibus completis sicut in scrip-
turis in eo consummatis locutus est verbum septimum
cum clamore valido dicens In manus tuas etc.
De clamore isto dicit apostolus qui in diebus carnis
sue preces cum clamore valido et lacrimis vota
et supplicationem offerens exauditus est pro sua
reverentia. Certum in morte sua ita valide cla-
mavit quod monumenta fuerunt aperta, et tota mundi
machina concussa, non ad ipsius vocem se aperuit
celum pro salvando latrone, sed cor humanum
mansit clausum in quo apparebat divinitas
in morte. Quotiens sanus in anima fiat separata illa
quoniam calor naturalis et vitalis et sanguis fiat
in corde hominis puri mori non potest. Dominus enim
dum adhuc corde sanus in cruce pendet sola
voluntate emisit proprium spiritum, quod fuit opus divinum
et divinitati solum competens, quia autem adhuc sanus
interioribus et vitalibus membris et calor naturalis
manente moriebatur. Inde manifestum esse potest
quod cum sanus et integer cruci fixus esset, et ligno
crucis affixus clavis solummodo manus et pedes
perforantibus, et corpore pro mundi tale vulnerato
interioribus deflueret, post tres tamen dicit horas cru-
cifixione peracta obiit. Non enim perforatio
sola manuum et pedum in tam brevi temporis
spacio sanguine cordis et interiorum evacuaret
ut vitalem calorem hominis fortis iuvenis et sani tam
cito extingueret. Similiter probatur quod non illa effusio
sanguinis que effluxit per loca clavorum poterat
esse totius sanguinis effusio sive exhaustio et
mortis illatio, quia post mortem aperto eius latere
tum lancea exivit sanguis et aqua de interioribus
cum corpora mortua omnia sine sanguinis effusione
sunt vulnerari post mortem non convenienter sive
sanguine infrigidato et coagulato sanguine.
Similiter voce magna expiravit clamans. Si purus
homo fuisset et defecisset sanguis in eo et calor
vitalis, nullo modo sic clamare potuisset. Non

ergo obiit per violentiam vulneris sed ptate p(ro)p(ri)a
que potuit aiam corpori copulare / et aiam a
corpore nondum defecto a na et calore vitali de
ponere / que ptas humana non est sed diuina
Et hanc ptatem fecit orit in eius ptatem ip(s)e
habeo ponendi aiam meam et Videns autem
centurio quod sic clamans expirasset / ait vere
filius dei erat iste Secundum eclipsis solis non fecit
tenebras per vniuersum orbem nec alicubi tam
per tres horas / Sol et omnia elementa moere
bant et commouebantur pro creatore / Tunc color
mortuus in partibus quibus per sanguinem aspici
potest accedit / dentibus maxille adherent
Coste vero attenuate dinumerari poterant Venter ac
consumptus humoribus dorso adheret / Etiam
naribus attenuatis cum cor prope scissionem esset
totum corpus eius contremuit / et tunc barba
eius super pectus eius cecidit Et tunc aia exanimis
facta est / igitur ore aperto sicut iam expirauerat
lingua dentes et sanguis in ore ab aspicientibus
videri poterant et oculi sic inclusi deorsum
versi erant / et corpus iam mortuum deorsum
pendebat genibus autem in unam partem
inclinatis / pedes ad partem alteram super
clauum quasi super cardines declinabat / et
omnia ossa in cruce obriguerunt / Moriuntur diui
tes in lectis plumosis et delicatis Christus
pauper moriens dorsum suum inclinat super
lignum / heu quam lamentabile spectaculum fures
in camisiis saltem vel in vestimentis suspenduntur
Christus autem nudus in cruce pendet aspice
nunc deuota aia / quod xpo recedente de mundo
sol obscuratus petre sciderunt omnia elementa
contremuerunt / et se dolere ostenderunt Vnde sicut
in exitu suo omnia que in mundo sunt se
dolere ostenderunt sicut in morte amabilis
domini terra contremuit et sol suum lumine clausit
Merebant poli / merebant sidera cuncta / et
suum iubar amisit lumine recepit omnis fulgor
ab ethere Sciderunt duri lapides et fastigia
templi Cogitare licet quantus tunc dolor matris
erat / quod sic sensibilia dolebant / videbat namque
suis oculis insufferebat filium deficere langue
re et lacrimari moriebatur et mori non poterat
et clausum tanti doloris tormentum intrinsecus
aliud vultum palam exhibebat / non poterat ex facie
colligi quanta tortura in corde erat In solo corde
namque occultabatur crux tue et passionis filii
in qua non carnis sed aie sanguinem offerebat
non solum in ligno crucis / sed in corde matris christus
pendebat in cruce extensus / quia si in corde

pauli angelica Ierarchia erat depicta et
in corde s. Ignatii ihs xpc / et in corde sancti
victoris forma crucis et crucifixi sunt inuenta
Christus crucifixus in corde matris erat impressus
multo magis in hora passionis / Matris enim virgo
sacratissima consecrata erat in templum
summe deitatis Ideirco christus in corde ipsius tamquam
lampas in templo semper ardebat et lucebat
Nam toto tempore vite sue cuncta in christo possidebat
et ideirco dilectus filius sibi magis quam omnia
omnia regna mundi erat / et aia eius et vita
ipsius erat ubi christus erat / leticiam vel refectionem
aliunde non habebat / quia magis in filio quam in se ipsa
viuebat / et ideo cogitare loqui vel audire
de ipso dulcissimum erat / eo quod amor interiori
hoc fomentum ministrabat / quod christus flagellabatur
et percutiebatur coronabatur / ipsa cuncta pariter
patiebatur / quod ergo xpi corpus pendens cruci
erat affixum ex compassionis nimio dolore
cor matris christo fuit confixum Si enim beatus Aug(ustinus)
se asserit mori in Nebridio / et Bernardus
in germano suo gerhardo / plus anima se sensit
mori in christo filio suo / moriente filio commorie
batur / quia cor unum et anima una erat filius
et matris / quare moriente filio tam dilecto in
presentia matris / quare non moreretur et tam cru
deliter cruci affigitur matre existente in regione
alia Mater enim decore sue castitatis filium
de celo traxerat / et ipsum ab eterno sue mentis
natiuitatis ei adheserat Ideirco filius noluit ut
in morte ab ea separaretur Si enim paulus et Io
nathas amabiles et decori in vita sua non
sunt diuisi / Maria christus in infantia plus
amabiles / et decori in vita sua in morte non
debebant separari Illa autem quantus horror mortis
anime intulit dum dicere mortalis / nam matrem audire
filium clamare et clamando spiritum reddere / et
ipsa filio in aia commoriebatur / stabat sicut
mortua pallens in facie / et vox non erat ei
quia dolor vires abstulerat cordi / grauius tunc
erat matri viuere tali vita / quam mori gladio
ab impiis necari Et quia christus non permisit
matrem commori sibi / et a tanta turbatione
liberari Si enim passio xpi petras scin
derat monumenta / monumenta patefecit / mortuos
suscitauit velum templi dilaniauit / solis
radios abstulit / quare turbationem matrem
non exemerit Respondetur quia hoc fecit ideo ut non
corpus cum christo moreretur / sed in terra post ipsius christi
ascensionem pro solacio fieret / ut certo diui
nitatis admixta in celis / etiam fideles letificaret

in terris ut sicut angeli in aspectu filii in celo exultaverunt, ita in terris fideles in facie virginis filium suum recognoscerent et ut que occulta et abscondita erant declararet et que facta fuerant annunciacio incarnatio ortus et infancia salvatoris exponeret ad scribendum traderet, quod enim que Christo moriente supplevit, non solum ecclesiam edificavit sed etiam angelos instruxit quia misterium incarnacionis quo ad aliquem modum ignorabant. Idcirco per mariam ab ea didicerunt unde apostolus ad Ephesios scribens ut innotescat principatibus et potestatibus in celestibus per ecclesiam multiformis gratia dei, et ad hunc eam de mundo secum exire nolebat quia exitus Christi fuit exitus ignominie et amaritudinis, et per illud nolebat illam mori sed per viam gloriosam de mundo transire, unde ipsam in vita servabat ut et dolorem pendentis lacrimosis oculis cerneret. In oculo ergo eius pendens dominus in cruce mortuus, recedit multitudo omnis remanet mestissima mater cum iohanne et magdalena et sororibus suis, aspicit presens contemplatur ipsum mortuum, considerat quod a planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas similitudine facie et videt quod est horribiliter dispositus, nam propter nimis turpitudinem et deformitatem eius corporis cogita si fieret mixtura de ruberrimo cruore et lacrimis et sputo simul coniunctis, et cum illa mixtura liniretur facies, et ad solem poneretur, adhuc multo turpior et deformior in cruce post mortem eius apparebat. Aspice et capillos capitis et barbe et videbis quod ex sanguine in colore sunt alterati, quia non solum in crinibus capitis verum etiam in barba velut glacies detersi cruoris coagulati deorsum pendent. Iudei idcirco de campo recesserunt quia ipsum diutius propter deformitatem abhorrebant. Attende devota anima quid tanto amico pro tanto labore respondeas, et quid sibi pro tanta gratia offeras nisi sibi exhibueris bonam vitam, veterem vitam abiciens, sibi debitum et desideratum amorem reddas amorem. Christus enim omnem thesaurum quem a patre recepit, tibi per foramina suorum vulnerum effudit, sicut enim corpus solare a se mittit radios, sic per aperturas vulnerum deus tibi exhibet cunctis virtutibus splendores varios, perpende nunc novum dolorem et si filius mortuus est et pena sine finita, eius autem dolor adhuc durat, et de novo

tyrie

recreat. Nam mox Ioseph accedit ad pilatum et petit ipsius crura frangi. Concedit pilatus et ut milites accedunt in campis non loquuntur aliquis remansisse nisi mater eius et ipse et due sorores eius, que magdalena et iohannes, quia mox lucam eum expirasset, omnis turba que simul aderat ad spectaculum, videntes que fiebant percuciebant pectora sua ad civitatem revertebantur. Sed mulieres que secute eum fuerant a galilea stabant hec videntes. Revertentibus militibus ad campum, qui a pilato missi fuerant ut frangerent eius crura, dolor et pavor in maria renovatur et timore cor ipsius percussum. Accedunt milites cum strepitu, aspicit mater et attendit cum fletu. Videns autem quod eius crura non frangerent, sed quod unus militum lanceam apprehendit et in altum porrigens latus eius dextrum aperuit, semimortua cecidit, et quamvis vivam campum, licet sed vulnus lateris non sensit quia mortuus, tamen beata virgo bene sensit per cuius felicissimam animam lancea ipsa transivit, dolor enim qui in aliis martiribus exprimi solet signis exterioribus pene totus corporis fuit in beatam virginem et ita venerabilia viscera eius commovit, quod ad eius motum terra contremuit. Fuit enim Christo post mortem hec lancea infixa, ut anima devota perpendat quanta fuerit iudeorum malicia quia non fuerunt saciati opprobriis et penis Christum persequendo vivum, quin ipsum persequerentur et defunctum. Quantumcumque crudelius vel nequius fuit exhibitum corpori isto mortuo, par est si fuisset exhibitum vivo. Et quia pendet iam sponsus tuus mortuus in cruce et iudei recedunt, ascende scalam contemplacionis, per intimum desiderium eo illum in cruce amplectere, et mortem illius lacrimabilibus oculis defle. Nihil enim a te pro tanto labore desiderat, nisi ut amorem compassionis tue sibi reddat, nec te retrahat quod tenore spiritus continuatus velut leprosus in cruce dolorose pendeat, quia qui in terris leproso comparatur hic in celi decore super omnes angelos et creaturas exaltatur. Sed ille speciosus forma pre filiis hominum est sponsus tuus et tu sponsa illius, et primus si lectum eius non ascendis et intras lectum illius, quomodo tu sponsa illius esse presumis si lectum sponsi abhorres. Si enim tibi et sponso tuo lectus iste non esset communis, te ad crucem non vocaret et diceret tecum conmoreris. Si ideo vis lectum fugere quia in eo sponsus tuus vulneratus iacet, et pendet cruore madidatum sponso suo unicum, quia nisi vulnerata sis sponsa esse non potes, quia sponsus tuus sponsus sanguinum tibi est. Sed dic quaeso quis in lecto crucis infixit lanceam cordi eius, et quis tam crudeliter aperuit latus eius. Estimo quod Iudeus non fecit nec paganus infidelis hanc crudelitatem exercuerit. Sed amor tuus, unde ipse in canticis dicit: vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Si ergo ipse a te laesus in cruce pendet, ascende crucem et tam dilectum amicum amplexare utroque brachio, qui amore tui non abhorruit vulnera sustinere et amore tui non dubitavit mortem subire. Circumspice omnes mortales et omnes sanctos vide, non invenies qui tanta pro te faceret et propter te tam crudelem mortem subiret. Decet ergo te tuo amico et sponso vicem rependere, ut non dubites secum in cruce, et non recumbas in hoc lecto secum usque ad mortem, unde quia sponsus de lectulo quem ascendit non descendet, sed morte moveretur usque ad diem mortis tuae, cum sponso tuo in hoc lectulo requiesce penaliter et utroque brachio ipsum amplexare indissolubiliter, quia fortis est ut mors dilectio. Adiunge te virgini superbenedictae, et vide quomodo gladius doloris transivit per animam eius; stat iuxta corpore in terris, sed per desiderium et amorem secum pendet in cruce confixa clavis. Cum ergo scalas ascendis, et cum eam pariter confixam in cruce pendere vides, vide eius lanceas et internum gladium, et ex profunda compassione secum senties doloris aculeum.

viii gladius

Aspice nunc devota anima mira cum desiderium virginis matris ad filium, quanto desiderio flagrat et respirat ut filius deponatur et sibi saltem mortuus consignetur. Ut ergo valeas cum ea istud lamentabile spectaculum videre, inspice ipsius depositionis modum diligenter attende. Nam postquam post mortem Christi lancea corpus Christi esset transfixum et a Iudeis descendentibus in campis in cruce derelictum, anxiabatur virgo mater cum Iohanne et aliis devotis mulieribus, pro depositione corporis et extractione clavorum de corpore redemptoris. Corpus enim deponere et sepelire non poterant, quia nec vires habebant sufficientes nec instrumenta, nec tamen a corpore recedere et nimia afferre. Si etiam remanet videntes quod propter cunctam [illegible] ipsum in cruce suspensum habeant relinquere, aspice in quanta anxietate est illa paupercula mater domini et in quanta turbatione socialis et mestissima mater domini nostri Iesu Christi. O benigne deus quo tantum permisisti benignam matrem et electam mundi speculum et tui ipsius reclinatorium tribulari. Cumque in summa anxietate sic existeret, supervenit Nicodemus et Ioseph ducentes secum instrumenta et omnia illa quae ad sepeliendum erant necessaria. Attende nunc depositionis modum. Ponuntur duae scalae: ascendit unam Ioseph, extrahit clavum ligno fortiter infixum et forte latenter dedit Iohanni ne mater tangeret vel videret, quia si vidisset mortua fuisset. Ascendit aliam scalam alius et pari modo solvit et clavem occultat ne eam videat. Soluto corpore ex parte superiori, pendet adhuc a parte inferiori. Solvit forte Nicodemus clavum de pedibus extrahit, medio tempore tenet Ioseph corpus Christi inter brachia et nova pro Christo [illegible] suscipit transformata. Felix Ioseph qui corpus domini meruit amplexari, et eius sacro cruore madidari. Evulso autem clavo pedum paulisper descendit Ioseph et omnes incipiunt deosculari corpus et amplexari. Absque mora et si alia mater quaecumque videret filium sibi dilectum ita innocentem in sua praesentia occisum, ab amplexu et ploratu non cessaret, ita nec virgo ab osculando corpus sacratissimum cessavit non solum [illegible] quamvis et eam magnifica recedit ab osculo pedum quae prius in osculo pedum invenit remissionem omnium peccatorum, unde non solum ipsa. Sed et omnes qui circumstant ipsum plangunt amarissime quasi unigenitum carissimum. O devota anima aspice matrem nunc, quanto studio tractat et tractando lacrimis rigat, quam crebris osculis tangit, aspicit vulnera manuum et lateris, nunc unum modo aliud, aspicit et vultum eius et caput, contemplatur punctiones spinarum. Aspiciendo et flendo satiari non potest. Dolorem quem in aspiciendo vulnera cruoris et punctas manuum virgo mater concepit, quis posset assimilare. Si enim matres de morte filiorum suorum volentes dolent et turbantur, quos tamen sciunt aliquando esse peccatores et reos mortis, ut in furibus et sceleratis, quanto magis ea de morte filii sui virginis, quem virgo concepit et peperit, de cuius visione prae omnibus matribus gaudebat, ita ut in passione super omnes fuit contribulata. Unde de ipsa in Treno: Cui comparabo te seu comparare debeo? Sponsae quae dolet mortem iuvenis mariti sui non, quia numquam aliqua sponsa tantum dilexit sponsum sicud sine Maria Christum, debeo te assimilare mulieri, cuius occidit dilectus maritus. Non debeo te assimilare patri qui plangit inconsolabiliter mortem unigeniti, sic quod numquam aliquis ita dilexit filium suum sicut Maria Christum. David dilexit filium suum quod optabat pro eo mori dicens: Absolon fili mi. Jacob patriarcha cum videret tunicam filii Joseph cruentatam, numquam voluit consolari, scissis vestibus dixit: Descendam lugens filium meum in infernum. Si Jacob tantum doluit videns tunicam filii sui cruentatam, quanto magis ista que vidit sanctissimum corpus filii sui totaliter cruentatum. Unde dicere Trenorum: Magna velut mare contritio tua. Sicut enim mare omnes excedit aquas, ita compassio ista compassiones omnium hominum. Unde Luce: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, quia omnes plagas quas Christus in suo corpore accepit, ista in anima recepit. Quis medebitur tibi, certe non angelus. Si enim angeli Mariam Magdalenam consolari non potuerunt ut dicit glossa, quomodo matrem dei. Immo nullus in mundo modo inveniri poterat qui eam consolari posset nisi solus deus. Unde Trenorum: Non est qui consoletur eam ex omnibus caris eius. Et propheta: Ubi sunt misericordie tue antique domine, quando differs venire hora ut transeas de hoc mundo ad patrem, et non prius consolaris tristem et amaram matrem tuam. Aspice domine quia sedet in tristitia domina genitrix tua. Non est qui consoletur eam nisi tu domine deus meus.

Ita mater Maria ex compassione nimia pectora dilacerata contundens, ita ipsius viscera atque omnia membra dolor sanguinabat ut in itinere deficiens vix pervenire posset Christum suum. Unde o devota anima contemplare et meditare cum quanto luctu circumstantium Christus sit sepultus et ad tumulum positus. Et quam amara sit illa separatio, quando mater tam dilectum filium debebat dimittere et membra illa tam atrociter vulnerata in saxis preminentibus sepulture tradere. Aspicit pedes sic vulneratos et foratos sanguinolentos et a fletu cessare non valet. Et quia super omnes homines dilexit, plus quam omnes mortales flevit. Aspicit caput tam penaliter rubricatum. Aspicit brachia illa macilenta tam atrociter extensa et lesa. Aspicit corpus ita flagellatum et sanguine cruentatum et pene mortuum, deficit ex singultibus, et quo se vertat nescit pre doloribus. O quotiens tunc videres hodie membra crucifixi componi et pro sepultura capitis manus complectens et gingens sensit gladium Symeonis. Aspice devota anima quotiens hodie mortua sit, totiens certe quotiens vidit Christo novas penas infligi et contra ipsum novitates excogitari. Nec quicquid est passus Christus in corpore, quod eadem passa sit beata virgo in corde. Unde beatus Bernardus in quodam sermone: Quot lesiones in corpore filii, tot vulnera in corde matris, quot spine pungentes, quot clavi perforantes, quot ictus carnem rumpentes, tot sagitte per oculos intrantes et cor et animam virginis vulnerarunt, ut dicere posset: Non portam, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Sicut credo quod sicut in Christo culpa omnium hominum fuit punita, et pena omnium martirum relucebat, ita tempore sepulture Christi in beata virgine tot gladii doloris ipsam pertransibant, quot pene in omnibus internis membra quondam cruciabant. Quotiens hodie mater magis astitit cum mortua tracta, et quotiens ex pallore vultus deficiens in terram declinat. Ubi enim prius fuit magnus amor, ibi econtra magnus dolor. Quantitas enim amoris quantitatem ostendit doloris. Hodie non unus sed innumerabiles gladii doloris eam transverberat et corde ipsius sanctissimo undique cruciatum infixerunt, quia sicut in corde eius minima particula non invenitur que non doluit, sic loco et quomodo minimo non invenitur que gladius non transfixit. Dicunt naturales quod cor sit principium vite et corde leso animal vivere non posset nec valeat. Ideo absque miraculo et manutencione divina fieri non potuit quod cor Marie in tantis doloribus superviveret. Numquam cor alicuius matris tantum doluit nec in tormentis tamdiu duravit gladius compassionis qui per Marie animam transivit, penaliter animam Marie lesit quam quorumque martirum gladius sua tortura cordis matris umquam intulit. Corde enim matris cuiuscumque leso statim deficit; cor autem Marie gladio transfixum immensis cruciatibus etiam per triduum vivere non desiit. Martirium ergo beate virginis superexcellit. Ideo in aureola martirum martires antecedit. Dolorem enim cordis fletus excessivum expressit. Flevit namque ista ab hora captivitatis usque ad horam resurrectionis et a fletu se non potuit continere, quia absque lacrimis Christi passionem non potuit intueri, nec de ipsius passione post mortem absque ploratu potuit recordari. Tantum flevit quod quasi fontem lacrimarum fudisse videatur. Iuxta illud Ieremie: Quis dabit capiti meo aquas et oculis meis fontem lacrimarum

et plorabo die ac nocte. Namque non potuit
habere tantam copiam lacrimarum. Credo quod sicut
lac de celo datum habuit ad lactandum, sic
supernaturaliter lacrimas de celo habuit tempore passionis
ad lacrimandum. Etenim per tota tempora que cum
filio adherebat, semper lacrimis resoluta tamquam
flumen non cessasset. Sicut autem de oculis lacri-
mas fudit tempore passionis Johannes apostolus, Joseph,
Nicodemus, de istis Evangelium loquitur, et de eorum
funerali exequio scripta protestantur, quantum copiosas
flevit quando vidit a Nicodemo et Joseph corpus
Christi sindone involvi, et tumulo imponi, quod libenter
secum sepulta fuisset, et ubi ipse esset secum esse.
Et quamquam corpore non potuit secum humari, anima tamen
eius de tumulo numquam desistit, nec mens ab eius
recordatione recessit. Et licet gladius doloris se-
mota viscera virginis matris penetrabat tunc
quando ipsum vidit ad sepulcrum poni, tamen magis
gladius doloris seu compassionis virginem lesit
quando sic absque filio ad civitatem debebat redire.
Rediens virgo mater ad civitatem sine filio
numquam prius ita turbata, numquam ita afflicta.
Nam in vestimentis suis apparuit cruor, quem de corpore
Christi absterserat, et in manibus vestigia sanguinis
quo contactu preciosissimi corporis contractaverat.
Certe devota anima quam lamentabilis et flebilis
illa processio erat, ubi tamquam vidua hodie ma-
ter unico filio orbata, mater namque sororum domini, ubi
vici cum mulieribus simul lamentantur. Nam credo
quod in processione illa nullus fuit qui corpus Christi post
depositionem non tetigerat, et qui sanguine illo preciosi
corporis contactu non fuit intinctus. Vere illa
processio sancta, que corpus Christi meruit sepelire
et tractare manibus tam mulieres quam viri qui
in ea procedunt opus sanctum perfecerunt, et in exequiis
Christi esse meruerunt. Vere sancta, quia mater domini est in ea
et Maria Jacobi et Cleophe et Maria Magdalene. Aspice anima
devota quotiens in via qua ducebantur ad civitatem
quomodo se vertebat ad sepulcrum, quod sepe retrospiciebat.
Numquam isti qui in obsequiis Christi fuerant hodie cibum
sumpserant atque debilitata corpora refectione ciborum
hodie confortaverunt. Estimo quod ibi fuit tempus ipsius
refectionis ubi tanta fuit turbatio, quia ad virginem
matrem illud psalmiste referri potest: Fuerunt mihi
lacrime mee panes die ac nocte, dum dicitur mihi cotidie: Ubi est deus tuus.
Aspice et intuere matrem domini per viam procedentem
et videbis quod ex nimio dolore afflicta ambulare
non poterat nisi cum magna difficultate. Plorans
itaque plorabat per viam nec erat qui eam posset
consolari ex omnibus caris eius. Solvebat enim
dolori lacrimas amaras, recolens in corde suo
mortem filii sui et ipsius amaras passiones
et per omnia loca mente discurrebat, cuncta
que passus fuerat dominus revolvens, quousque
in gaudium immortalitatis filii appareret. Revolvens
ergo mater quod sponte, quod obedienter amantissimus
filius tradidit animam suam in cruce, et in cruce
cepit enim beata virgo et pia mater Christi vitam
perpendendo, quod penalis et dolorosa tamen a principio
ortus Christi usque in finem mortis sue fuerit
continuata absque quacumque cessatione. Tota namque
vita Christi fuit in cruce. Vix enim namque dulce
aliquid et certe ignominia crucis, paupertas maxima
ipsum afflixit. Hec et similia cogitans gladium
doloris revolvit et dolorem in corde semper reno-
vavit. Adveniente igitur die dominice resurrectionis, patri celesti
placuit de corde matris gladium olim per Symeonem
infixum auferre, et penis illius finem ponere.
Nam illo die omnia mala eius dispersit. Et omnia
vulnera cordis ipsius per compassionis gladium
sauciata dulciter sanavit, quia sicut passio filii
eam cruciaverat, sic resurrectio Christi eam redintegravit
atque reddidit sibi filium suum vivum, et extinxit
in corde ipsius tribulationem. Filius suus plenissime
a morte resuscitatus apparuit et in sua resurrectione
matrem eius letificavit. Splendidior sole atque
pulchrior omni creatura fulsit, quia sicut auro
ignito pulchrior est ligno frigido, sic pater
celestis filium in resurrectione glorificavit et in
ipsius pulchritudine decore omnem creaturam
vestivit. Gaude mater virgo nunc in decore
et in immortalitatis stola filii tui, quia sicut tempore
passionis ipsum vidisti deformem et despectum
sicut leprosum, sic corpus illius nunc aspicis
pulchrum et gloriosissimum. Facies enim eius ex pul-
chritudine rutilat, et totum celum letitia
implens omnes sanctos in celo perhenniter letificat.
Gladium igitur compassionis, quem celestis pater
de corde tuo in die resurrectionis extraxit, nobis
infige, ut sicut innocentem animam tuam tunc
transfodit ipsius passionis hora, ita
per totam vitam nostram animam transverberet Christi
passionis iugis memoria, et in devotione semper
accendat nos ad filium compassio tua, prestante
ipso domino nostro qui cum patre et spiritu sancto vivit. Amen

In quibusdam partibus mos est ab antiquo facere in forma sequenti. Civis indigens pecunia vendidit x cum floren. annui et perpetui redditus super omnibus bonis suis vel aliquibus in specie, et ad hoc illa bona obligat, et fit contractus pro pretio competenti secundum commune pretium rerum in illa regione vel paulo plus aut minus. Et in ipso contractu agitur expresse agitur quod venditor pro eodem pretio possit in toto vel in parte redimere quando voluerit redditum vel censum venditum. Queritur utrum talis contractus sit usurarius.

Istam materiam tractat Inno. in c. in civitate de usuris, et alii post eum, nichil tamen dicunt de facultate redimendi, sed simpliciter de emptione reddituum. Et dicit quod emptio redditus iam formati est licita. Non formati vero reddituus, neque antea constituti consuluit abstinendum. Omissa igitur magistrorum et doctorum dico quod talis contractus licitus est etiam data facultate redimendi. Talis enim contractus est pura et mera venditio, et pro pretio competenti saltem licito, quia etiam in modico pretio inter contrahentes licet se invicem decipere. Et est super re que cadit in commercium quia prophana, neque ex hoc contractu emptor plus recipit quam ex huiusmodi contractu emptionis recipit scilicet rem venditam. Igitur non est usura, neque video in hoc aliquam rationem dubitandi, plus dico in reddituum pretio constituto.

quere

Quid enim refert ad usuram an sit constitutum ante vel de novo constituatur, certe nichil. Alter predicto primo quod assumit Innoc. quod in constituto ante omnino videtur esse merx in rerum natura, et ita non vera emptio, que requirit mercem pretium et consensum, quia dico cum reverentia quod est merx scilicet ipse redditus que contrahendo constituitur, ius illum percipiendi ex illo contractu quod acquiritur emptori. Immo etiam nulla merce existente in rerum natura fit emptio ut puta in sola spe, ut in iactu retis piscatorio, et alie, quia sive capiat sive non capiat valet emptio et tenetur venditor ad pretium. Et quod plus est si captura decuplo plus valeret quam pretium, quia spei emptio est, secundum de pacto sicut in re aucta vel perdita l. emptio ff. de contra., nec in hoc videtur michi quod sit dubitandum.

l. si iactum retis ff. de actio. emp. et vend.

Sed in casu addita facultate redimendi pretio de quo nullum vidi tractare, dico tamen quod illud variat conclusionem magis est in favorem venditoris, nec in hoc prout potuit notari potest usura. Plus si in emptione predii vel alterius rei. Sed pone quod post tres quatuor vel plures annos quibus emptor percepit redditus, venditor redemit et solvit pretium datum. Utrum emptor licite retineat ultra sortem quod medio tempore percepit, prout videtur fit in partibus illis. Scio quod multi dicunt quod non et quod debet computari in sortem ut dicitur in pignore. Breviter dico quod licite retinet, nec tenetur computare in sortem quod probo sic. Ista perceptio reddituum venit ex contractu licito, etiam adiecta facultate redimendi ut supra dictum est, quia a tali contractu acquisitum est ius percipiendi redditus, et illud iuris fructus est dicitur, quod contrarium est, licet venditor possit redimere, et ad emptorem periculum commodum et periculum rei vendite spectant ex illo iure percipit et suos facit, ac si de predio pro fructuum proper. Igitur licite retinet tamquam suos. Pro quo enim quod emit redd. data facultate redimendi ut supra post biennium redimitur

pone

numquid emptor tenebitur fructus medii temporis computare in sortem? Et certe dico quod non, immo ut de re sua suos et de re sua percipit fructus. Pone enim quod iste emptor alteri vendidit redd. quos per prius emit sua tamen cum facultate redimendi, postea redimitur ab isto 2o emptore, numquid primus emptor reddet quod percepit, neque tamen fructuum subiacet restitutioni, sed fructuum solum scilicet illud ius percipiendi quod redimitur. De ipsis duabus conclusionibus et quod sit licitus contractus et cum facultate redimendi et quod faciat fructus suos et non computet in sortem reperio casum expressum casum in l. iii in fi. et in l. ubi au. ff. de in diem adiec. Non ob. glo. contra per quam habetur quod quicquid ultra sortem recipitur est usura quia ista habet locum in mutuo in quo proprie locum habet usura, licet per quedam consequentia extenditur ad alios contractus in quibus fiunt in fraudem usurarum, vel pro dilatione plus recipitur et venditur tempus quia sic proprie est usura sicut in mutuo in quo pro dilatione temporis qui mutuum dat plus solvi quam dedit sicut et in c. in civitate de usu. et per hoc respon. ad c. preterea quod loquitur in pecuniarie debito et pro dilatione plus solvitur et ex parte sicut sit in mutuo. Item ad id quod dicitur fructus computari in sortem ut in c. i et ii et c. conquestus de usu. Respondeo quod ista iura loquuntur etiam in mutuo et in pignore dato pro mutuo si fructus pignoris in eius computantur, quando creditor non est dominus predii neque fructuum recipit quod ex re sua sed ex re debitoris, nec habet ius percipiendi istos fructus tamquam de re sua scilicet de iure percipiendi quod ius suum et res sua est.

Non obstante evangelio quod dicit mutuum date nihil inde sperantes, quod debet extendi ad alios contractus in c. consuluit de usuris, quia istud verum est quando principaliter agitur in spe lucri ultra sortem, ut dicit glossa (hic autem principaliter emitur redditus sicut emitur predium ut habeatur), nec etiam in contractibus prohibetur spes lucri [illegible] inest et est licita. Unde ex mutuo simplici vel liberali licet sperare et recipere remunerationem que etiam naturaliter debetur, licet peti non potest, quia talis beneficiens mutuum dans patitur naturalem obligationem, quia beneficiarius benefacere tenetur, ut l. sed si lege commissoria [illegible] ff. de pe. here. Et si dicatur quandoque sit post tempus redemptionem penitus emptor recipit ultra sortem, quia redditus medio tempore ipsius sortem, sed quod recipit ut propter tempus est, satis licet forsan si emptor esset constrictus dare ad usuram, promittere in fraudem usurarum. Et maxime si emeret in spe ut redimeret et ita haberet lucrum, posset dici usura mentalis, licet non ex forma contractus, ut [illegible] in c. in civitate. Sed ista presumptio cessat hic, quia est in libertate venditoris redimere vel non, et res empta est in periculo emptoris, quia emptor potest venire ad inopiam et res obligata perire. Et ideo potest emptor redditum; si non esset certum quod redimeret, et ex ista causa emere et redimere, similiter nec in foro contractus, non re ipsa illicitum esset, et licet mutuum usura, hec autem cessant in istis, maxime in personis ecclesiasticis, quia super talibus redditibus fundate sunt ecclesie, quam in pretium. Et si isto contractu contrahere et redditus redimere non, ecclesie essent destitute que non haberent redditus nec possent facile [illegible] statutis, cum libertatem emendi ex illa parte et alios redditus faciunt. Hec etiam de questione Venetorum qui [illegible] pro redditum ut dicit Anto. de But. licere et ita vide in [illegible] de questione predicta.

Ex iiij in x° p. d. et d. dns. guilh. tt. s. marci pbr. card. a s. d. n. Martino v. requisitus ut in hac materia de usura scriberet et de questione predicta suam opinionem referret, qui tunc predixit sub anno etc. sub anno millesimo cccc xx v

Bulla concessa clero et nobilibus civitatis Wratislaviensis super huiusmodi contractibus et emptionibus

vendicio cleri et nobilium

Martinus episcopus ad futuram rei memoriam. Regimini universalis ecclesie quamquam immeriti disponente domino presidentes curis angimur assiduis ut in his nobis dispensacionis officium subditorum quorumlibet paci et quieti, quantum nobis ex alto conceditur, intendamus, et dubia que inter eos oriuntur pro tempore, ne litis anfractum seu scandalorum plurium fervescant, nostro moderamine declaremus. Sane peticio dilectorum filiorum incolarum et aliorum habitatorum civitatis et diocesis Wratislaviensis nobis exhibita continebat, quod in eisdem civitate et diocesi a tanto tempore et per tantum tempus cuius contrarii memoria hominum non existit in eisdem civitate et diversis aliis partibus communis consuetudo hactenus ac preceptum ac moribus utentium approbata pro communi utilitate hominum introducta fuisset, quod quilibet principes, duces, barones, milites, cives, proconsules, oppidani, prout eorumlibet hoc expedire videbatur, melius providere non valentes consulere per se vel eorum capitula aut saltem collegia, communitates oppidorum vel civitatum, super bonis suis, dominiis, oppidis, terris, agris, prediis, domibus ac hereditatibus vendere consueverunt et vendiderunt annuos census unius vel plurium marcharum aut grossorum Pragensium iuxta polonici et pagamenti consueti ad racionem, et pro qualibet marcha ipsius annui census x, xj, xij, xiij aut xiiij marchas aut plus vel minus secundum temporis qualitatem, prout ipsi contrahentes inter se convenerant, ipsi venditores tunc integraliter in pecunia numerata ab emptoribus recipientes, bonis in ipsis contractibus tunc expressis pro ipsius census annui expedicione in premissis obligatis. Et semper in ipsis contractibus per expressum ipsis venditoribus data fuit facultas atque gracia quod ipsum annuum censum in toto vel in parte pro eadem summa denariorum quam ab ipsis emptoribus receperunt quandocumque vellent libere absque aliqua requisicionis condicione vel assensu possent extinguere vel redimere ac se ab ipsius solucione ex tunc penitus liberare. Sed ad solucionem huiusmodi census venditores inviti nequaquam per emptores artari vel astringi valerent, etiam ipsis possessionibus ac bonis obligatis penitus interemptis vel destructis. Fuit et est talis contractus emptionis et venditionis per episcopos vocatos pro tempore existentes et ipsorum officiales necnon per diversos doctores spirituales locorum et partium in quibus census huiusmodi contrahi consueverunt tamquam licitus et iuri communi conformis semper commendatus et approbatus, quodque super huiusmodi censibus plurima bona ecclesiastica, collegia, capelle et plures dignitates, prepositure et officia, vicarie, altaria, misse quam diu [illegible] de expresso consensu et voluntate dominorum spiritualium sive ordinariorum territorii bona obligata existentia erecta dotata et fundata, auctentice eorum dominorum spiritualium sigillis sigillata et roborata fore noscuntur, quodque etiam venditores eorum censuum se nihilominus ad ipsos census solvendos penis et censuris ecclesiasticis ordinariorum locorum sponte et libere submiserunt. Fuerunt etiam aliqui eorum tractu temporis compulsi fuerint et compelli consueverunt. ~~Et quod nonnulli venditores eorum censuum~~ cum nonnulli ex venditoribus ipsis in arctam paupertatem devenientes cupientes cum alterius iactura locupletari huiusmodi census per eos libere et absque aliqua condicione solvi eosdem personis [illegible] eorum placitis solvere contradicunt

contingentes huiusmodi emptionum et venditionum contractus fore et esse usurarios et illicitos ipsosque emptores
eorumque et prelatos necnon canonicos et alios dignitates personatus et officia curata ac alia et bona huiusmodi ipsorum
annuorum censuum perceptione spoliare et detinere spoliatos in animarum suarum periculum ac emptorum
predictorum dampnum et gravamen, et propterea an contractus emptionum et venditionum huiusmodi liciti existant
a nonnullis hesitatur. Quare pro parte communitatis cleri nobilium incolarum et habitatorum nobis fuit humiliter
supplicatum, ut an contractus huiusmodi liciti aut illiciti censeri debeant declarare, aliasque in premissis oportune
providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, quia etiam ex relatione dilecti filii
nostri B. tituli sancte Crucis presbiteri cardinalis, cui negotium ipsum una cum pluribus consiliis examinandum commisimus, copiis contractuum
huiusmodi inveniuntur et iuxta determinationem doctorum licitos fore, ad huiusmodi ambiguitatis tollendum dubium in premissis
contractus licitos et iuri communi conformes, ac ipsos census vendentes ad illorum solutionem remoto contradictionis obsta-
culo obligari apostolica auctoritate tenore presentium declaramus, non obstantibus premissis ceterisque contrariis quibuscumque.
Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos vi idus Julii pontificatus nostri anno octavo.
Volentes itaque quod nostre littere debitum sortiantur effectum, mandamus quatenus vos vel duo aut unus vestrum
per vos vel alium seu alios auctoritate nostra eisdem emptoribus vel ipsorum procuratoribus contra venditores
seu debitores censuum huiusmodi iuxta contractuum inter ipsos habitorum plenam et debitam satisfactionem
impendi. Non obstantibus omnibus in eisdem litteris contentis, seu si aliquibus communiter vel divisim a Sede apostolica sit
indultum quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes etc. Conditur.

Exercitor premisse Bulle

Consilium

In nomine Domini et individue Trinitatis amen. Visis et consideratis hiis que in facto narrantur, licet multa
argumenta possent fieri pro et contra, brevitatis causa obmissis, et simpliciter dico id quod michi de iure videtur.
Videtur quod iste contractus non sit usurarius, quia usura proprie committitur in mutuo et rebus mutuabilibus, videlicet
in hiis que consistunt in numero pondere et mensura, et quare magis in istis rebus quam in aliis
declarat Jo. an. in c. petrus de re iu. li. vi in mercurio in articulo i et ii. Sed in casu isto non est contractus
mutui, sed contractus emptionis et venditionis, qui multum differt ab illo, et potissime quia ibi oritur actio per quam
obligatur debitor ad reddendum l. certi condictio in prin. ff. si cer. pe., hic quedam obligatio realis ad solutionem annui
redditus in c. quia in clericorum Ex. de cle. Et non magis per modernos in l. si certi annis C. de pact. in c. puenit
de censi. Unde ille qui vendit annuos redditus dicitur vendere rem immobilem per id quod habetur in c. ex
et non in l. Julianus ult. in prin. C. de pactis inter emp. Et sic emptio annui redditus non accedit ad naturam
mutui, sed potius ad naturam venditionis possessionum immobilium, quia pecunia solvitur ut pretium, non ut mutuum, et in
mutuo requiritur sola pecunia. Sed in isto contractu res et pretium, Insti. de con. emp. § pretium ff. e. ti. l. pacta conventa.
Sicut enim vendit usufructus decimarum et alie servitutes, ita ius exigendi annuum redditum. Si ergo est emptio,
licite emptor percipit fructus l. Julianus l. si fructibus et l. ex vendito cum si ff. de acti. empti et vendi.
Preterea si divinus cocitatus istud non esse licitum, haberemus dicere quod infinita iura corrigerentur quod permittunt contractum
annui redditus que contractu vendi potest, debet consistere sine tributis in sequendo ubi dominus dicit in c.
ina nobis Ex. de deci. si tributis xvi q. i. sicut etiam dicitur l. Julianus C. de pactis inter emp. et dicto c.
quia in clericorum, facit etiam infinita alia iura que allegantur et infra magis dicetur, facit etiam quod habetur in cle. i de re-
ligio non alie. ubi presupponitur quod redditus census possint vendi vel ad tempus concedi, propter hoc dico expresse in c. cum
vir hic qui obligavit se habere res immobiles colla. vi in l. pacta ubi Imperator expresse dicit quod tutores et curatores
non debent emere redditus et glosa ibi dicit in re redditus quod redditus census ut predia, et ibi textus cum non est dare
responsum quod aliud est fenerari aliud emere redditus et expresse Imperator ibi in prin. autentica quod hoc facit
ut tollat occasionem et materiam peccandi. Ergo non est peccatum emere annuos redditus. Item sicut vendi utile
dominium retento directo et utile dominium multum aliud est nisi ius percipiendi fructus et redditus iuxta
ea que plene notantur in c. potuit Ex. de loca. ad idem xxiii q. ii commisso et c. fo. et c. si quis et c. adhor
cum simil. xvii q. ii c. si. ubi quomodo emantur annui census. Unde isto ratione quod annui redditus possint
licite vendi et emi, sed utique pactum de revendendo quod patrum quorundam usura quod istud fuit probatum
ex l. dicta laudabili xxv ubi dicit madam Juderis ne venderent precio vendere sed sub pacto redimendi.
Et certum est quod prohibuit omnia pacta usuraria in c. quia in omnibus et ibi not. Ex. de usur. Preterea quod actum quod sit
fieri prius, sit fieri sub conditione l. qui fundum l. ex isto ff. de con. emp. ff. de condi. et demo. per to. Ex. de
condi. appo. ubi plene de hoc in summa et iura patent preterea sub conditione vel pactum l. si inquit ad finem ff. de

contra emp. l. i. ergo redd. pur simpliciter vend. ergo et cum isto pacto ut etiam non plene in c. significante ex. de pign. facit etiam quod habetur in l. i. et per totum de in diem adiec. Sic patet quod istud pactum de retrovendendo sit licitum et non dicatur factum in fraudem usurarum pro(ut) in l. ii C. de pactis inter emp. et ven. in l. si cum venderes ff. de pigno. act. Nam ut dixi istud recipit partis pretii dicta l. fundi, quod declarat Bal. in l. in lege fidei C. de pactis et not. in c. conquestus ex. de usur. in c. illos vos ex. de pig. Est enim clarum quod quis super re sua alteri tradenda potest apponere conventionem et conditionem quam vult, et indubitanter quod credit de voluntate illius cui traditur et sui precludat l. in traditionibus cum ibi not. C. de pac. et q. i. c. ii. in c. ver. ex. de condi. appo. in c. cum dilecti de dona. facit etiam quod plene not. in c. significante et in c. de mag. [illegible] de preb. Et istud [illegible] quod iste contractus sit licitus nec possit dici usurarius tenuit expresse dominus meus [illegible] Ancharano disputando et concludendo in ea disputatione et consilio, offertur copia. Et in alia etiam ipse dicit in dicta disputatione quod est considerandum quod d. Inno. fuit pater, Host. fuit Card., Jo. An. fuit [illegible] et omnes isti qui sunt patres sacrorum canonum tenent istam opinionem in dicto c. in civitate, quod non est credendum tenuisse si saperet usurariam pravitatem. Subdit etiam ibi quod indubitanter opinio longevi temporis pro interpretatione debet esse licitum stante dubio l. si de interpretatione ff. de legi. in c. cum dilectus ex. de consue. Subdit etiam quod indubitanter [illegible] hoc declarare pro [illegible] ad ipsum spectat hoc declarare per ea que habentur in c. [illegible] ex. qui fil. sint legit. in l. que de novo C. de legi. de quo plenissime ibi per eum. Laus Deo.

### Jo. de Anagnia

Me pro et dicere in isto themate breviter que fieri possunt respondendo per hos casus [illegible] primo [illegible] est contrahentes vere emere et vendere voluisse. Alius quo certum contrahentes in fraudem usurarum simulasse venditionem. Tertius quo de mente contrahentium dubitatur. Primi duo casus clari sunt. In primo enim [illegible] ut secundum eandem doct. doctrinam quod si certus census vel redd. annuus ad tempus incertum et pretium [illegible] quam maxime et iusto contractus licitus est, ratio quia verus et proprius contractus emptionis et venditionis [illegible] licitissimus est ut in utroque iure habetur. Subdit autem contractus huiusmodi consistit in duobus scilicet in re que venit et in pretio quod datur l. nec emptio et l. hec venditio § huiusmodi ff. de con. emp. et insti. e. in § pretium. Sed in contractu de quo agimus est res que venit quia census vel redd. annuus, item pretium. Ergo verus est contractus emptionis et venditionis. Illud enim notorie constat quod annui census sive redd. res sunt, tex. in l. Iubemus C. de sacros. eccle. et in aut. de non alie. in § hoc ergo a contrario sensu, ad quod etiam tex. in c. [illegible] annui in quibus etiam probatur quod annui redd. inter immobilia numerantur de quo per Bal. in dicta l. Iubemus et l. si pater de legi. [illegible] et in ti. de pace tenen. in usi. feu. etiam dicta inter vendibilia sunt ut C. de here. vel act. vend. per totum. Et [illegible] huius doct. omnes scilicet Inno. Host. Jo. An. Jo. de Cal. et d. Lapus in c. In civitate de usur. in dicta q. sic generaliter contractum esse licitum et tenent ad idem c. In civitate item ad c. consuluit et c. si e. ii q. iii [illegible] allam [illegible] ergo ipso quod doct. clare solvunt et predicant hic sine obstaculo aliquo in tertio quo census seu redd. annuus qui venditur finaliter consistit ab aliquo; si vero in hac forma [illegible] ad vendi. hoc in magis dubitandum [illegible] in dicto c. in civitate quod ab hoc contractu fideles abstineant nedum enim a malo, sed a specie mali abstinendum est fidelibus [illegible] quos [illegible] est quod contractus etiam huiusmodi licitus est et [illegible]; secundus casus responsio clara est, quia [illegible] census vel annuus redditus [illegible] facere [illegible] in [illegible] secundum doct. in l. i. ff. de usur. [illegible] vendere et vera venditio est ubi res [illegible] est ut [illegible] constat quod [illegible] annui redd. [illegible] est [illegible] eadem

Vita sti seruatij fol' vj
trãsla° et miraclã eiusd fol' xi
Speculũ pctor fol' xix
Omel' Bern' sup evã Stabant
iux crucem ihu fol' xxi
de nomib gnalib xxxix
Collac' ad religiosos xl
Collacio sinodal' de plalitate
bñcior folio c xxviij
alia de solucion statutor 132
alia correctoria bñcior 138
alia fol' c xliij
Tractatus et pblemata quedã de
effectu misse fol' 148
Tractatus de laude pbror et con
gaudi marias c lxv
passus in quibus q̄riant no tenē
fol' 222
de voto obedien 224
de pcedentia 225
de regularitate 227
de indulgencijs tractatus de offon
238
de tercio statu mẽd Joachi 242
responsio eiusd quare in pcin fol' 243
Tract de cogitacion 244
Omel' sup evãn loquitur ihus ad
turbas henr hassia fol' 244
eiusd sol'
dyalogus racon et gstie de cele
brando [illegible] 244

## Sermon

Sermo [illegible] de s fol 244

## Questiones quodlibetarie

de absolucione speciali fol' c liij
de paradiso fol' c lx
de horis canonicis c lxx
de recompensacionibus ibidem fol' c lxxij
de votis et iuram' c lxxiij
de observacione pastoris c lxxx
de questien c lxxxij
de correctione fraterna 192
de ieiunio 195
de insufficiencia prima et secundaria
de decimis 202
alia 20[illegible]
de visione beatorum cc xij
de purgatorio pctor cc xviij

## Sex qon

de sanguine x 229
quale corpus xp̄i dedit discipul' 231
v̄r existens in fine vite possit ministrare sacra
de tenore miraculorum in wilsnack 233
utrum dampnati vellent se no esse 234
an subitanee mortui in crimine dampn
specialiter 234
v. beata virgo corpore et anima sint assumpta
quo sit mortua et de miraculis fictis
sibi commissa ibidem

## pblemata

de originali iusticia c lxviij
lex evangelica orig legis c lxv
Circa actor [illegible] sequã c lxxij
de gratiis recompensacionis ibid
cur [illegible] mag a pro nihil [illegible]
de virtutibus [illegible] [illegible] bndictã 182
quo zario et [illegible] [illegible] 191
horis [illegible] [illegible] [illegible] 198
quo [illegible] dicat [illegible] [illegible] ibidem
quidam [illegible] [illegible] dicant a [illegible] [illegible] 204
de prudencia [illegible] et quo [illegible] [illegible] 211
de primis [illegible] et no [illegible] ibidem
de visione beatorum 217
de [illegible] [illegible] mulierum 218
an [illegible] possit in [illegible] [illegible] [illegible] 221



[illegible]

096

Handschr.
696
fol.

Questiones quodlibetarie
Henrici Gandavensis

[illegible] non q̄ Albanic cū diuersis

F. 32.

a 2